Frigidusque ipsis videbatur ignis crudelium carnificum. Prae oculis enim habebant fugam illius qui aeternus est et numquam exstinguetur, et oculis cordis respiciebant ad ea bona, quae reservantur sustinentibus.

79 8, 1. Cum autem precationem tandem finivisset, in qua men- 51
tionem fecerat omnium qui aliquando cum ipso versati fuerant, parvorum quidem et magnorum, clarorum et obscurorum, totiusque per orbem terrarum catholicae ecclesiae, cumque hora proficiscendi venisset, asino eum imponentes, in urbem duxerunt die magni sabbati.

80 14, 3. Quapropter de omnibus te laudo, tibi benedico, te glori- 141
fico per sempiternum et caelestem pontificem Iesum Christum, dilectum tuum Filium, per quem tibi cum ipso et Spiritu Sancto gloria et nunc et in futura saecula. Amen.

81 17, 3. [Christum] utpote Filium Dei adoramus; martyres vero 374
tamquam Domini discipulos et imitatores merito diligimus propter 395
283

---

78. F 1, 316; MG 5, 1032. 79. F 1, 320; MG 5, 1036.
80. F 1, 330; MG 5, 1040. 81. F 1, 336; MG 5, 1041.

βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς κοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι.

285 18, 1. Ἰδὼν οὖν ὁ κεντυρίων τὴν τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ἔκαυσεν. 2. Οὕτως τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ ἀπεθέμεθα, ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. 3. Ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ παρέξει ὁ Κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τὴν τῶν προηθληκότων μνήμην καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.

HERMAE PASTOR, 140/55.

33 Vis. 2, c. 4, n. 1. Ἀπεκαλύφθη δέ μοι, ἀδελφοί, κοιμωμένῳ 82
ὑπὸ νεανίσκου εὐειδεστάτου λέγοντός μοι· Τὴν πρεσβυτέραν, παρ' ἧς ἔλαβες τὸ βιβλίδιον, τίνα δοκεῖς εἶναι; Ἐγώ φημι· Τὴν Σίβυλλαν. Πλανᾶσαι, φησίν, οὐκ ἔστιν. Τίς οὖν ἐστίν; φημί. Ἡ Ἐκκλησία, φησίν. Εἶπον αὐτῷ· Διατί οὖν πρεσβυτέρα; Ὅτι, φησίν, πάντων πρώτη ἐκτίσθη· διὰ τοῦτο πρεσβυτέρα, καὶ διὰ ταύτην ὁ κόσμος κατηρτίσθη.

198 Vis. 3, 4, 1. Ἀποκριθεὶς λέγω αὐτῇ· Κυρία, μεγάλως καὶ 83
θαυμαστῶς ἔχει τὸ πρᾶγμα τοῦτο. Οἱ δὲ νεανίσκοι οἱ ἐξ οἱ
209 οἰκοδομοῦντες τίνες εἰσίν, κυρία; Οὗτοί εἰσιν οἱ ἅγιοι ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ οἱ πρῶτοι κτισθέντες, οἷς παρέδωκεν ὁ Κύριος πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ αὔξειν καὶ οἰκοδομεῖν καὶ δεσπόζειν τῆς

---

eximiam ipsorum erga regem ac magistrum suum benevolentiam; quorum utinam et nos fiamus consortes ac condiscipuli.

285 18, 1. Videns autem centurio a Iudaeis ortam contentionem, corpus in medio positum, ut illis mos erat, exussit. 2. Atque ita nos postea ossa illius gemmis pretiosissimis exquisitiora et super aurum probatiora tollentes, ubi decebat, deposuimus. 3. Quo etiam loci nobis, ut fieri poterit, in exsultatione et gaudio congregatis Dominus praebebit natalem martyrii eius diem celebrare, tum in memoriam eorum qui certamina iam pertulerunt, tum ut posteri exercitati sint et parati ad eadem sustinenda.

33 Vis. 2, 4, 1. Revelatum est autem, fratres, mihi dormienti a 82
iuvene speciosissimo dicente mihi: Anum, a qua accepisti libellum, quam putas esse? Ego dico: Sibyllam. Erras, inquit, non est. Quae est ergo? inquam. Respondet: Ecclesia. Dixi ei: Quare igitur anus est? Quoniam, inquit, omnium prima condita est; propter hoc anus est, et propter ipsam mundus creatus est.

198 Vis. 3, 4, 1. Respondens dico ei: Domina, magne et mira- 83
biliter haec res se habet. Iuvenes autem sex, qui aedificabant,
209 qui sunt, domina? Hi sunt, inquit, sancti angeli Dei, qui primi creati sunt, quibus tradidit Dominus omnem creaturam suam, ut

---

82. F 1, 428; MG 2, 897. 83. F 1, 440; MG 2, 901.

κτίσεως πάσης· διὰ τούτων οὖν τελεσθήσεται ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου. 2. Οἱ δὲ ἕτεροι οἱ παραφέροντες τοὺς λίθους τίνες εἰσίν; Καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ· οὗτοι δὲ οἱ ἓξ ὑπερέχοντες αὐτούς εἰσιν. Συντελεσθήσεται οὖν ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου, καὶ πάντες ὁμοῦ εὐφρανθήσονται κύκλῳ τοῦ πύργου καὶ δοξάσουσιν τὸν Θεόν, ὅτι ἐτελέσθη ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου. 205

84 Vis. 3, 5, 1. Ἄκουε νῦν περὶ τῶν λίθων τῶν ὑπαγόντων εἰς τὴν οἰκοδομήν. Οἱ μὲν οὖν λίθοι οἱ τετράγωνοι καὶ λευκοὶ καὶ συμφωνοῦντες ταῖς ἁρμογαῖς αὐτῶν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀπόστολοι καὶ ἐπίσκοποι καὶ διδάσκαλοι καὶ διάκονοι οἱ πορευθέντες κατὰ τὴν σεμνότητα τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπισκοπήσαντες καὶ διδάξαντες καὶ διακονήσαντες ἁγνῶς καὶ σεμνῶς τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, οἱ μὲν κεκοιμημένοι, οἱ δὲ ἔτι ὄντες· καὶ πάντοτε ἑαυτοῖς συνεφώνησαν καὶ ἐν ἑαυτοῖς εἰρήνην ἔσχον καὶ ἀλλήλων ἤκουον· διὰ τοῦτο ἐν τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου συμφωνοῦσιν αἱ ἁρμογαὶ αὐτῶν. 38 557

85 Mand. 1, 1. Πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ Θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα καὶ πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος ὤν. 188 189 100

86 Mand. 4, 1, 4. Λέγω αὐτῷ· Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ὀλίγα ἐπερωτῆσαί σε. Λέγε, φησίν. Κύριε, φημί, εἰ γυναῖκα ἔχῃ τις πιστὴν ἐν Κυρίῳ καὶ ταύτην εὕρῃ ἐν μοιχείᾳ τινί, ἆρα ἁμαρτάνει ὁ ἀνὴρ συνζῶν μετ' αὐτῆς; 5. Ἄχρι τῆς ἀγνοίας, φησίν, 572 573

---

augeant et aedificent et dominentur totius creaturae. Propter hos igitur consummabitur aedificatio turris. 2. Ceteri autem, qui afferunt lapides, qui sunt? Et ipsi, inquit, sancti sunt angeli Dei; illi autem sex iis praecellunt. Consummabitur igitur aedificatio turris, et omnes simul exsultabunt in circuitu turris et glorificabunt Deum, quoniam consummata est aedificatio turris. 205

84 Vis. 3, 5, 1. Audi nunc de lapidibus qui vadunt in aedificationem. Lapides igitur quadrati et albi et congruentes commissuris suis, hi sunt apostoli et episcopi et doctores et diaconi, qui ambulaverunt in sanctitate Dei, et episcopatum gesserunt et docuerunt et ministraverunt caste et sancte electis Dei, alii dormientes, alii adhuc viventes; et semper inter se consenserunt, et inter sese pacem habuerunt, et alter alterum audierunt: propterea in aedificatione turris conveniunt commissurae eorum. 38 557

85 Mand. 1, 1. Primum omnium crede unum esse Deum, qui omnia creavit et consummavit, et ex nihilo fecit omnia, ut sint, et omnia capit, solus autem incapabilis est. 188 189 100

86 Mand. 4, 1, 4. Dico ei: Domine, permitte mihi, ut te pauca interrogem. Dic, inquit. Domine, inquam, si quis uxorem habet fidelem in Domino eamque deprehendit in adulterio aliquo, numquid peccat vir, si convivit cum ea? 5. Quamdiu nescit, inquit, 572 573

---

84. F 1, 440; MG 2, 903. 85. F 1, 468; MG 2, 913.
86. F 1, 474; MG 2, 918.

οὐχ ἁμαρτάνει· ἐὰν δὲ γνῷ ὁ ἀνὴρ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῆς καὶ μὴ μετανοήσῃ ἡ γυνή, ἀλλ' ἐπιμένῃ τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ συνζῇ ὁ ἀνὴρ μετ' αὐτῆς, ἔνοχος γίνεται τῆς ἁμαρτίας αὐτῆς καὶ κοινωνὸς τῆς μοιχείας αὐτῆς. 6. Τί οὖν, φημί, Κύριε, ποιήσῃ ὁ ἀνήρ, ἐὰν ἐπιμείνῃ τῷ πάθει τούτῳ ἡ γυνή; Ἀπολυσάτω, φησίν, αὐτὴν καὶ ὁ ἀνὴρ ἐφ' ἑαυτῷ μενέτω· «ἐὰν δὲ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα ἑτέραν γαμήσῃ», καὶ αὐτὸς «μοιχᾶται» [Mc 10, 11; Mt 19, 9].

528 Mand. 4, 3, 6. Μετὰ τὴν κλῆσιν ἐκείνην τὴν μεγάλην καὶ 87
σεμνὴν [baptismum] ἐάν τις ἐκπειρασθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἁμαρτήσῃ, μίαν μετάνοιαν ἔχει· ἐὰν δὲ ὑπὸ χεῖρα ἁμαρτάνῃ καὶ μετανοήσῃ, ἀσύμφορόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ τῷ τοιούτῳ· δυσκόλως γὰρ ζήσεται.

577 Mand. 4, 4, 1. Λέγε, φησίν. Ἐὰν γυνή, φημί, Κύριε, ἢ 88
πάλιν ἀνὴρ τις κοιμηθῇ καὶ γαμήσῃ τις ἐξ αὐτῶν, μήτι ἁμαρτάνει ὁ γαμῶν; 2. Οὐχ ἁμαρτάνει, φησίν· ἐὰν δὲ ἐφ' ἑαυτῷ μείνῃ τις, περισσοτέραν ἑαυτῷ τιμὴν καὶ μεγάλην δόξαν περιποιεῖται πρὸς τὸν Κύριον· ἐὰν δὲ καὶ γαμήσῃ, οὐχ ἁμαρτάνει. 3. Τήρει οὖν τὴν ἁγνείαν καὶ τὴν σεμνότητα, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ.

148 Sim. 5, 2, 1. Ἄκουε τὴν παραβολήν, ἣν μέλλω σοι λέγειν, ἀν- 89
ήκουσαν τῇ νηστείᾳ. 2. Εἶχέ τις ἀγρὸν καὶ δούλους πολλοὺς καὶ μέρος τι τοῦ ἀγροῦ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα· καὶ ἐκλεξάμενος δοῦλόν τινα πιστὸν καὶ εὐάρεστον ἔντιμον, προσεκαλέσατο αὐτὸν καὶ λέγει αὐτῷ· Λάβε τὸν ἀμπελῶνα τοῦτον ὃν ἐφύτευσα, καὶ χαράκωσον αὐτόν, ἕως

---

non peccat; si autem vir peccatum eius cognoverit neque paenitentiam egerit mulier, sed permanet in fornicatione sua, ac convivit vir cum ea, particeps fit peccati eius et socius adulterii eius. 6. Quid igitur, inquam, Domine, faciat maritus, si uxor in hac libidine permanserit? Dimittat eam, inquit, et vir maneat secum; *sin vero uxore dimissa aliam duxerit,* et ipse *adulterium committit.*

528 Mand. 4, 3, 6. Post vocationem illam magnam et sanctam 87
[baptismum], si quis tentatus a diabolo peccaverit, unam paenitentiam habet; sin autem subinde peccat et paenitentiam agit, non prodest homini eiusmodi; difficile enim vivet.

577 Mand. 4, 4, 1. Dic, inquit. Si mulier, inquam, Domine, aut 88
invicem vir aliquis dormiverit et nupserit aliquis eorum, numquid peccat nubens? 2. Non peccat, inquit; si autem secum quis manet, abundantiorem honorem et magnam gloriam sibi comparat apud Dominum; etsi vero nubit, non peccat. 3. Serva igitur castitatem et pudicitiam, et vives Deo.

148 Sim. 5, 2, 1. Audi similitudinem, quam tibi dicturus sum, spectantem 89
ad ieiunium. 2. Quidam habuit agrum servosque multos et in parte aliqua agri plantavit vitem. Et elegit servum quemdam fidelem et acceptum honoratum, advocavit eum et dicit ei: Accipe hanc vineam quam

---

87. F 1, 480; MG 2, 919. 88. F 1, 480; MG 2, 922.
89. F 1 530 538, MG 2, 957 961.

ἔρχομαι, καὶ ἕτερον δὲ μὴ ποιήσῃς τῷ ἀμπελῶνι· καὶ ταύτην μου τὴν ἐντολὴν φύλαξον, καὶ ἐλεύθερος ἔσῃ παρ' ἐμοί. Ἐξῆλθε δὲ ὁ δεσπότης τοῦ δούλου εἰς τὴν ἀποδημίαν.... 5. Μετὰ χρόνον ἦλθεν ὁ δεσπότης τοῦ δούλου καὶ τοῦ ἀγροῦ καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἀμπελῶνα. Καὶ ἰδὼν τὸν ἀμπελῶνα κεχαρακωμένον εὐπρεπῶς ... ἐχάρη λίαν ἐπὶ τοῖς ἔργοις τοῦ δούλου. 6. Προσκαλεσάμενος οὖν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαπητόν, ὃν εἶχε κληρονόμον, καὶ τοὺς φίλους, οὓς εἶχε συμβούλους, λέγει αὐτοῖς ὅσα ἐνετείλατο τῷ δούλῳ αὐτοῦ καὶ ὅσα εὗρε γεγονότα. Κἀκεῖνοι συνεχάρησαν τῷ δούλῳ ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ ᾗ ἐμαρτύρησεν αὐτῷ ὁ δεσπότης. 7. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἐγὼ τῷ δούλῳ τούτῳ ἐλευθερίαν ἐπηγγειλάμην, ἐάν μου τὴν ἐντολὴν φυλάξῃ ἣν ἐνετειλάμην αὐτῷ· ἐφύλαξε δέ μου τὴν ἐντολὴν καὶ προσέθηκε τῷ ἀμπελῶνι ἔργον καλόν, καὶ ἐμοὶ λίαν ἤρεσεν. Ἀντὶ τούτου οὖν τοῦ ἔργου οὗ εἰργάσατο θέλω αὐτὸν συγκληρονόμον τῷ υἱῷ μου ποιῆσαι. 5, 5, 1. Ἐπιλύσω σοι τὴν παραβολὴν τοῦ ἀγροῦ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἀκολούθων πάντων, ἵνα γνωστὰ πᾶσι ποιήσῃς αὐτά. Ἄκουε νῦν, φησί, καὶ σύνιε αὐτά. 2. Ὁ ἀγρὸς ὁ κόσμος οὗτός ἐστιν· ὁ δὲ κύριος τοῦ ἀγροῦ ὁ κτίσας τὰ πάντα καὶ ἀπαρτίσας αὐτὰ καὶ δυναμώσας· ὁ δὲ υἱὸς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιόν ἐστιν· ὁ δὲ δοῦλος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστίν· αἱ δὲ 375
ἄμπελοι ὁ λαὸς οὗτός ἐστιν, ὃν αὐτὸς ἐφύτευσεν· 3. οἱ δὲ 198
χάρακες οἱ ἅγιοι ἄγγελοί εἰσι τοῦ Κυρίου οἱ συγκρατοῦντες τὸν λαὸν αὐτοῦ· αἱ δὲ βοτάναι αἱ ἐκτετιλμέναι ἐκ τοῦ ἀμπελῶνος αἱ ἀνομίαι εἰσὶ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ· τὰ δὲ ἐδέσματα, ἃ ἔπεμψεν αὐτῷ ἐκ τοῦ δείπνου, αἱ ἐντολαί εἰσιν, ἃς ἔδωκε τῷ λαῷ αὐτοῦ διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ· οἱ δὲ φίλοι καὶ σύμβουλοι οἱ ἅγιοι ἄγγελοι οἱ πρῶτοι κτισθέντες· ἡ δὲ ἀποδημία τοῦ δεσπότου ὁ χρόνος ὁ περισσεύων εἰς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ...

---

plantavi, et obsaepi eam, usquedum veniam, et aliud ne facias vineae; et hoc mandatum meum custodi, et liber eris apud me. Et peregre profectus est dominus servi. ... 5. Post aliquantum temporis venit dominus servi et agri et intravit in vineam. Et videns vineam decenter obsaeptam ... gavisus est valde de operibus servi. 6. Advocavit itaque filium suum dilectum, quem habebat heredem, et amicos, quos habebat consiliarios, et dicit iis omnia quae praeceperat servo suo quaeque invenerat perfecta. Et illi congratulati sunt servo de testimonio quod dedit ei dominus. 7. Et dicit iis: Ego servo huic libertatem promisi, si mandatum meum custodierit quod mandavi ei; custodivit autem mandatum meum et adiecit vineae opus bonum, mihique valde placuit. Pro hoc igitur opere quod operatus est, volo eum coheredem filii mei facere. 5, 5, 1. Solvam tibi similitudinem agri ac reliquorum omnium, quae sequuntur, ut ea omnibus nota facias. Audi nunc, inquit, et intellege ea. 2. Ager hic mundus est; dominus agri, qui creavit omnia et perfecit ea confirmavitque; filius Spiritus Sanctus est; servus Filius Dei est; vinea populus hic est, quem plantavit ipse; 375
3. pali sancti angeli Domini, qui continent populum ipsius; 198
herbae e vinea evulsae iniquitates sunt servorum Dei; cibi quos misit iis de cena mandata sunt, quae dedit populo suo per Filium suum; amici et consiliarii sancti angeli, quos primos creavit; absentia patrisfamiliae est tempus quod in adventum eius restat. ...

6, 2. Ὁ Θεὸς τὸν ἀμπελῶνα ἐφύτευσε, τοῦτ' ἔστι τὸν λαὸν
209 ἔκτισε καὶ παρέδωκε τῷ Υἱῷ αὐτοῦ· καὶ ὁ Υἱὸς κατέστησε
τοὺς ἀγγέλους ἐπ' αὐτοὺς τοῦ συντηρεῖν αὐτούς· καὶ αὐτὸς
413 τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ἐκαθάρισε πολλὰ κοπιάσας καὶ πολλοὺς
κόπους ἠντληκώς· οὐδεὶς γὰρ ἀμπελὼν δύναται σκαφῆναι ἄτερ
κόπου ἢ μόχθου. 3. Αὐτὸς οὖν καθαρίσας τὰς ἁμαρτίας τοῦ
λαοῦ ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς τρίβους τῆς ζωῆς, δοὺς αὐτοῖς τὸν
νόμον, ὃν ἔλαβε παρὰ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. 4. Βλέπεις, φησίν,
ὅτι αὐτὸς κύριός ἐστι τοῦ λαοῦ, ἐξουσίαν πᾶσαν λαβὼν παρὰ
τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. Ὅτι δὲ ὁ κύριος σύμβουλον ἔλαβε τὸν
υἱὸν αὐτοῦ καὶ τοὺς ἐνδόξους ἀγγέλους περὶ τῆς κληρονομίας
τοῦ δούλου, ἄκουε. 5. Τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τὸ προόν, τὸ
κτίσαν πᾶσαν τὴν κτίσιν, κατῴκισεν ὁ Θεὸς εἰς σάρκα, ἣν
ἠβούλετο. Αὕτη οὖν ἡ σάρξ, ἐν ᾗ κατῴκησε τὸ Πνεῦμα τὸ
Ἅγιον, ἐδούλευσε τῷ Πνεύματι καλῶς ἐν σεμνότητι καὶ ἁγνείᾳ
πορευθεῖσα, μηδὲν ὅλως μιάνασα τὸ Πνεῦμα. 6. Πολιτευ-
σαμένην οὖν αὐτὴν καλῶς καὶ ἁγνῶς καὶ συγκοπιάσασαν τῷ
Πνεύματι καὶ συνεργήσασαν ἐν παντὶ πράγματι, ἰσχυρῶς καὶ
ἀνδρείως ἀναστραφεῖσαν, μετὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου εἵλατο
κοινωνόν· ἤρεσε γὰρ τῷ Θεῷ ἡ πορεία τῆς σαρκὸς ταύτης,
ὅτι οὐκ ἐμιάνθη ἐπὶ τῆς γῆς ἔχουσα τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον.
7. Σύμβουλον οὖν ἔλαβε τὸν Υἱὸν καὶ τοὺς ἀγγέλους τοὺς
ἐνδόξους, ἵνα καὶ ἡ σὰρξ αὕτη, δουλεύσασα τῷ Πνεύματι
ἀμέμπτως, σχῇ τόπον τινὰ κατασκηνώσεως καὶ μὴ δόξῃ τὸν
μισθὸν τῆς δουλείας αὐτῆς ἀπολωλεκέναι· πᾶσα γὰρ σὰρξ
357 ἀπολήψεται μισθὸν ἡ εὑρεθεῖσα ἀμίαντος καὶ ἄσπιλος, ἐν ᾗ
τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον κατῴκησεν.

6, 2. Deus vineam plantavit, id est populum creavit tradiditque
209 Filio suo; et Filius posuit angelos super eos, ut eos conservarent;
413 et ipse eorum peccata abluit, multa laborans multosque labores
patiens; nulla enim vinea fodi potest sine labore vel dolore. 3. Ipse
igitur peccatis populi ablutis ostendit iis semitas vitae, dans iis
legem quam accepit a Patre suo. 4. Vides, inquit, eum dominum
esse populi, accepta a Patre suo omni potestate. Quod autem
dominus in consilium adhibuit filium suum ac gloriosos angelos
de hereditate servi, audi. 5. Spiritum Sanctum, qui ante erat, qui
creavit omnem creaturam, fundavit Deus in carne, quae ei placuit.
Haec igitur caro, in qua habitavit Spiritus Sanctus, servivit Spiritui
bene in sanctitate et castitate ambulans, neque omnino Spiritum
maculans. 6. Haec igitur cum recte et caste ambularet et laboraret
cum Spiritu ac cooperaretur in omni negotio, fortiter ac viriliter
conversaretur, assumpsit eam sociam ac consortem Spiritus Sancti;
placuit enim Deo conversatio huius carnis, quia non est maculata
in terra, habens Spiritum Sanctum. 7. Itaque in consilium adhibuit
Filium et angelos gloriosos, ut et haec caro, quae Spiritui sine culpa
servivit, locum habitandi aliquem haberet neque mercedem servitii
sui videretur perdidisse; mercedem enim recipiet omnis caro, quae
357 invenitur sine macula et sine labe, in qua Spiritus Sanctus habitavit.

90 Sim. 8, 11, 3. Ἀποκριθείς μοι λέγει· Ὅσοι, φησίν, ἐξ 531
ὅλης καρδίας αὐτῶν μετανοήσωσι καὶ καθαρίσωσιν ἑαυτοὺς
ἀπὸ τῶν πονηριῶν αὐτῶν τῶν προειρημένων καὶ μηκέτι μηδὲν
προσθῶσι ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, λήψονται ἴασιν παρὰ τοῦ
Κυρίου τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν, ἐὰν μὴ διψυχήσωσιν ἐπὶ ταῖς
ἐντολαῖς ταύταις, καὶ ζήσονται τῷ Θεῷ. Ὅσοι δέ, φησίν,
προσθῶσι ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν καὶ πορευθῶσιν ἐν ταῖς ἐπι-
θυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου, θανάτῳ ἑαυτοὺς κατακρίνουσιν.

91 Sim. 9, 1, 1. Θέλω σοι δεῖξαι, ὅσα σοι ἔδειξε τὸ Πνεῦμα 148
τὸ Ἅγιον τὸ λαλῆσαν μετὰ σοῦ ἐν μορφῇ τῆς ἐκκλησίας· 375
ἐκεῖνο γὰρ τὸ Πνεῦμα ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστίν.

92 Sim. 9, 16, 3. Πρὶν . . . φορέσαι τὸν ἄνθρωπον τὸ ὄνομα 475
τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, νεκρός ἐστιν· ὅταν δὲ λάβῃ τὴν σφραγῖδα,
ἀποτίθεται τὴν νέκρωσιν καὶ ἀναλαμβάνει τὴν ζωήν. 4. Ἡ σφραγὶς 461
οὖν τὸ ὕδωρ ἐστίν· εἰς τὸ ὕδωρ οὖν καταβαίνουσι νεκροὶ καὶ 463
ἀναβαίνουσι ζῶντες.

93 Sim. 9, 17, 4. Πάντα τὰ ἔθνη τὰ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν κατοι- 37
κοῦντα, ἀκούσαντα καὶ πιστεύσαντα ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἐκλήθησαν
τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Λαβόντες οὖν τὴν σφραγῖδα μίαν φρόνησιν 38
ἔσχον καὶ ἕνα νοῦν, καὶ μία πίστις αὐτῶν ἐγένετο καὶ μία 50
ἀγάπη, καὶ τὰ πνεύματα τῶν παρθένων μετὰ τοῦ ὀνόματος
ἐφόρεσαν· διὰ τοῦτο ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου μιᾷ χρόᾳ ἐγένετο
λαμπρὰ ὡς ὁ ἥλιος.

---

90 Sim. 8, 11, 3. Respondens mihi dicit: Quotquot, inquit, ex 531
toto corde suo paenitentiam egerint et se purificaverint ab iniquitatibus suis praedictis neque amplius quidquam adiecerint peccatis suis, remedium peccatorum priorum a Domino accipient, si non dubitaverint de mandatis istis, et vivent Deo. Quotquot autem, inquit, adiecerint peccatis suis et ambulaverint in desideriis huius saeculi, ad mortem se damnabunt.

91 Sim. 9, 1, 1. Volo tibi ostendere, quaecumque tibi ostendit 148
Spiritus Sanctus, qui in figura ecclesiae tecum locutus est; ille 375
enim Spiritus Filius Dei est.

92 Sim. 9, 16, 3. Priusquam . . . homo nomen filii Dei portaverit, 475
mortuus est; cum autem acceperit sigillum, deponit mortalitatem et resumit vitam. 4. Sigillum ergo est aqua; in aquam igitur 461
descendunt mortui et ascendunt vivi. 463

93 Sim. 9, 17, 4. Omnes gentes quae sub caelo habitant, post- 37
quam audierunt et crediderunt, in nomine Filii Dei vocati sunt. Accepto igitur sigillo unam cogitationem habuerunt et unum sensum, 38
et una fides eorum fuit et una caritas, et spiritus virginum porta- 50
verunt cum nomine: ideo structura turris uno colore splendida fuit ut sol.

---

90. F 1, 574; MG 2, 980. 91. F 1, 576; MG 2, 979.
92. F 1, 608; MG 2, 995. 93. F 1, 610; MG 2, 998.

S. PAPIAS, ca 130.

(Fragm., apud *Eus.*, H. E. 3, 39.)

80 «Εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, 94
15 τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους· τί Ἀνδρέας ἢ τί Πέτρος εἶπεν ἢ τί Φίλιππος ἢ τί Θωμᾶς ἢ Ἰάκωβος ἢ τί Ἰωάννης ἢ Ματθαῖος ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, ἅ τε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταί, λέγουσιν. Οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης.»

Ἔνθα καὶ ἐπιστῆσαι ἄξιον δὶς καταριθμοῦντι αὐτῷ τὸ Ἰωάννου
75 ὄνομα. . . . Οἷς καὶ ἀναγκαῖον προσέχειν τὸν νοῦν· εἰκὸς γὰρ τὸν δεύτερον, εἰ μή τις ἐθέλοι τὸν πρῶτον, τὴν ἐπ' ὀνόματος φερομένην Ἰωάννου Ἀποκάλυψιν ἑωρακέναι.

18 «Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς 95
Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν, οὐ μέντοι τάξει, τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα· οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ, ὕστερον δέ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ, ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λογίων, ὥστε οὐδὲν ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἔνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν· ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς.»

---

80 «Quodsi quis interdum mihi occurrebat qui cum senioribus ver- 94
15 satus fuisset, dicta seniorum exquirebam: quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Ioannes, quid Matthaeus, quid ceteri Domini discipuli dicere soliti essent, quidnam Aristion et Ioannes presbyter, discipuli Domini, praedicarent. Neque enim ex librorum lectione tantam me utilitatem capere posse existimabam, quantam ex hominum adhuc superstitum viva voce.»

Hic etiam observandum est, bis ab eo positum esse nomen Ioannis. . . .
75 Atque hoc animadvertere necessarium puto: verisimile est enim Apocalypsim illam Ioannis nomine inscriptam, si non a priore illo, certe ab hoc posteriore visam fuisse.

18 3, 39. «Aiebat etiam presbyter ille: Marcus, Petri interpres, 95
quaecumque memoriae mandaverat, diligenter perscripsit, non tamen ordine, quae a Domino aut dicta aut gesta fuerant. Neque enim ipse Dominum audierat aut sectatus fuerat umquam. Sed cum Petro, ut dixi, postea versatus est, qui pro audientium utilitate, non vero ut sermonum Domini historiam contexeret, evangelium praedicabat. Quocirca nihil peccavit Marcus, qui nonnulla ita scripsit, prout ipse memoria repetebat. Id quippe unum studebat, ut ne quid eorum quae audierat praetermitteret, aut ne quid falsi iis affingeret.»

---

94. F 1, 350; CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 286; MG 20, 297.
95. F 1, 358; CB 2, 290; MG 20, 300.

Ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου. Περὶ δὲ 17
τοῦ Ματθαίου ταῦτ' εἴρηται·

«Ματθαῖος μὲν οὖν ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο,
ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἦν δυνατὸς ἕκαστος.»

Κέχρηται δ' αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας ἐπι- 75
στολῆς καὶ ἀπὸ τῆς Πέτρου ὁμοίως. Ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστο-
ρίαν περὶ γυναικὸς ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ Κυρίου,
ἣν τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον περιέχει.

EPISTULA AD DIOGNETUM, saec. II.

96 C. 3, n. 1. Ἐξῆς δὲ περὶ τοῦ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ Ἰουδαίοις 12
θεοσεβεῖν αὐτοὺς [Χριστιανούς] οἶμαί σε μάλιστα ποθεῖν ἀκοῦσαι.
2. Ἰουδαῖοι τοίνυν, εἰ μὲν ἀπέχονται ταύτης τῆς προειρημένης
λατρείας, καλῶς Θεὸν ἕνα τῶν πάντων σέβειν καὶ δεσπότην
ἀξιοῦσι φρονεῖν· εἰ δὲ τοῖς προειρημένοις ὁμοιοτρόπως τὴν
θρησκείαν προσάγουσιν αὐτῷ ταύτην, διαμαρτάνουσιν. . . .
4, 1. Ἀλλὰ μὴν τό γε περὶ τὰς βρώσεις αὐτῶν ψοφοδεὲς
καὶ τὴν περὶ τὰ σάββατα δεισιδαιμονίαν καὶ τὴν τῆς περιτομῆς
ἀλαζονείαν καὶ τὴν τῆς νηστείας καὶ νουμηνίας εἰρωνείαν, κατα-
γέλαστα καὶ οὐδενὸς ἄξια λόγου, οὐ νομίζω σε χρῄζειν παρ'
ἐμοῦ μαθεῖν. 2. Τό τε γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κτισθέντων
εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων ἃ μὲν ὡς καλῶς κτισθέντα παραδέχεσθαι,
ἃ δ' ὡς ἄχρηστα καὶ περισσὰ παραιτεῖσθαι, πῶς οὐκ ἀθέ-
μιστον;

Haec de Marco Papias narrat. De Matthaeo vero sic habet: 17

«Matthaeus quidem, inquit, hebraïco sermone divina scripsit
oracula; interpretatus est autem unusquisque illa, prout potuit.»

Idem Papias testimoniis ex priore Ioannis epistula, et ex priore 75
itidem Petri desumptis utitur. Aliam quoque exponit historiam de mu-
liere quae multorum criminum coram Domino accusata est; quae quidem
historia in evangelio secundum Hebraeos scripta habetur.

96 3, 1. Deinceps autem de eo, quod non idem cultus divinus iis 12
[Christianis] est atque Iudaeis, te maxime cupidum esse audiendi
puto. 2. Iudaei igitur, si quidem abstinent cultu supra memorato
[idolorum], bene Deum unum omnium venerari dominumque existi-
mare volunt; si simili tamen modo, quo supra dicti, hoc cultu
eum prosequuntur, in errore versantur. . . . 4, 1. At vero eorum
quoad cibos timiditatem et circa sabbata superstitionem et circa
circumcisionem iactantiam et circa ieiunium et novilunium simula-
tionem, quae ridicula sunt et nulla memoratione digna, non arbitror
te necesse habere a me discere. 2. Etenim eorum, quae a Deo in
usum hominum creata sunt, alia quidem tamquam bene creata
accipere, alia vero ut inutilia et supervacanea recusare, quomodo
non est nefas?

---

96. F 1, 394; MG 2, 1172.

29 5, 1. Χριστιανοὶ γὰρ οὔτε γῇ οὔτε φωνῇ οὔτε ἔθεσι διακεκρι- 97
μένοι τῶν λοιπῶν εἰσιν ἀνθρώπων. . . . 5. Πατρίδας οἰκοῦσιν
ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ
πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη πατρίς ἐστιν αὐτῶν,
καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη. 6. Γαμοῦσιν ὡς πάντες, τεκνογονοῦσιν·
ἀλλ' οὐ ῥίπτουσι τὰ γεννώμενα. 7. Τράπεζαν κοινὴν παρα-
τίθενται, ἀλλ' οὐ κοίτην. 8. «Ἐν σαρκὶ» τυγχάνουσιν, ἀλλ'
«οὐ κατὰ σάρκα» [2 Cor 10, 3] ζῶσιν. 9. Ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν,
ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. 10. Πείθονται τοῖς ὡρισμένοις
νόμοις, καὶ τοῖς ἰδίοις βίοις νικῶσι τοὺς νόμους. 11. Ἀγα-
πῶσι πάντας, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται. 12. Ἀγνοοῦνται,
καὶ κατακρίνονται· θανατοῦνται, καὶ ζωοποιοῦνται. 13. «Πτω-
χεύουσι, καὶ πλουτίζουσι πολλούς» [2 Cor 6, 10]· πάντων
ὑστεροῦνται, καὶ ἐν πᾶσι περισσεύουσιν. 14. Ἀτιμοῦνται, καὶ
ἐν ταῖς ἀτιμίαις δοξάζονται· βλασφημοῦνται, καὶ δικαιοῦνται.
15. «Λοιδοροῦνται, καὶ εὐλογοῦσιν» [1 Cor 4, 12]· ὑβρίζονται,
καὶ τιμῶσιν. 16. Ἀγαθοποιοῦντες ὡς κακοὶ κολάζονται· κολα-
ζόμενοι χαίρουσιν ὡς ζωοποιούμενοι. . . . 6, 1. Ἁπλῶς δ' εἰπεῖν,
ὅπερ ἐστὶν ἐν σώματι ψυχή, τοῦτ' εἰσὶν ἐν κόσμῳ Χριστιανοί.
188 7, 2. Αὐτὸς ἀληθῶς ὁ παντοκράτωρ καὶ παντοκτίστης καὶ 98
374 375 ἀόρατος Θεός, αὐτὸς ἀπ' οὐρανῶν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν Λόγον
τὸν ἅγιον καὶ ἀπερινόητον ἀνθρώποις ἐνίδρυσε καὶ ἐγκατεστήριξε
ταῖς καρδίαις αὐτῶν· οὐ, καθάπερ ἄν τις εἰκάσειεν, ἀνθρώποις

---

29 5, 1. Christiani enim neque regione neque sermone neque 97
vitae institutis distincti a ceteris sunt hominibus. . . . 5. Patrias
habitant proprias, sed tamquam inquilini; omnia cum aliis habent
communia tamquam cives, et omnia patiuntur tamquam peregrini;
omnis peregrina regio eorum est patria, et omnis patria peregrina.
6. Uxores ducunt ut omnes, liberos procreant; sed non abiciunt
fetus. 7. Mensam communem habent, non lectum. 8. *In carne*
sunt, sed *non secundum carnem* vivunt. 9. In terra degunt, sed
in caelo civitatem suam habent. 10. Obsequuntur legibus con-
stitutis, et suo vitae genere superant leges. 11. Amant omnes, et
omnes eos persequuntur. 12. Ignorantur, et condemnantur; morte
afficiuntur, et vivificantur. 13. *Mendici sunt, et ditant multos;*
omnibus rebus indigent, et omnia illis redundant. 14. Dedecorantur,
et inter dedecora afficiuntur gloria; fama eorum laceratur, et
iustitiae eorum testimonium perhibetur. 15. *Obiurgantur, et bene-*
dicunt; contumeliose tractantur, et honorem deferunt. 16. Cum
bonum faciant, tamquam improbi puniuntur; dum puniuntur,
gaudent, tamquam vivificentur. . . . 6, 1. Ut autem simpliciter
dicam, quod est in corpore anima, hoc sunt in mundo Christiani.
188 7, 2. Ipse vere omnium regnator et omnium conditor et in- 98
374 375 visibilis Deus, ipse e caelis veritatem et Verbum sanctum et in-
comprehensibile inter homines locavit et cordibus eorum infixit;
non, quemadmodum aliquis conicere possit, hominibus ministrum

---

97. F 1, 396; MG 2, 1173. 98. F 1, 402; MG 2, 1176.

ὑπηρέτην τινὰ πέμψας ἢ ἄγγελον ἢ ἄρχοντα ἤ τινα τῶν διεπόντων τὰ ἐπίγεια ἤ τινα τῶν πεπιστευμένων τὰς ἐν οὐρανοῖς διοικήσεις, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων, 181
ᾧ τοὺς οὐρανοὺς ἔκτισεν, ᾧ τὴν θάλασσαν ἰδίοις ὅροις ἐνέκλεισεν . . . τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν. 3. Ἆρά γε, ὡς ἀνθρώπων ἄν τις λογίσαιτο, ἐπὶ τυραννίδι καὶ φόβῳ καὶ καταπλήξει; 4. Οὐ μὲν οὖν· ἀλλ' ἐν ἐπιεικείᾳ καὶ πραΰτητι ὡς βασιλεὺς πέμπων υἱὸν βασιλέα ἔπεμψεν, ὡς Θεὸν ἔπεμψεν, ὡς ἄνθρωπον πρὸς ἀνθρώπους ἔπεμψεν, ὡς σώζων ἔπεμψεν, ὡς πείθων, οὐ βιαζόμενος· βία γὰρ οὐ πρόσεστι τῷ Θεῷ.

99 9, 2. Ἐπεὶ δὲ πεπλήρωτο μὲν ἡ ἡμετέρα ἀδικία καὶ τελείως 408
πεφανέρωτο, ὅτι ὁ μισθὸς αὐτῆς κόλασις καὶ θάνατος προσ- 410
εδοκᾶτο, ἦλθε δὲ ὁ καιρός, ὃν Θεὸς προέθετο λοιπὸν φανερῶσαι τὴν ἑαυτοῦ χρηστότητα καὶ δύναμιν (ὦ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας καὶ ἀγάπης τοῦ Θεοῦ), οὐκ ἐμίσησεν ἡμᾶς οὐδὲ ἀπώσατο οὐδὲ ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ ἐμακροθύμησεν, ἠνέσχετο, ἐλεῶν αὐτὸς τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο, αὐτὸς «τὸν ἴδιον Υἱὸν ἀπέδοτο» [Rom 8, 32] λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, τὸν ἅγιον ὑπὲρ ἀνόμων, τὸν ἄκακον ὑπὲρ τῶν κακῶν, «τὸν δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἀδίκων» [1 Petr 3, 18], τὸν ἄφθαρτον ὑπὲρ τῶν φθαρτῶν, τὸν ἀθάνατον ὑπὲρ τῶν θνητῶν. 3. Τί γὰρ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη καλύψαι ἢ ἐκείνου δικαιοσύνη; 4. Ἐν τίνι δικαιωθῆναι δυνατὸν τοὺς ἀνόμους ἡμᾶς καὶ ἀσεβεῖς ἢ ἐν μόνῳ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ; 5. Ὦ τῆς γλυκείας ἀνταλλαγῆς,

---

aliquem mittens aut angelum aut principem aut aliquem eorum qui terrena gubernant, aut aliquem eorum quibus commissa est cura rerum in caelis administrandarum, sed ipsum opificem et 181
creatorem omnium, per quem caelos condidit, per quem mare suis terminis inclusit . . . hunc ad eos misit. 3. An, ut hominum aliquis cogitare possit, tyrannidis exercendae et terroris incutiendi causa? 4. Minime vero; sed in clementia et lenitate ut rex mittens filium regem misit eum, ut Deum misit, ut hominem ad homines misit, ut servans misit, ut persuadens, non violentiam adhibens; violentia enim non inest Deo.

99 9, 2. Cum autem completa esset iniustitia nostra et plene mani- 408
festum factum esset mercedem eius supplicium et mortem imminere, 410
advenissetque tempus quod Deus praestituerat ad suam deinceps benignitatem ac potentiam declarandam (o immensam humanitatem et caritatem Dei), nos odio non habuit neque reiecit neque ultus est, sed patienter tulit, sustinuit, miserans ipse peccata nostra suscepit, ipse *proprium Filium dedit* pretium redemptionis pro nobis, sanctum pro iniquis, mali expertem pro malis, *iustum pro iniustis,* incorruptibilem pro corruptibilibus, immortalem pro mortalibus. 3. Quid enim aliud peccata nostra potuit tegere quam illius iustitia? 4. In quo alio iniqui nos et impii iustificari potuimus quam in solo Filio Dei? 5. O dulcem permutationem, o imper-

99. F 1, 406; MG 2, 1180.

ὦ τῆς ἀνεξιχνιάστου δημιουργίας, ὦ τῶν ἀπροσδοκήτων εὐεργεσιῶν· ἵνα ἀνομία μὲν πολλῶν ἐν δικαίῳ ἑνὶ κρυβῇ, δικαιοσύνη δὲ ἑνὸς πολλοὺς ἀνόμους δικαιώσῃ.

594 10, 7. Τότε τῆς ἀπάτης τοῦ κόσμου καὶ τῆς πλάνης κατα- 100
γνώσῃ, ὅταν τὸ ἀληθῶς ἐν οὐρανῷ ζῆν ἐπιγνῷς, ὅταν τοῦ δοκοῦντος ἐνθάδε θανάτου καταφρονήσῃς, ὅταν τὸν ὄντως θάνατον φοβηθῇς, ὃς φυλάσσεται τοῖς κατακριθησομένοις εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ὃ τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ μέχρι τέλους κολάσει. 8. Τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης θαυμάσεις τὸ πῦρ τὸ πρόσκαιρον καὶ μακαρίσεις, ὅταν ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐπιγνῷς.

(?) S. CLEMENS ROMANUS.

Epistula ad Corinthios II, ca 150.

374 C. 1, n. 1. Ἀδελφοί, οὕτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ 101
428 Χριστοῦ, ὡς περὶ Θεοῦ, ὡς περὶ «κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν» [Act 10, 42].

609 5, 5. Καὶ γινώσκετε, ἀδελφοί, ὅτι ἡ ἐπιδημία ἡ ἐν τῷ κόσμῳ 102
τούτῳ τῆς σαρκὸς ταύτης μικρά ἐστιν καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ
594 παυσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου.... 6, 7. Ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν· εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἐὰν παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ.

531 8, 2. Ἕως ἐσμὲν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ἐν τῇ σαρκὶ ᾗ ἐπρά- 103
584 ξαμεν πονηρὰ μετανοήσωμεν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἵνα σωθῶμεν

---

vestigabilem institutionem, o inexspectata beneficia, ut iniquitas quidem multorum abscondatur in uno iusto, iustitia autem unius multos iniustos iustificet!

594 10, 7. Tunc imposturam mundi et errorem damnabis, cum vere in 100
caelo vivere didiceris, cum eam quae hic mors esse censetur contempseris, cum veram mortem formidaveris, quae servatur iis qui damnabuntur ad ignem aeternum, qui sibi traditos usque ad finem supplicio afficiet. 8. Tunc admiraberis eos, qui pro iustitia ignem patiuntur temporarium, et beatos praedicabis, cum ignem illum cognoveris.

374 1, 1. Fratres, ita sentire nos oportet de Iesu Christo tamquam 101
428 de Deo, tamquam de *iudice vivorum et mortuorum*.

609 5, 5. Et scitote, fratres, quod peregrinatio carnis huius in hoc 102
mundo brevis est ac parvi temporis, promissio autem Christi magna et admirabilis est, atque requies futuri regni ac vitae aeternae....
594 6, 7. Facientes enim voluntatem Christi requiem inveniemus; sin minus, nihil nos ab aeterno supplicio eripiet, si mandata illius contemnimus.

531 8, 2. Quamdiu in hoc mundo sumus, peccatorum quae in carne 103
584 gessimus ex toto corde paenitentiam agamus, ut a Domino salve-

---

100. F 1, 408; MG 2, 1181.
101. F 1, 184; MG 1, 329.
102. F 1, 190; MG 1, 336.
103. F 1, 192; MG 1, 341.

ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἕως ἔχομεν καιρὸν μετανοίας. 3. Μετὰ γὰρ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου οὐκέτι δυνάμεθα ἐκεῖ ἐξομολογήσασθαι ἢ μετανοεῖν ἔτι.

104 9, 1. Καὶ μὴ λεγέτω τις ὑμῶν, ὅτι αὕτη ἡ σὰρξ οὐ κρίνεται 600
οὐδὲ ἀνίσταται. 2. Γνῶτε· ἐν τίνι ἐσώθητε, ἐν τίνι ἀνεβλέψατε, εἰ
μὴ ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ ὄντες; 3. Δεῖ οὖν ἡμᾶς ὡς ναὸν Θεοῦ φυλάσσειν τὴν σάρκα. 4. Ὃν τρόπον γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ ἐκλήθητε, καὶ ἐν
τῇ σαρκὶ ἐλεύσεσθε. 5. Εἰ Χριστὸς ὁ Κύριος ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν
μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σὰρξ καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐκάλεσεν,
οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν ταύτῃ τῇ σαρκὶ ἀπολησόμεθα τὸν μισθόν.

105 14, 2. Οὐκ οἶομαι δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ὅτι «ἐκκλησία» ζῶσα 34
«σῶμά ἐστιν Χριστοῦ» [Eph 1, 22 23]· λέγει γὰρ ἡ γραφή·
«Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἄρσεν καὶ θῆλυ» [Gn 1, 27]·
τὸ ἄρσεν ἐστὶν ὁ Χριστός, τὸ θῆλυ ἡ ἐκκλησία· καὶ ἔτι τὰ
βιβλία τῶν προφητῶν καὶ οἱ ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν οὐ νῦν 33
εἶναι, ἀλλὰ ἄνωθεν· ἦν γὰρ πνευματική, ὡς καὶ ὁ Ἰησοῦς ἡμῶν,
ἐφανερώθη δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ἵνα ἡμᾶς σώσῃ.

106 17, 7. Οἱ δὲ δίκαιοι εὐπραγήσαντες καὶ ὑπομείναντες τὰς βα- 594
σάνους καὶ μισήσαντες τὰς ἡδυπαθείας τῆς ψυχῆς, ὅταν θεάσωνται τοὺς ἀστοχήσαντας καὶ ἀρνησαμένους διὰ τῶν λόγων ἢ διὰ
τῶν ἔργων τὸν Ἰησοῦν, ὅπως κολάζονται δειναῖς βασάνοις
πυρὶ ἀσβέστῳ, ἔσονται δόξαν διδόντες τῷ Θεῷ αὐτῶν, λέγοντες
ὅτι ἔσται ἐλπὶς τῷ δεδουλευκότι Θεῷ ἐξ ὅλης καρδίας.

106 Caii presbyteri fragmentum, apud Eus., H. E. 2, 25, De sepulcris romanis principum apostolorum, v. K 137 sq.*

---

mur, dum paenitentiae tempus habemus. 3. Postquam enim e mundo exivimus, non amplius possumus ibi confiteri aut paenitentiam agere.

104 9, 1. Et nemo vestrum dicat hanc carnem non iudicari neque 600
resurgere. 2. Agnoscite: in quo servati estis, in quo visum recepistis, nisi dum in hac carne vivitis? 3. Nos ergo decet carnem sicut templum Dei custodire. 4. Quemadmodum enim in carne vocati estis, ita in carne venietis. 5. Si Christus Dominus, qui nos servavit, cum primum esset spiritus, caro factus est atque sic vocavit nos, ita etiam nos in hac carne mercedem recipiemus.

105 14, 2. Non autem vos ignorare puto quod *ecclesia* viva *est* 34
corpus Christi; dicit enim scriptura: *Fecit Deus hominem masculum et feminam;* mas est Christus, femina ecclesia; atque etiam biblia prophetarum et apostoli dicunt, ecclesiam non ex hoc demum 33
tempore esse, sed a principio; spiritualis enim erat, sicut et Iesus noster, apparuit autem in novissimis diebus, ut nos salvos faceret.

106 17, 7. Iusti qui bona fecerunt et tormenta sustinuerunt oderuntque 594
animae libidines, ubi videbunt, quomodo qui aberraverunt et dictis vel factis Iesum abnegaverunt tormentis terribilibus igne inextinguibili puniantur, Deo suo gloriam dabunt dicentes: Erit spes ei qui Deo ex toto corde servivit.

104. F 1, 194; MG 1, 341. 105. F 1, 200; deest apud Migne.
106. F 1, 206.

S. DIONYSIUS CORINTHIUS, med. saec. II.

Epistula ad Romanos.

Fragm., apud Eus., H. E. 2, 25, De cathedra romana S. Petri, v. K 60. Ibid. 4, 23, De provida caritate Soteris, episc. romani, v. K 61.

58 Ibid. 4, 23. Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους 107
59 μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι· λέγει γοῦν·

«Τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνέγνωμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἔξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν.»

HYMNUS VESPERTINUS GRAECORUM,

saec. II vel III.

141 Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης ἀθανάτου Πατρός, οὐρανίου, ἁγίου, 108
μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστέ· ἐλθόντες ἐπὶ τοῦ ἡλίου δύσιν, ἰδόντες
φῶς ἑσπερινόν, ὑμνοῦμεν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Ἅγιον Πνεῦμα
410 Θεοῦ. Ἄξιος εἶ ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς ὁσίαις,
Υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν ὁ διδούς· διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

S. QUADRATUS.

Apologia, ca 124.

(Apud *Eus.*, H. E. 4, 3.)

25 Τοῦ δὲ σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν, ἀληθῆ γὰρ ἦν, 109
οἱ θεραπευθέντες, οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν, οἳ οὐκ ὤφθησαν

---

58 4, 23. In hac ipsa etiam epistula meminit Clementis epistulae ad 107
59 Corinthios scriptae, quam ex prisca consuetudine in ecclesia legi solitam esse testatur his verbis:

«Hodie, inquit, sacrum diem dominicum transegimus, in quo epistulam vestram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam epistulam, optimis praeceptis ac documentis abundabimus.»

141 Lumen hilare sanctae gloriae immortalis Patris, caelestis, sancti, 108
beati, Iesu Christe; cum ad solis occasum pervenerimus, lumen
cernentes vespertinum, laudamus Patrem et Filium et Sanctum
410 Spiritum Dei. Dignus es temporibus omnibus sanctis vocibus
celebrari, Fili Dei, vitae dator; quapropter te mundus glorificat.

25 Servatoris nostri opera semper conspicua erant, quippe quae 109
vera essent: ii scilicet qui morbis liberati, aut qui ex morte ad

---

107. CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 378; MG 20, 388.
108. Rth (= Routh) 3, 515. 109. CB 2, 302; MG 20, 308; F 1, 376.

μόνον θεραπευόμενοι καὶ ἀνιστάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες, οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνον τοῦ σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀπαλλαγέντος ἦσαν ἐπὶ χρόνον ἱκανόν, ὥστε καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο.

ARISTIDES.

Apologia, ca 140.

(Apud *Ioannem*, monachum S^{i} Sabae, Vita Barlaam et Ioasaph cc. 26 27.)

110 1. Ἰδὼν δὲ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα ὅτι κατὰ 88
ἀνάγκην κινεῖται, συνῆκα τὸν κινοῦντα καὶ διακρατοῦντα εἶναι
Θεόν· πᾶν γὰρ τὸ κινοῦν ἰσχυρότερον τοῦ κινουμένου, καὶ τὸ
διακρατοῦν ἰσχυρότερον τοῦ διακρατουμένου ἐστίν. Αὐτὸν οὖν 188
λέγω εἶναι Θεὸν τὸν συστησάμενον τὰ πάντα καὶ διακρατοῦντα,
ἄναρχον καὶ ἄϊδιον, ἀθάνατον καὶ ἀπροσδεῆ, ἀνύτερον πάντων 102
τῶν παθῶν καὶ ἐλαττωμάτων, ὀργῆς τε καὶ λήθης καὶ ἀγνοίας 113
καὶ τῶν λοιπῶν. 115

111 4. Ἔλθωμεν οὖν, ὦ βασιλεῦ, ἐπ' αὐτὰ τὰ στοιχεῖα, ὅπως 101
ἀποδείξωμεν περὶ αὐτῶν, ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί, ἀλλὰ φθαρτὰ καὶ
ἀλλοιούμενα, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραχθέντα προστάγματι τοῦ 189
ὄντως Θεοῦ, ὅς ἐστιν ἄφθαρτός τε καὶ ἀναλλοίωτος καὶ
ἀόρατος, αὐτὸς δὲ πάντα ὁρᾷ, καὶ καθὼς βούλεται, ἀλλοιοῖ 98
καὶ μεταβάλλει. 104

112 15. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ γενεαλογοῦνται ἀπὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ 374
Χριστοῦ. Οὗτος δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου ὁμολογεῖται,

---

vitam revocati fuerant; qui quidem non solum dum sanabantur, aut dum ad vitam revocabantur, conspecti sunt ab omnibus, sed secuto deinceps tempore. Nec solum quamdiu in terris moratus est servator noster, verum etiam post eius discessum diu superstites fuerunt, adeo ut nonnulli eorum etiam ad nostra usque tempora pervenerint.

110 1. Mundum eaque omnia quae in ipso sunt necessario moveri 88
conspiciens, eum a quo movetur et conservatur Deum esse intellexi. Etenim quidquid movet, eo quod movetur fortius est; et quod conservat, fortius est eo quod conservatur. Quocirca ipsum 188
Deum esse dico qui omnia procreavit atque conservat, quique sine 102
initio est et aeternus et immortalis et nulla re indigens, omnibus- 113
que perturbationibus et defectibus sublimior, hoc est ira et oblivione 115
et ignorantia reliquisque omnibus eiusmodi.

111 4. Ad ipsa igitur elementa, o rex, accedamus, ut ea deos non 101
esse demonstremus, sed corruptioni et mutationi subiecta, atque 189
ex nihilo in ortum producta esse iussu veri Dei, qui incorruptibilis et immutabilis est et invisibilis; ipse autem omnia cernit, et arbi- 98
tratu suo immutat atque convertit. 104

112 15. Christiani a Domino nostro Iesu Christo originem ducunt. 374
Hic Dei altissimi Filius esse creditur, qui in Spiritu Sancto de

---

110. MG 96, 1108; TS 1, 1 (ed. Rendel Harris, 1893), 100.
111. MG 96, 1109; TS 1, 1, 101. 112. MG 96, 1121; TS 1, 1, 110.

ἐν Πνεύματι Ἁγίῳ ἀπ' οὐρανοῦ καταβὰς διὰ τὴν σωτηρίαν
430 τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐκ παρθένου ἁγίας γεννηθεὶς ἀσπόρως
377 τε καὶ ἀφθόρως σάρκα ἀνέλαβε, καὶ ἀνεφάνη ἀνθρώποις, ὅπως
141 ἐκ τῆς πολυθέου πλάνης αὐτοὺς ἀνακαλέσηται. . . . Καὶ οὗτοί
[οἱ Χριστιανοί] εἰσιν οἱ ὑπὲρ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς εὑρόντες
188 τὴν ἀλήθειαν· γινώσκουσι γὰρ τὸν Θεόν, κτίστην καὶ δημιουργὸν
τῶν ἁπάντων ἐν Υἱῷ μονογενεῖ καὶ Πνεύματι Ἁγίῳ, καὶ ἄλλον
Θεὸν πλὴν τούτου οὐ σέβοντσι. Ἔχουσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ
τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ταῖς καρδίαις κεχαραγμένας,
598 καὶ ταύτας φυλάττουσι, προσδοκῶντες ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ
29 ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Οὐ μοιχεύουσιν, οὐ πορνεύουσιν,
οὐ ψευδομαρτυροῦσιν, οὐκ ἐπιθυμοῦσι τὰ ἀλλότρια, τιμῶσι
πατέρα καὶ μητέρα, καὶ τοὺς πλησίον φιλοῦσι, δίκαια κρίνουσιν,
ὅσα οὐ θέλουσιν αὐτοῖς γίνεσθαι ἑτέρῳ οὐ ποιοῦσι, τοὺς
ἀδικοῦντας αὐτοὺς παρακαλοῦσι καὶ προσφιλεῖς αὐτοὺς ἑαυτοῖς
ποιοῦσι, τοὺς ἐχθροὺς εὐεργετεῖν σπουδάζουσι, πραεῖς εἰσι καὶ
ἐπιεικεῖς, ἀπὸ πάσης συνουσίας ἀνόμου καὶ ἀπὸ πάσης ἀκα-
θαρσίας ἐγκρατεύονται, χήραν οὐχ ὑπερορῶσιν, ὀρφανὸν οὐ
λυποῦσιν, ὁ ἔχων τῷ μὴ ἔχοντι ἀφθόνως ἐπιχορηγεῖ· ξένον
ἐὰν ἴδωσιν, ὑπὸ στέγην εἰσάγουσι, καὶ χαίρουσιν ἐπ' αὐτῷ ὡς
ἐπὶ ἀδελφῷ ἀληθινῷ· οὐ γὰρ κατὰ σάρκα ἀδελφοὺς ἑαυτοὺς
καλοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Ἕτοιμοί εἰσιν ὑπὲρ Χριστοῦ τὰς
ψυχὰς αὐτῶν προέσθαι· τὰ γὰρ προστάγματα αὐτοῦ ἀσφαλῶς
φυλάττουσιν, ὁσίως καὶ δικαίως ζῶντες, καθὼς Κύριος ὁ Θεὸς
αὐτοῖς προσέταξεν.

---

430 caelo descendit ad salvandos homines, et, ex sancta virgine genitus
377 sine semine et sine corruptione, carnem assumpsit et apparuit
141 hominibus, ut eos a polytheismi errore revocaret. . . . Atque hi
sunt [Christiani] qui veritatem supra omnes terrae nationes invenerunt.
188 Siquidem Deum rerum omnium conditorem atque architectum in
Filio unigenito et Spiritu Sancto agnoscunt, nec praeter eum ullum
alium deum venerantur. Habent autem Domini Iesu Christi
598 mandata cordibus suis insculpta eaque custodiunt, mortuorum re-
29 surrectionem ac futuri saeculi vitam exspectantes. Non adulterii,
non fornicationis crimine sese devinciunt, non falsum testimonium
dicunt, aliena non concupiscunt, patri et matri honorem tribuunt,
proximos amant, iustum iudicium ferunt, quae sibi ipsis fieri nolunt
aliis non faciunt, eos a quibus laeduntur obsecrant ac sibi eorum
amicitiam conciliant; inimicos beneficiis afficere student, lenes et
faciles se praebent, ab omni iniquo concubitu atque ab omni im-
puritate abstinent, viduam non contemnunt, pupillo maerorem non
inferunt, qui habet non habenti prolixe subministrat; peregrinum
si viderint tecto admittunt eiusque non secus ac veri et germani
fratris adventu delectantur: non enim carnis sed animi ratione
fratres se vocant; vitam suam Christi causa profundere parati sunt,
nam ipsius praecepta firme observant, sancte videlicet ac iuste,
quemadmodum Dominus Deus ipsis imperavit, viventes.

S. IUSTINUS, ca 100/10—163/7.

Apologia I, 150/55.

113 6. Ἐνθένδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. Καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν 141
νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου, καὶ
πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν,
ἀνεπιμίκτου τε κακίας Θεοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' 374
αὐτοῦ Υἱὸν ἐλθόντα καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν τῶν
ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατόν, 198
Πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ
καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, ὡς ἐδιδάχ-
θημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες.

114 10. Ὃν τρόπον γὰρ τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄντας ἐποίησε, τὸν 189
αὐτὸν ἡγούμεθα τρόπον, διὰ τὸ ἑλέσθαι τοὺς αἱρουμένους τὰ 314
αὐτῷ ἀρεστά, καὶ ἀφθαρσίας καὶ συνουσίας καταξιωθῆναι. Τὸ
μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, οὐχ ἡμέτερον ἦν· τὸ δι' ἐξακολου-
θῆσαι οἷς φίλον αὐτῷ αἱρουμένους, δι' ὧν αὐτὸς ἐδωρήσατο
λογικῶν δυνάμεων, πείθει τε καὶ εἰς πίστιν ἄγει ἡμᾶς.

115 12. Σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμέν . . . οἳ ταῦτα δοξάζομεν, 594
ὡς λαθεῖν Θεὸν κακοεργόν . . . ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἕκαστον
ἐπ' αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πο-
ρεύεσθαι. Εἰ γὰρ οἱ πάντες ἄνθρωποι ταῦτα ἐγίνωσκον, οὐκ

---

113 6. Inde et athei appellamur; atque atheos quidem nos esse 141
confitemur, si de opinatis eiusmodi diis agatur; secus vero, si de
verissimo illo Deo et iustitiae ac temperantiae ac ceterarum vir-
tutum patre, nulla admixta vitiositate. Sed eum et Filium, qui 374
ab eo venit et nos ista docuit, et ceterorum qui illum assectantur
eique assimilati sunt bonorum angelorum exercitum, et Spiritum 198
propheticum colimus et adoramus, ratione et veritate venerantes,
et omni discere volenti, sicut ipsi edocti sumus, sine invidia tra-
dentes.

114 10. Quemadmodum enim ab initio [Deus] non exsistentes creavit, 189
eodem modo futurum credimus ut, qui elegerint quae ipsi placent, 314
ob hanc electionem immortalitate et Dei convictu dignentur. Nam
ut a principio fieremus, in nobis situm non erat; ut autem ea
sequamur, quae ipsi placent, adhibitis ad eligendum rationalibus
facultatibus quas ab eo accepimus, id ipse nobis persuadet et ad
fidem nos adducit.

115 12. Auxiliarii ad pacem sumus . . . qui haec docemus fieri omnino 594
non posse, . . . ut Deum lateat maleficus atque unumquemque ad
aeternam sive poenam sive salutem pro meritis actionum suarum
proficisci. Nam si haec cognita omnibus hominibus essent, nemo

---

113. MG 6, 336; Kr (= G. Krüger) 4. Rursus edidit critice *G. Rauschen* in Florilegio patristico, fasc. 2 (1904).
114. MG 6, 341; Kr 7. 115. MG 6, 341; Kr 8.

592 ἄν τις τὴν κακίαν πρὸς ὀλίγον ἠρεῖτο, γινώσκων πορεύεσθαι
ἐπ' αἰωνίαν διὰ πυρὸς καταδίκην, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου ἑαυτὸν
συνεῖχε καὶ ἐκόσμει ἀρετῇ, ὅπως τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τύχῃ
ἀγαθῶν, καὶ τῶν κολαστηρίων ἀπηλλαγμένος εἴη.

26 12. Γενήσεσθαι ταῦτα πάντα [sc. persecutiones contra Christianos] 116
προεῖπε, φημί, ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος καὶ τοῦ Πατρὸς πάντων
καὶ Δεσπότου Θεοῦ Υἱὸς καὶ ἀπόστολος ὢν Ἰησοῦς Χριστός,
ἀφ' οὗ καὶ τὸ Χριστιανοὶ ἐπονομάζεσθαι ἐσχήκαμεν· ὅθεν καὶ
βέβαιοι γινόμεθα πρὸς τὰ δεδιδαγμένα ὑπ' αὐτοῦ πάντα, ἐπειδὴ
ἔργῳ φαίνεται γινόμενα ὅσα φθάσας γενέσθαι προεῖπεν· ὅπερ
120 Θεοῦ ἔργον ἐστί· πρὶν ἢ γενέσθαι εἶπε [lege: εἰπεῖν], καὶ οὕτως
141 δειχθῆναι γινόμενον ὡς προείρηται.

13. Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐσμέν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε 117
τοῦ παντὸς σεβόμενοι . . . τίς σωφρονῶν οὐχ ὁμολογήσει; Τὸν
374 διδάσκαλόν τε τούτων γενόμενον ἡμῖν, καὶ εἰς τοῦτο γεννηθέντα
Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ
γενομένου ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος ἐπιτρόπου,
Υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες, καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ
ἔχοντες, Πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει, ὅτι μετὰ λόγου
τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. Ἐνταῦθα γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνον-
ται, δευτέραν χώραν μετὰ τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα Θεόν,
καὶ γεννήτορα τῶν ἁπάντων, ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι διδόναι
ἡμᾶς λέγοντες· ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον, ᾧ προσέχειν
ὑμᾶς ἐξηγουμένων ἡμῶν προτρεπόμεθα.

---

592 vitium ad tempus eligeret, cum se ad aeternam ignis condemna-
tionem proficisci sciret, sed se omnino contineret et virtute ex-
ornaret, tum ad bona quae a Deo promittuntur consequenda,
tum ad fugienda supplicia.

26 12. Futura haec [sc. persecutiones contra Christianos], inquam, omnia 116
praedixit magister noster, Parentis et Domini omnium Dei Filius
et apostolus Iesus Christus, a quo etiam habuimus, ut Christiani
appellaremur. Unde et confirmamur in omnibus, quae ille docuit:
quandoquidem re ipsa videmus evenire quaecumque futura prae-
120 dixit. Quod quidem Dei opus est res antequam fiant praedicere,
easque, ut praedictae fuerunt, ita factas exhiberi.

141 13. Atheos igitur nos non esse, qui opificem huius universi 117
374 colimus . . . quis ratione usus non concedet? Nostrum autem harum
rerum doctorem, natum ad hoc munus, Iesum Christum, ac sub
Pontio Pilato, Iudaeae temporibus Tiberii Caesaris praeside, cruci-
fixum, veri Dei Filium esse edocti, ipsumque secundo loco, Spiritum
autem propheticum tertio habentes ordine, non sine ratione a nobis
coli demonstrabimus. Hoc enim loco insaniae nos accusant, post
immutabilem et sempiternum et patrem omnium Deum homini
crucifixo alterum locum a nobis dictitantes deferri, mysterium
huius rei ignorantes, quod, dum exponimus, ut attente audiatis
hortamur.

---

116. MG 6, 344; Kr 9. 117. MG 6, 345; Kr 9.

118 14. Οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην 30
μόνην ἀσπαζόμενοι· οἱ δὲ καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, ἀγαθῷ 32
καὶ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότες· χρημάτων δὲ καὶ
κτημάτων οἱ πόρους παντὸς μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ
ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες, καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες·
οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλληλοφόνοι, καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύ-
λους διὰ τὰ ἔθη ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι, νῦν, μετὰ τὴν
ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ, ὁμοδίαιτοι γινόμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν
ἐχθρῶν εὐχόμενοι, καὶ τοὺς ἀδίκως μισοῦντας πείθειν πειρώ-
μενοι, ὅπως οἱ κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ καλὰς ὑποθημοσύνας
βιώσαντες, εὐέλπιδες ὦσι, σὺν ἡμῖν τῶν αὐτῶν παρὰ τοῦ
πάντων δεσπόζοντος Θεοῦ τυχεῖν.

119 15. Περὶ μὲν οὖν σωφροσύνης τοσοῦτον εἶπεν· «Ὃς ἂν 572
ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσε τῇ 290
καρδίᾳ παρὰ τῷ Θεῷ» [Mt 5, 28] . . ., καὶ· «Ὃς γαμεῖ ἀπο-
λελυμένην ἀφ' ἑτέρου ἀνδρός, μοιχᾶται» [Mt 5, 32] . . . Ὥσπερ
καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιούμενοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ
τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσί, καὶ οἱ προσβλέποντες γυναικὶ
πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς. Οὐ γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων ἔργῳ
ἐκβέβληται παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ μοιχεῦσαι βουλόμενος· ὡς οὐ
τῶν ἔργων φανερῶν μόνον τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνθυμημάτων.

120 18. Οἷς [Πυθαγόρᾳ, Πλάτωνι, . . .] κἂν ὁμοίως ἡμᾶς ἀπο- 600
δέξασθε οὐχ ἧττον ἐκείνων Θεῷ πιστεύοντας, ἀλλὰ μᾶλλον, οἳ

---

118 14. Qui olim stupris gaudebamus, nunc castimoniam unice 30
amplectimur; qui magicis etiam artibus utebamur, bono et ingenito 32
nos consecravimus Deo; qui pecuniarum et possessionum vias
omnibus antiquiores habebamus, nunc etiam ea quae possidemus
in commune conferimus et cum indigentibus quibusque communi-
camus; qui mutuis odiis et caedibus pugnabamus et cum iis qui
tribules nostri non essent communem focum ob diversa instituta
non habebamus, nunc, postquam Christus apparuit, convictores
sumus, et pro inimicis oramus; et qui nos iniquis odiis prosequuntur,
eos suadendo flectere conamur, ut, qui secundum praeclara Christi
praecepta vixerint, bonam spem habeant eadem se ac nos a domi-
natore omnium Deo consecuturos.

119 15. Itaque de castitate tantumdem dixit: *Qui inspexerit mulierem* 572
ad concupiscendum eam, iam moechatus est in corde apud Deum . . ., 290
et: *Qui ducit repudiatam ab altero viro, moechatur.* . . . Quem-
admodum etiam ii qui ex lege humana duplex matrimonium in-
eunt, ita et qui mulierem aspiciunt ad concupiscendum eam, pec-
catores sunt apud magistrum nostrum. Non enim is solum ab
eo eicitur qui re et actu moechatur, sed etiam qui moechari vult;
quippe cum Deo non facta solum, sed etiam cogitata pateant.

120 18. Quibus [Pythagorae, Platoni etc.] nos saltem aeque approbate, 600
qui non minus quam illi, immo magis, Deo credimus, quippe cum

---

118. MG 6, 348; Kr 10. 119. MG 6, 349; Kr 11.
120. MG 6, 356; Kr 16

260. MG 7, 1210; H 2, 413. 261. MG 7, 1213; H 2, 417.

milia botruum, et in unoquoque botro dena milia acinorum, et unumquodque acinum expressum dabit viginti quinque metretas vini. . . .

5, 33, 4. Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας, Ἰωάννου μὲν ἀκουστής, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονώς, ἀρχαῖος ἀνήρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων· ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα.

604 5, 36, 1. Παρελθόντος δὲ τοῦ σχήματος τούτου, καὶ ἀνα- 262
νεωθέντος τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἀκμάσαντος πρὸς τὴν ἀφθαρσίαν, ὥστε μηκέτι δύνασθαι πέρα παλαιωθῆναι, ἔσται ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή· ἐν τοῖς καινοῖς ἀναμενεῖ ὁ ἄνθρωπος ἀεὶ καινός, καὶ προσομιλῶν τῷ Θεῷ· *** φησὶν γὰρ Ἡσαΐας· «Ὃν τρόπον γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μένει ἐνώπιον ἐμοῦ, λέγει Κύριος, οὕτω στήσεται τὸ σπέρμα ὑμῶν καὶ τὸ ὄνομα ὑμῶν» [Is 66, 22]. Ὡς οἱ πρεσβύτεροι λέγουσι, τότε καὶ οἱ μὲν καταξιωθέντες τῆς ἐν οὐρανῷ διατριβῆς ἐκεῖσε χωρήσουσιν, οἱ δὲ τῆς τοῦ παραδείσου τρυφῆς ἀπολαύσουσιν, οἱ δὲ τὴν λαμπρότητα τῆς πόλεως καθέξουσιν· πανταχοῦ γὰρ ὁ σωτὴρ ὁραθήσεται, καθὼς ἄξιοι ἔσονται οἱ ὁρῶντες αὐτόν.

Demonstratio praedicationis evangelicae (Ἐπίδειξις).

605 61. Quoad unionem, concordiam et pacem inter bestias 263
diversas ac natura sua inter se oppositas et infensas, aiunt seniores sic re vera fore, cum iterum veniet Christus super

15 5, 33, 4. Haec autem et Papias Ioannis auditor, Polycarpi 261
autem contubernalis, vetus homo, per scripturam testimonium perhibet, in quarto librorum suorum: sunt enim illi quinque libri conscripti.

604 5, 36, 1. Praetereunte autem figura hac et renovato homine et 262
vigente ad incorruptelam, ut non possit iam veterascere, erit caelum novum et terra nova, in quibus novus perseverabit homo, semper nova confabulans Deo. Et quoniam haec semper perseverabunt sine fine, Isaias ait: *Quemadmodum enim caelum novum et terra nova, quae ego facio, perseverant in conspectu meo, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum, et nomen vestrum.* Et quemadmodum presbyteri dicunt, tunc qui digni fuerint caelorum conversatione, illuc transibunt, id est in caelos; alii tute paradisi deliciis utentur; alii autem speciositatem civitatis possidebunt: ubique autem Deus videbitur, et quemadmodum digni erunt videntes eum.

262. MG 7, 1222; H 2, 427.

263. TU 31 [3. Reihe, 1. Bd], 1. Heft (des hl. Irenäus Schrift zum Erweise der apostolischen Verkündigung Εἰς ἐπίδειξιν . . . in armenischer Version entdeckt, herausgegeben und ins Deutsche übersetzt von Lic. Dr Karapet Ter-Mekerttschian und Lic. Dr Erwand Ter-Minassiantz, 1907), p. 45*. Ibi invenies armenianum textum quem latine transtulimus.

universa regnaturus. Per haec enim symbolice significatur homines diversi ac disparati generis, in nomine Christi cum pace et concordia unanimes esse conventuros. . . . Et haec iam nunc evenerunt; nam ii, qui antea ita nequam erant, ut nullo scelere abstinerent, iam, posteaquam Christum cognoverunt illique crediderunt, simul fidem amplexi sunt moresque ita mutaverunt, ut nihil severissimae iustitiae praetermittant.

Fragmenta.

264 Fragm. 2 (ex epist. ad Florinum), apud *Eus.*, H. E. 5, 20. Ταῦτα τὰ δόγματα, Φλωρῖνε, . . . οἱ πρὸ ἡμῶν πρεσβύτεροι, οἱ καὶ τοῖς ἀποστόλοις συμφοιτήσαντες, οὐ παρέδωκάν σοι. Εἶδον γάρ σε, παῖς ἔτι ὤν, ἐν τῇ κάτω Ἀσίᾳ παρὰ Πολυκάρπῳ, λαμπρῶς πράσσοντα ἐν τῇ βασιλικῇ αὐλῇ καὶ πειρώμενον εὐδοκιμεῖν παρ' αὐτῷ. Μᾶλλον γὰρ τὰ τότε διαμνημονεύω τῶν ἔναγχος γινομένων (αἱ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις συναύξουσαι τῇ ψυχῇ, ἑνοῦνται αὐτῇ), ὥστε με δύνασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέγετο ὁ μακάριος Πολύκαρπος, καὶ τὰς προόδους αὐτοῦ καὶ τὰς εἰσόδους καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου καὶ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν μετὰ Ἰωάννου συναναστροφὴν ὡς ἀπήγγελλεν, καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν ἑορακότων τὸν Κύριον, καὶ ὡς ἀπεμνημόνευεν τοὺς λόγους αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τίνα ἦν ἃ παρ' ἐκείνων ἀκηκόει, καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας, ὡς παρὰ τῶν αὐτοπτῶν «τῆς ζωῆς τοῦ Λόγου» [cf. 1 Io 1, 1] παρειληφὼς ὁ Πολύκαρπος ἀπήγγελλεν πάντα σύμφωνα ταῖς γραφαῖς. Ταῦτα καὶ τότε διὰ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπ' ἐμοὶ γεγονὸς σπουδαίως

264 Fr. 2. Haec dogmata, Florine, . . . hi qui ante nos exstitere presbyteri, quique apostolorum discipuli fuere, minime tibi tradiderunt. Vidi enim te, cum adhuc puer essem, in inferiore Asia apud Polycarpum, cum in imperatoria aula splendide ageres et illi te probare conareris. Nam ea, quae tunc gesta sunt, melius memoria teneo. quam quae nuper acciderunt (quippe, quae pueri discimus, simul cum animo ipso coalescunt eique penitus inhaerent); adeo ut et locum dicere possim, in quo sedens beatus Polycarpus disserebat, processus quoque eius et ingressus, vitaeque modum et corporis speciem, sermones denique quos ad multitudinem habebat; et familiarem consuetudinem, quae illi cum Ioanne ac reliquis qui Dominum viderant, intercessit, ut narrabat, et qualiter dicta eorum commemorabat; quaeque de Domino ex ipsis audiverat, de miraculis illius etiam, ac de doctrina, quae ab iis, qui *Verbum vitae* ipsi conspexerant, acceperat Polycarpus, qualiter referebat, cuncta scripturis consona. Haec iam tunc temporis per Dei clementiam, quae mihi obtigit, studiose audiebam, non in charta,

264. CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 482; MG 7, 1225; 20, 485; H 2, 471.

ἤκουον, ὑπομνηματιζόμενος αὐτὰ οὐκ ἐν χάρτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ· καὶ ἀεὶ διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ γνησίως αὐτὰ ἀναμαρυκῶμαι· καὶ δύναμαι διαμαρτύρασθαι ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ὅτι εἴ τι τοιοῦτον ἀκηκόει ἐκεῖνος ὁ μακάριος καὶ ἀποστολικὸς πρεσβύτερος, ἀνακράξας ἂν καὶ ἐμφράξας τὰ ὦτα αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ εἰπών: «Ὦ καλὲ Θεέ, εἰς οἵους με καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι», πεφεύγει ἄν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος ἢ ἑστὼς τῶν τοιούτων ἀκηκόει λόγων.

59 Fragm. 3 (ex epist. ad Victorem P.), apud *Eus.*, H. E. 5, 24. 265
Καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν, περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες εἰς ἑαυτούς. Οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα, οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισεν τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων καὶ τῶν τηρούντων καὶ τῶν μὴ τηρούντων.

---

sed in corde meo ea consignans, et semper, per Dei gratiam, exacte ea mente revolvo. Atque in conspectu Dei contestari possum beatum illum et apostolicum presbyterum, si tale quid audivisset, exclamaturum sane ac, obturatis auribus suis, pro more suo dicturum fuisse: «Deus, quae me in tempora reservasti, ut haec sustinerem!» atque ex loco ipso effugiturum, in quo sedens vel stans eiusmodi sermones audivisset.

59 Fr. 3. Cum beatus Polycarpus Aniceti temporibus Romam 265
venisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controversia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt, de hoc capite non magnopere inter se contendentes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere umquam poterat ut observare [Pascha more asiatico] desineret, quippe qui cum Ioanne Domini nostri discipulo et cum reliquis apostolis, quibuscum familiariter vixerat, eum morem perpetuo observasset. Neque item Polycarpus Aniceto persuadere conatus est ut observaret, cum Anicetus eorum qui ante se fuerant presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. Quae cum ita se haberent, communicarunt sibi invicem, et Anicetus in ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit; tandemque cum pace a se invicem discesserunt, tam iis qui observabant quam illis qui minime observabant pacem communionemque totius ecclesiae retinentibus.

---

265. CB 2, 496; MG 7, 1229; 20, 505; H 2, 476.

266 Fragm. 6 (ex serm. ad Demetrium). Immensus cum sit Deus 100 104
et mundi opifex atque omnipotens, immensa et mundi opifice 188
atque omnipotenti voluntate, et effectu novo potenter et efficaciter fecit ut omnis plenitudo eorum quae nata sunt in ortum venirent, cum antea non essent, quidquid scilicet sub aspectum non cadit et quidquid oculis subicitur. Atque adeo continet singula, et ad proprium perducit exitum, ob quem excitata sunt et nata, nullo modo in aliud, quam prius natura fuerat, transmutatum. Nam proprium hoc est operationis Dei, non in infinitatem sensus tantum progredi, aut mentem etiam transgredi, rationem et orationem, tempus et locum et omne aevum; verum etiam excedere substantiam et plenitudinem seu perfectionem.

267 Fragm. 34. Ἐπειδή τινες, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν κινηθέντες, δι' 188
ἡμισείας τὸ δημιουργικὸν τοῦ Θεοῦ παραιροῦνται, μόνου τοῦ 196
ποιοῦ τοῦ περὶ ὕλην αἴτιον αὐτὸν λέγοντες, ἀγέννητον αὐτὴν τὴν ὕλην εἰπόντες, φέρε πυθώμεθα αὐτῶν, τί ποτε καὶ *** ἀμετάβλητον. Ἀμετάβλητος ἄρα ἡ ὕλη. Εἰ ἀμετάβλητος ἡ ὕλη, τὸ δὲ ἀμετάβλητον οὐ τρέπεται κατὰ ποιότητα, οὐ κοσμοποιεῖται. Δι' οὗ παρέλκον αὐτοῖς φαίνεται τὸν Θεὸν ἐπιβάλλειν ποιότητας τῇ ὕλῃ, ὅλως τῆς ὕλης οὐκ ἐπιδεχομένης τροπήν, ἀγεννήτου καθ' αὑτὴν τυγχανούσης. Ἔτι εἰ ἀγέννητος ἡ ὕλη, πάντως κατά τινα ποιότητα πεποίηται, καὶ ταύτην ἄτρεπτον, οὐκ ἂν εἴη πλειόνων ποιοτήτων δεκτική, οὐδ' ἂν κοσμοποιοῖτο. Μὴ κοσμοποιουμένη δέ, ἐκτὸς ποιεῖ τὸν Θεὸν δι' ὅλων τοῦ δημιουργεῖν.

Fragm. 38 (MG 7, 1253; H 2, 500), de eucharistia et sacrificio missae, non inserimus, cum iam bene compertum sit illud esse spurium. Cf. *Ad. Harnack,* Die Pfaffschen Irenäusfragmente als Fälschungen Pfaffs nachgewiesen, Leipzig, Hinrichs, 1900, p. 34 50 sqq (TU 20 [N. F. 5], 3. Heft).

---

267 Fr. 34. Quandoquidem aliqui, nescio qua ratione moti, ex dimi- 188
dia parte Deo vim opificem mundi adimunt, eum solius qualitatis, 196
quae materiae inest, causam asserentes, ipsam vero materiam ingenitam dicentes; agedum inquiramus, quid *** immutabile. Immutabilis itaque est materia. Si immutabilis est materia, immutabile autem non alteratur secundum qualitatem, mundus ex ea non conditur. Quapropter supervacaneum iis videtur, Deum qualitates materiae imprimere; siquidem materia omnino mutationem haud admittit, quod per se sit ingenita. Ulterius, si materia est ingenita, utique cum quadam qualitate, eaque immutabili, facta est; neque iam esset plurium qualitatum capax, neque etiam mundus ex ea conderetur. Mundo autem inde non condito, Deus a creatione mundi prorsus alienus fit.

---

266. MG 7, 1231; H 2, 478. 267. MG 7, 1248; H 2, 496.

FRAGMENTUM MURATORIANUM, ca 200.

268

. . . . . .

quibus tamen interfuit et ita posuit
tertio evangelii librum secundo lucan
lucas iste medicus post ascensum XPi
cum eo paulus quasi ut iuris studiosum
secundum adsumsisset numeni suo
ex opinione concribset dnm tamen nec ipse
vidit in carne et idē prout asequi potuit
ita et ad nativitate iohannis incipet dicere
quarti evangeliorum iohannis ex decipolis
cohortantibus condescipulis et epis suis
dixit conieiunate mihi odie triduo et quid
cuique fuerit revelatum alterutrum
nobis ennarremus eadem nocte reve
latum andreae ex apostolis ut recognis
centibus cuntis iohannis suo nomine
cuncta discriberet et ideo licit varia sin
culis evangeliorum libris principia
doceantur nihil tamen differt creden
tium fidei cum uno ac principali spū de
clarata sint in omnibus omnia de nativi
tate de passione de resurrectione
de conversatione cum decipulis suis
ac de gemino eius adventu
primo in humilitate dispectus quod fo
it secundum potestate regali . . . pre
clarum quod foturum est quid ergo
mirum si iohannes tam constanter
sincula etiā in epistulis suis proferam
dicens in semeipsu quae vidimus oculis
nostris et auribus audivimus et manus
nostrae palpaverunt haec scripsimus vobis [1 Io 1, 1 sqq]
sic enim non solum visurem sed et auditorem
sed et scriptorē omnium mirabiliū dni per ordi
nem profetetur acta autē omniū apostolorum
sub uno libro scribta sunt lucas obtime theofi

---

268. *H. Lietzmann*, Kleine Texte, Heft 1, 2. Aufl. Bonn 1908; *G. Rauschen*, Florilegium patristicum, fasc. 3, Bonnae 1905. — Aliquas annotationes subiungimus, quibus textus facilius legatur (lineas documenti indicamus): 2 tertio = tertium; secundo = secundum; 4 eo = eum; *lege* iuris, *vel* litteris, *vel* itineris socium; 5 secundum = secum; numeni = nomine *vel* numine; 6 concribset = conscripsit; 7 idē = ideo; 8 ad = ab; incipet = incipit; 9 iohannis = *forsan* Iohannes [est auctor]; decipolis = discipulis; 10 epis = episcopis; 14/5 *lege* recognoscentibus cunctis Iohannes *etc.*; 19 spū = spiritu; 24/5 foit = fuit; 25 secundum = secundo; 28 proferam = proferat; 29 semeipsu = semetipsum; 34 profetetur = profitetur.

le conprindit quia sub praesentia eius singula
gerebantur sicuti et semote passionē petri
evidenter declarat sed et profectionē pauli ab ur
be ad spaniā proficiscentis epistulae autem
pauli quae a quo loco vel qua ex causa directe
sint volentibus intellegere ipse declarant
primū omnium corintheis scysmae heresis in
terdicens deinceps b callactis circumcisione
romanis autē ordine scripturarum sed et
principium earum . . . esse XPm intimans
prolexius scripsit de quibus sincolis neces
se est ad nobis desputari cum ipse beatus
apostolus paulus sequens prodecessoris sui
iohannis ordinē non nisi nomenatī semptē
ecclesiis scribat ordine tali a corenthios
prima ad efesius seconda ad philippinses ter
tia ad colosensis quarta ad calatas quin
ta ad tensaolenecinsis sexta ad romanos
septima verum corintheis et thesaolecen
sibus licet pro correbtione iteretur una
tamen per omnem orbem terrae ecclesia 37
deffusa esse denoscitur et iohannis enī in a
pocalebsy licet septē eccleseis scribat
tamen omnibus dicit verū ad filemonem una
et ad titū una et ad tymotheū duas pro affec
to et dilectione in honore tamen eclesiae ca
tholice in ordinatione eclesiastice
discepline scificate sunt fertur etiam ad
laudecenses alia ad alexandrinos pauli no
mine fincte ad heresem marcionis et alia plu
ra quae in catholicam eclesiam recepi non
potest fel enim cum melle misceri non con
cruit epistola sane iude et superscrictio
iohannis duas in catholica habentur et sapi 74
entia ab amicis salomonis in honorē ipsius
scripta apocalapse etiam iohanis et pe
tri tantum recipimus quam quidam ex nos
tris legi in eclesia nolunt pastorem vero
nuperrim e temporibus nostris in urbe
roma herma conscripsit sedente cathe
tra urbis romae aeclesiae pio epṣ fratre
eius et ideo legi eum quidē oportet se pu

37 *lege* semota passione; 40 directe = directae; 41 ipse = ipsae; 42 scysmae heresis = schismae haereses; 43 *lege* Galatis circumcisionem; 44 ordine = ordinem; 49 *lege* nominatim septem; 50 a = ad; 57 iohannis = Iohannes; 60/1 affecto = affectu; 63 scificate = sanctificatae; 64 laudecenses = Laodicenses; 68 superscrictio = superscripti; 69 duas = duae.

plicare vero in eclesia populo neque inter
profetas conpletum numero neqe inter
apostolos in finē temporum potest
arsinoi autem seu valentini vel mitiades
nihil in totum recipemus qui etiam novū
psalmorum librum marcioni conscripse
runt una cum basilide assianom catafry
cum constitutorem . . . . . .
. . . . . .

MINUCIUS FELIX.

Octavius, 180/92.

18. Quod si ingressus aliquam domum omnia exculta, dis- 269
posita, ornata vidisses, utique praeesse ei crederes dominum et illis bonis rebus multo esse meliorem. Ita et in hac mundi domo cum caelo terraque perspicias providentiam, ordinem, legem, crede esse universitatis dominum parentemque ipsis sideribus et totius mundi partibus pulchriorem.

18. [Deus] universa quaecumque sunt verbo iubet, ratione 270
dispensat, virtute consummat. Hic non videri potest, visu clarior est, nec comprehendi, tactu purior est, nec aestimari, sensibus maior est, infinitus, immensus et soli sibi tantus, quantus est, notus; nobis vero ad intellectum pectus angustum est, et ideo sic eum digne aestimamus dum inaestimabilem dicimus. Eloquar quemadmodum sentio: magnitudinem Dei qui se putat nosse, minuit; qui non vult minuere, non novit. Nec nomen Deo quaeras: Deus nomen est. Illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est: Deo qui solus est, Dei vocabulum totum est. Quem si patrem dixero, carnalem opineris; si regem, terrenum suspiceris; si dominum, intelleges utique mortalem. Aufer additamenta nominum et perspicies eius claritatem. Quid quod omnium de isto habeo consensum? Audio vulgus: cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam ‚Deum' dicunt et ‚Deus magnus est' et ‚Deus verus est' et ‚si Deus dederit'. Vulgi iste naturalis sermo est an christiani confitentis oratio?

31. At nos pudorem non facie, sed mente praestamus; 271
unius matrimonii vinculo libenter inhaeremus, cupiditatem procreandi aut unam scimus aut nullam. Convivia non tantum pudica colimus, sed et sobria; nec enim indulgemus epulis

79 conpletum = completo; 82 recipemus = recipimus.
269. W (= Waltzing) 24; CV 2 (ed. C. Halm, 1867), 23; ML 3, 288.
270. W 25; CV 2, 24; ML 3, 290.
271. W 54; CV 2, 45; ML 3, 337.

aut convivium mero ducimus, sed gravitate hilaritatem temperamus; casto sermone, corpore castiore plerique inviolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius quam gloriantur; tantum denique abest incesti cupido, ut nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio.

272 34. Difficilius est, id quod non sit incipere, quam id quod 598
fuerit iterare. Tu perire et Deo credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahatur? Corpus omne sive arescit in pulverem sive in humorem solvitur vel in cinerem comprimitur vel in nidorem tenuatur, subducitur nobis, sed Deo elementorum custodia reservatur. Nec, ut creditis, ullum damnum sepulturae timemus, sed veterem et meliorem consuetudinem humandi frequentamus. Vide adeo, quam in solacium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol demergit et nascitur, astra labuntur et redeunt, flores occidunt et reviviscunt, post senium arbusta frondescunt, semina nonnisi corrupta revirescunt: ita corpus in saeculo [1], ut arbores in hiberno: occultant virorem ariditate mentita. Quid festinas, ut cruda adhuc hieme reviviscat et redeat? Exspectandum nobis etiam corporis ver est. Nec ignoro plerosque conscientia meritorum nihil se esse post mortem magis optare quam credere: malunt enim exstingui penitus quam ad supplicia reparari.

273 35. Nec tormentis aut modus ullus aut terminus. Illic sa- 592
piens ignis membra urit et reficit, carpit et nutrit. Sicut ignes 594
fulminum corpora tangunt nec absumunt, sicut ignes Aetnaei 596
montis et Vesuvi montis et ardentium ubique terrarum flagrant nec erogantur: ita poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur. Eos autem merito torqueri, qui Deum nesciunt, ut impios, ut iniustos, nisi profanus nemo deliberat, cum parentem omnium et omnium dominum non minoris sceleris sit ignorare quam laedere. Et quamquam imperitia Dei sufficiat ad poenam, 29
ita ut notitia prosit ad veniam, tamen si vobiscum christiani comparemur, quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est, multo tamen vobis meliores deprehendemur. Vos enim adulteria prohibetis et facitis, nos uxoribus nostris solummodo viri nascimur; vos scelera admissa punitis, apud nos et cogi- 290
tare peccare est; vos conscios timetis, nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non possumus; denique de vestro numero carcer exaestuat, christianus ibi nullus nisi aut reus suae religionis aut profugus.

---

[1] In CV legitur *sepulcro*.

272. W 60; CV 2, 49; ML 3, 347.
273. W 61; CV 2, 50; ML 3, 348.

TERTULLIANUS, ca 160—222/3.

Apologeticus, 197.

28 7. Cum odio sui coepit veritas, simul atque apparuit, inimica 274
29 est. Tot hostes eius, quot extranei, et quidem proprie ex aemulatione Iudaei, ex concussione milites, ex natura ipsi etiam domestici nostri. Cotidie obsidemur, cotidie prodimur, in ipsis etiam plurimum coetibus et congregationibus nostris opprimimur. Quis umquam taliter vagienti infanti supervenit? Quis cruenta, ut invenerat, Cyclopum et Sirenum ora iudici reseravit? Quis vel in uxoribus aliqua immunda vestigia deprehendit? Quis talia facinora, cum invenisset, celavit aut vendidit, ipsos trahens homines? Si semper latemus, quando proditum est quod admittimus? Immo a quibus prodi potuit?
457 Ab ipsis enim reis non utique, cum vel ex forma omnium mysteriorum silentii fides debeatur. Samothracia et Eleusinia reticentur; quanto magis talia, quae prodita interim etiam humanam animadversionem provocabunt, dum divinitus servatur? Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur ut extranei. Et unde extraneis notitia, cum semper etiam piae initiationes arceant profanos et ab arbitris caveant, nisi si impii minus metuunt?

103 17. Quod colimus, Deus unus est; qui totam molem istam 275
189 cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo quo iussit, ratione qua disposuit, virtute qua potuit,
194 de nihilo expressit, in ornamentum maiestatis suae: unde et
86 Graeci nomen mundo κόσμον accommodaverunt.... Et haec est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare
2 non possunt. Vultis ex operibus ipsius tot ac talibus, quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur, vultis ex animae ipsius testimonio comprobemus? Quae, licet carcere corporis pressa, licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidinibus et concupiscentiis evigorata, licet falsis diis exancillata, cum tamen resipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valetudine, et sanitatem suam patitur, Deum nominat, hoc solo nomine, quia proprie verus sic unus: ‚Deus magnus, Deus bonus', et ‚Quod Deus dederit', omnium vox est. Iudicem quoque contestatur illum, ‚Deus videt', et ‚Deo commendo', et ‚Deus mihi reddet'. O testimonium animae naturaliter christianae! Denique pronuntians haec, non ad Capitolium, sed ad caelum respicit. Novit enim sedem Dei vivi; ab illo, et inde descendit.

30 18. Haec [dogmata christiana] et nos risimus aliquando. De 276
vestris sumus. Fiunt, non nascuntur christiani.

274. Ra (= Rauschen) 30; ML 1, 307. 275. Ra 58; ML 1, 375.
276. Ra 60; ML 1, 378.

277 21. Eadem semper omnes ingerebant fore, uti sub extimis 373
curriculis saeculi ex omni iam gente et populo et loco cultores 374
sibi adlegeret Deus multo fideliores, in quos gratiam transferret, pleniorem quidem ob disciplinae auctioris capacitatem. Venit igitur qui ad reformandam et illuminandam eam venturus a Deo praenuntiabatur, Christus ille Filius Dei. Huius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister, illuminator atque deductor generis humani, Filius Dei annuntiabatur, non quidem ita genitus ut erubescat in filii nomine aut de patris semine. . . . Dei Filius nullam de impudicitia habet matrem; 430
etiam quam videtur habere, non nupserat. Sed prius substantiam edisseram et ita nativitatis qualitas intellegetur. Iam 181
ediximus Deum universitatem hanc mundi Verbo et Ratione et Virtute molitum. . . . Et nos autem Sermonem atque Rationem 162
itemque Virtutem, per quae omnia molitum Deum ediximus, propriam substantiam spiritum inscribimus, cui et Sermo insit pronuntianti et Ratio adsit disponenti, et Virtus praesit perficienti. Hunc ex Deo prolatum didicimus, et prolatione 163
generatum, et idcirco Filium Dei et Deum dictum ex unitate 158
substantiae. Nam et Deus spiritus. Et cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa; sed sol erit in radio, quia solis est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de Spiritu Spiritus, et de Deo Deus, ut lumen de lumine accensum. Manet integra et indefecta materiae matrix, etsi plures inde traduces qualitatis mutueris. Ita et quod de Deo profectum est Deus est et Dei Filius, et unus ambo. Ita de Spiritu Spiritus et de Deo Deus: modulo alterum numerum, gradu, non statu fecit, et a matrice non recessit, sed excessit. Iste igitur Dei radius, ut retro semper praedicabatur, delapsus 377
in virginem quamdam et in utero eius caro figuratus, nascitur 384
homo Deo mixtus. Caro spiritu structa nutritur, adolescit, 390
affatur, docet, operatur, et Christus est.

278 22. Operatio eorum [daemonum] est hominis eversio: sic 210
malitia spiritalis a primordio auspicata est in hominis exitium. Itaque corporibus quidem et valetudines infligunt, et aliquos casus acerbos, animae vero repentinos et extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis ad utramque substantiam hominis 200
adeundam mira subtilitas et tenuitas sua. . . . Omnis spiritus ales est. Hoc angeli et daemones. Igitur momento ubique sunt: totus orbis illis locus unus est; quid ubi geratur, tam facile sciunt, quam annuntiant. Velocitas divinitas creditur, quia substantia ignoratur.

279 37. Hesterni sumus et orbem iam et vestra omnia im- 28
plevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra

277. Ra 68; ML 1, 394. 278. Ra 76; ML 1, 405.
279. Ra 107; ML 1, 462.

ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum: sola vobis reliquimus templa. Possumus dinumerare exercitus vestros:
31 unius provinciae plures erunt [1]. Cui bello non idonei, non prompti fuissemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret, quam occidere? Potuimus et inermes, nec rebelles, sed tantummodo discordes, solius divortii invidia adversus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus a vobis, suffudisset utique dominationem vestram tot qualiumcumque civium amissio, immo etiam et ipsa destitutione punisset. Procul dubio expavissetis ad solitudinem vestram, ad silentium rerum et stuporem quemdam quasi mortui orbis; quaesissetis quibus imperaretis. Plures hostes quam cives vobis remansissent.

29 38. Nihil est nobis dictu, visu, auditu, cum insania circi, 280
cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum xysti vanitate.

29 39. Eiusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis 281
inurit penes quosdam. Vide, inquiunt, ut invicem se diligant: ipsi enim invicem oderunt; et ut pro alterutro mori sint parati: ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores.

28 40. [Existimant] omnis publicae cladis, omnis popularis in- 282
commodi Christianos esse in causa. Si Tiberis ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in arva, si caelum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim ‚Christianos ad leonem' adclamatur.

29 44. De vestris semper aestuat carcer, de vestris semper 283
metalla suspirant, de vestris semper bestiae saginantur, de vestris semper munerarii noxiorum greges pascunt. Nemo illic Christianus, nisi hoc tantum, aut si et aliud, iam non Christianus.

594 48. Restituetur omne humanum genus, ad expungendum 284
609 quod in isto aevo boni seu mali meruit, et exinde pendendum in immensam aeternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors iam, nec rursus ac rursus resurrectio, sed erimus idem qui nunc, nec alii post: Dei quidem cultores apud Deum semper, superinduti substantia propria aeternitatis; profani vero et qui
592 non integre ad Deum, in poena aeque iugis ignis, habentes ex ipsa natura eius, divinam scilicet subministrationem incorruptibilitatis. Noverunt et philosophi diversitatem arcani et publici ignis. Ita longe alius est qui usui humano, alius qui iudicio Dei apparet, sive de caelo fulmina stringens, sive

[1] Hanc sententiam omittit Rauschen cum pluribus mss.

280. Ra 109; ML 1, 466. 281. Ra 111; ML 1, 471.
282. Ra 115; ML 1, 479. 283. Ra 123; ML 1, 497.
284. Ra 136; ML 1, 527.

de terra per vertices montium eructans; non enim absumit quod exurit, sed, dum erogat, reparat. Adeo manent montes semper ardentes, et qui de caelo tangitur, salvus est, ut nullo iam igni decinerescat. Et hoc erit testimonium ignis aeterni, hoc exemplum iugis iudicii poenam nutrientis. Montes uruntur et durant: quid nocentes et Dei hostes?

285 50. Cruciate, torquete, damnate, atterite nos: probatio est 29
enim innocentiae nostrae iniquitas vestra. Ideo nos haec pati 31
Deus patitur. Nam et proxime, ad lenonem damnando Christianam potius quam ad leonem, confessi estis labem pudicitiae apud nos atrociorem omni poena et omni morte reputari. Nec quidquam tamen proficit exquisitior quaeque crudelitas vestra: illecebra est magis sectae. Plures efficimur, quoties metimur a vobis: semen est sanguis Christianorum.

De testimonio animae, 197/200.

286 3. Satanam in omni vexatione et aspernatione et dete- 298
statione pronuntias, quem nos dicimus malitiae angelum, totius erroris artificem, totius saeculi interpolatorem, per quem homo a primordio circumventus, ut praeceptum Dei excederet, et 302
propterea in mortem datus exinde totum genus de suo semine infectum suae etiam damnationis traducem fecit.

De spectaculis, ca 200.

287 2. Nemo negat, quia nemo ignorat, quod ultro natura 86
suggerit, Deum esse universitatis conditorem, eamque universitatem tam bonam quam homini mancipatam.

De praescriptione haereticorum, ca 200.

288 7. Nobis curiositate opus non est, post Christum Iesum, 82
nec inquisitione, post evangelium. Cum credimus, nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod ultra credere debeamus.

289 9. In primis hoc propono: unum utique et certum aliquid 264
institutum esse a Christo, quod credere omnimodo debeant nationes, et idcirco quaerere, ut possint, cum invenerint, credere. Unius porro et certi instituti infinita inquisitio non 82
potest esse, quaerendum est donec invenias, et credendum

285. Ra 141; ML 1, 534.
286. CV 20 (ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa, 1890), 138; ML 1, 613.
287. CV 20, 2; ML 1, 631.
288. ML 2, 20; Pr (= Preuschen) 7. Ediderunt etiam critice *G. Rauschen*, Florilegium patristicum, fasc. 4, Bonnae 1906; *P. de Labriolle*, Texte latin, trad. française, Paris 1907.
289. ML 2, 23; Pr 8.

ubi inveneris; et nihil amplius, nisi custodiendum quod credidisti; dum hoc insuper credas, aliud non esse credendum, ideoque nec requirendum, cum id inveneris et credideris, quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum quam quod instituit. De hoc quidem si quis dubitat, constabit penes nos esse id quod a Christo institutum est.

13. Regula est autem fidei, ut iam hinc quid defendamus 290
103 profiteamur, illa scilicet qua creditur, unum omnino Deum
189 esse, nec alium praeter mundi conditorem; qui universa de
181 nihilo produxerit, per Verbum suum primo omnium emissum;
161 147 id Verbum, Filium eius appellatum, in nomine Dei varie visum
377 a patriarchis, in prophetis semper auditum, postremo delatum ex Spiritu Patris Dei et virtute in virginem Mariam, carnem
375 factum in utero eius, et ex ea natum egisse Iesum Christum;
23 exinde praedicasse novam legem, et novam promissionem regni caelorum; virtutes fecisse; fixum cruci, tertia die resurrexisse; in caelos ereptum sedisse ad dexteram Patris;
185 misisse vicariam vim Spiritus Sancti, qui credentes agat; ven-
428 turum cum claritate ad sumendos sanctos in vitae aeternae
594 et promissorum caelestium fructum, et ad profanos adiudi-
599 candos igni perpetuo, facta utriusque partis resuscitatione cum carnis restitutione.

78 19. Ubi apparuerit esse veritatem et disciplinae et fidei 291
79 christianae, illic erit veritas scripturarum et expositionum et omnium traditionum christianarum.

50 20. Apostoli . . . dehinc in orbem profecti, eamdem doc- 292
52 trinam eiusdem fidei nationibus promulgaverunt, et proinde ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei et semina doctrinae ceterae exinde ecclesiae mutuatae sunt, et cotidie mutuantur ut ecclesiae fiant; ac per hoc et ipsae apostolicae deputantur, ut soboles apostolicarum ecclesiarum. Omne genus ad originem suam censeatur necesse est. Itaque tot ac tantae ecclesiae, una est illa ab apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima, et apostolicae, dum una omnes probant unitatem; dum est illis communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis: quae iura non alia ratio regit quam eiusdem sacramenti una traditio.

52 21. Hinc igitur dirigimus praescriptionem: si Dominus 293
80 Iesus Christus apostolos misit ad praedicandum, alios non esse recipiendos praedicatores, quam Christus instituit; quia *nec alius Patrem novit nisi Filius, et cui Filius revelavit* [Mt
82 11, 27], nec aliis videtur revelasse Filius, quam apostolis quos misit ad praedicandum, utique quod illis revelavit. Quid autem

290. ML 2, 26; Pr 11. 291. ML 2, 31; Pr 14.
292. ML 2, 32; Pr 15. 293. ML 2, 33; Pr 15.

praedicaverint, id est, quid illis Christus revelaverit, et hic praescribam non aliter probari debere nisi per easdem ecclesias, quas ipsi apostoli condiderunt, ipsi iis praedicando, tam viva, quod aiunt, voce, quam per epistulas postea. Si haec ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quae cum illis ecclesiis apostolicis, matricibus et originalibus fidei, conspiret, veritati deputandam, sine dubio tenentem quod ecclesiae ab apostolis, apostoli a Christo, Christus a Deo accepit; reliquam vero omnem doctrinam de mendacio praeiudicandam, quae sapiat contra veritatem ecclesiarum et apostolorum, et Christi et Dei. Superest ergo uti demonstremus, an haec nostra doctrina, cuius regulam supra edidimus, de apostolorum traditione censeatur, et hoc ipso, an ceterae de mendacio veniant. Communicamus cum ecclesiis apostolicis, quod nulli doctrina diversa: hoc est testimonium veritatis.

294 23. Si reprehensus est Petrus, quod, cum convixisset eth- 63
nicis, postea se a convictu eorum separabat personarum respectu, utique conversationis fuit vitium, non praedicationis.

295 28. Age nunc, omnes [ecclesiae] erraverint; deceptus sit 78
apostolus de testimonio reddendo quibusdam; nullam respexerit 62
Spiritus Sanctus, uti eam in veritatem deduceret, ad hoc missus a Christo, ad hoc postulatus de Patre, ut esset doctor veritatis; neglexerit officium Dei villicus, Christi vicarius, sinens ecclesias aliter interim intellegere, aliter credere, quam ipse per apostolos praedicabat: ecquid verisimile est, ut tot ac tantae in unam fidem erraverint?

296 32. Ceterum, si quae audent interserere se aetati apo- 52
stolicae, ut ideo videantur ab apostolis traditae, quia sub 80
apostolis fuerunt, possumus dicere: Edant ergo origines ecclesiarum suarum; evolvant ordinem episcoporum suorum, ita 60
per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille episcopus aliquem ex apostolis, vel apostolicis viris, qui tamen cum apostolis perseveraverit, habuerit auctorem et antecessorem. Hoc enim modo ecclesiae apostolicae census suos deferunt: sicut Smyrnaeorum ecclesia Polycarpum ab Ioanne collocatum refert; sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit; 56
proinde utique et ceterae exhibent quos ab apostolis in episcopatum constitutos apostolici seminis traduces habeant. Confingant tale aliquid haeretici. Quid enim illis post blasphemiam illicitum est? Sed etsi confinxerint, nihil promovebunt. Ipsa 50
enim doctrina eorum cum apostolica comparata ex diversitate et contrarietate sua pronuntiabit, neque apostoli alicuius auctoris esse, neque apostolici; quia, sicut apostoli non diversa inter se docuissent, ita et apostolici non contraria apostolis

294. ML 2, 36; Pr 18. 295. ML 2, 40; Pr 22.
296. ML 2, 44; Pr 24.

edidissent, nisi illi qui ab apostolis didicerunt aliter praedicaverunt. Ad hanc itaque formam probabuntur ab illis ecclesiis, quae licet nullum ex apostolis vel apostolicis auctorem suum proferant, ut multo posteriores, quae denique cotidie instituuntur; tamen in eadem fide conspirantes non minus apostolicae deputantur, pro consanguinitate doctrinae. Ita omnes haereses, ad utramque formam nostris ecclesiis provocatae, probent se quaqua putant apostolicas. Sed adeo nec sunt, nec probare possunt quod non sunt, nec recipiuntur in pacem et communicationem ab ecclesiis quoquo modo apostolicis, scilicet ob diversitatem sacramenti nullo modo apostolicae.

52 36. Percurre ecclesias apostolicas, apud quas ipsae adhuc 297
cathedrae apostolorum suis locis praesident; apud quas ipsae authenticae litterae eorum recitantur, sonantes vocem et repraesentantes faciem uniuscuiusque. Proxima est tibi Achaia? Habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere,
55 habes Ephesum. Si autem Italiae adiaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas praesto est. Ita quam felix ecclesia, cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt; ubi Petrus passioni dominicae adaequatur; ubi Paulus Ioannis exitu coronatur; ubi apostolus Ioannes posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur!

80 37. Si haec ita se habent, ut veritas nobis adiudicetur, 298
52 quicumque in ea regula incedimus, quam ecclesia ab apostolis, apostoli a Christo, Christus a Deo tradidit, constat ratio pro-
45 positi nostri, definientis non esse admittendos haereticos ad ineundam de scripturis provocationem, quos sine scripturis probamus ad scripturas non pertinere. Si enim haeretici sunt,
262 christiani esse non possunt, non a Christo habendo quod de sua electione sectati haereticorum nomine admittunt. Ita non christiani, nullum ius capiunt christianarum litterarum. Ad quos merito dicendum est: Qui estis? quando et unde venistis? quid in meo agitis, non mei? quo denique, Marcion, iure silvam meam caedis? qua licentia, Valentine, fontes meos transvertis? qua potestate, Apelles, limites meos commoves? quid hic ceteri ad voluntatem vestram seminatis et pascitis? Mea est possessio; olim possideo; habeo origines firmas, ab ipsis auctoribus, quorum fuit res. Ego sum heres apostolorum. Sicut caverunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adiuraverunt, ita teneo. Vos certe exheredaverunt semper et abdicaverunt ut extraneos, ut inimicos.

297. ML 2, 49; Pr 28. 298. ML 2, 50; Pr 29.

299 40. Sequetur, a quo intellectus intervertatur eorum, quae ad haereses faciant? A diabolo scilicet, cuius sunt partes intervertendi veritatem, qui ipsas quoque res sacramentorum divinorum idolorum mysteriis aemulatur. Tinguit et ipse quosdam, utique credentes et fideles suos; expositionem delictorum de lavacro repromittit; et si adhuc memini, Mithra signat illic in frontibus milites suos; celebrat et panis oblationem, et imaginem resurrectionis inducit et sub gladio redimit coronam. Quid? quod et summum pontificem unius nuptiis statuit, habet et virgines, habet et continentes.

300 41. Ipsae mulieres haereticae quam procaces, quae audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan et tinguere! Ordinationes eorum temerariae, leves, inconstantes: nunc neophytos collocant, nunc saeculo obstrictos, nunc apostatas nostros, ut gloria eos obligent, quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur quam in castris rebellium, ubi ipsum esse illic promereri est. Itaque alius hodie episcopus, cras alius; hodie diaconus, qui cras lector; hodie presbyter, qui cras laicus; nam et laicis sacerdotalia munera iniungunt.

De oratione, 200/6.

301 19. Similiter et de stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interveniendum, quod statio solvenda sit accepto corpore Domini. Ergo devotum Deo obsequium eucharistia resolvit an magis Deo obligat? Nonne sollemnior erit statio tua, si et ad aram Deo steteris? Accepto corpore Domini et reservato utrumque salvum est, et participatio sacrificii et exsecutio officii.

De baptismo, 200/6.

302 1. Felix sacramentum aquae nostrae, quia ablutis delictis pristinae caecitatis in vitam aeternam liberamur! . . . Nos pisciculi secundum ἰχθὺν nostrum Iesum Christum in aqua nascimur, nec aliter quam in aqua permanendo salvi sumus.

303 4. Omnes aquae de pristina originis praerogativa sacramentum sanctificationis consequuntur invocato Deo. Supervenit enim statim Spiritus de caelis et aquis superest sanctificans eas de semetipso, et ita sanctificatae vim sanctificandi combibunt. Quamquam ad simplicem actum competat similitudo, ut, quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur.

299. ML 2, 54; Pr 31. 300. ML 2, 56; Pr 32.
301. CV 20 (ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa, 1890), 192; ML 1, 1181.
302. CV 20, 201; ML 1, 1197. Rursus critice edidit *J. M. Lupton* in «Cambridge Patristic Texts» 1908.
303. CV 20, 204; ML 1, 1204.

463 7. Exinde egressi de lavacro perungimur benedicta unctione 304
476
478 de pristina disciplina, qua ungi oleo de cornu in sacerdotio solebant; ex quo Aaron a Moyse unctus est, unde Christus dicitur a chrismate, quod est unctio, quae Domino nomen accommodavit, facta spiritalis, quia Spiritu unctus est a Deo Patre, sicut in Actis: *Collecti sunt enim vere in ista civitate adversus sanctum Filium tuum quem unxisti* [Act 4, 27]. Sic et
475 in nobis carnaliter currit unctio, sed spiritaliter proficit; quomodo et ipsius baptismi carnalis actus quod in aqua mergimur, spiritalis effectus quod delictis liberamur.

439 8. Dehinc manus imponitur per benedictionem, advocans et invitans Spiritum Sanctum.

460 10. In Actis apostolorum invenimus, quoniam, qui Ioannis 305
baptismum habebant, non accepissent Spiritum Sanctum, quem ne auditu quidem noverant: ergo non erat caeleste, quod caelestia non exhibebat.

470 12. Praescribitur nemini sine baptismo competere salutem, 306
ex illa maxime pronuntiatione Domini, qui ait: *Nisi natus ex aqua quis erit, non habet vitam* [Io 3, 5].

141 13. Lex tinguendi imposita est et forma praescripta: *Ite,* 307
462
465 inquit, *docete nationes, tinguentes eas in nomen Patris et Filii et Spiritus Sancti* [Mt 28, 29].

450 15. Unus omnino baptismus est nobis, tam ex Domini 308
469 evangelio quam ex apostoli litteris, quoniam unus Deus et unum baptisma et una ecclesia in caelis. Sed circa haereticos sane quid custodiendum sit, digne quis retractet. Ad nos
45 enim editum est. Haeretici autem nullum habent consortium nostrae disciplinae, quos extraneos utique testatur ipsa ademptio communicationis. Non debeo in illis cognoscere quod mihi est praeceptum, quia non idem Deus est nobis et illis, nec unus Christus, id est idem, ideoque nec baptismus unus, quia non idem; quem cum rite non habeant, sine dubio non habent, nec capit numerari quod non habetur; ita nec possunt accipere, quia non habent. Sed de isto plenius iam nobis in
446 Graeco digestum est. Semel ergo lavacrum inimus, semel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.

472 16. Est quidem nobis etiam secundum lavacrum, unum 309
et ipsum, sanguinis scilicet, de quo Dominus: *Habeo,* inquit, *baptismo tingui* [Lc 12, 50], cum iam tinctus fuisset; venerat enim per aquam et sanguinem, sicut Ioannes scripsit, ut aqua tingueretur, sanguine glorificaretur, perinde nos faceret aqua vocatos, sanguine electos; hos duos baptismos de vulnere perfossi lateris emisit, quatenus qui in sanguinem eius crederent

304. CV 20, 206; ML 1, 1206. 305. CV 20, 209; ML 1, 1211.
306. CV 20, 210; ML 1, 1213. 307. CV 20, 212; ML 1, 1215.
308. CV 20, 213; ML 1, 1216. 309. CV 20, 214; ML 1, 1217.

aqua lavarentur, qui aqua lavissent etiam sanguinem portarent; hic est baptismus qui lavacrum et non acceptum repraesentat et perditum reddit.

310 17. Superest ad concludendam materiolam de observatione 467
quoque dandi et accipiendi baptismi commonefacere. Dandi quidem habet ius summus sacerdos, qui est episcopus; dehinc presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate, propter ecclesiae honorem, quo salvo salva pax est; alioquin 468
etiam laicis ius est; quod enim ex aequo accipitur, ex aequo dari potest; nisi episcopi iam aut presbyteri aut diaconi, vocantur discentes; Domini sermo non debet abscondi ab ullo: perinde et baptismus, aeque Dei census, ab omnibus exerceri potest. Sed quanto magis laicis disciplina verecundiae et modestiae incumbit, cum ea maioribus competant, ne sibi assumant dicatum episcopis officium! Episcopatus aemulatio schismatum mater est; omnia licere dixit sanctissimus apostolus, sed non omnia expedire [cf. 1 Cor 6, 12; 10, 23]. Sufficiat scilicet in necessitatibus ut utaris, sicubi aut loci aut temporis aut personae condicio compellit: tunc enim constantia succurrentis excipitur, cum urget circumstantia periclitantis, quoniam reus erit perditi hominis, si supersederit praestare quod libere potuit.

310 18. Contra baptismum infantium et de patrinis, v. K 197.*

De paenitentia, 200/6.

311 2. Bonum factum Deum habet debitorem, sicuti et malum, 366
quia iudex omnis remunerator est causae.

312 4. Omnibus ergo delictis, seu carne, seu spiritu, seu facto, 522
seu voluntate commissis, qui poenam per iudicium destinavit, idem et veniam per paenitentiam spopondit, dicens ad populum: *Paenitere, et salvum faciam te* [Ez 18, 21]; et iterum: *Vivo, inquit Dominus, et paenitentiam malo quam mortem* [Ez 33, 11]. Ergo paenitentia vita est, cum praeponitur morti. 547
Eam tu peccator, mei similis (immo me minor, ego enim praestantiam in delictis meam agnosco), ita invade, ita amplexare, ut naufragus alicuius tabulae fidem. Haec te peccatorum fluctibus mersum prolevabit, et in portum divinae clementiae protelabit.

313 6. Quam porro ineptum, quam paenitentiam non adimplere, 543
et veniam delictorum sustinere, hoc est, pretium non exhibere, ad mercem manum emittere! Hoc enim pretio Dominus

310. CV 20, 214; ML 1, 1217.

311. Pr (= Preuschen) 3; ML 1, 1230. Critice edidit *P. de Labriolle*, Texte latin, trad. franç., Paris 1906.

312. Pr 5; ML 1, 1233. 313. Pr 8; ML 1, 1237.

veniam addicere instituit; hac paenitentiae compensatione redimendam proponit impunitatem.

446 7. Haec igitur venena eius [daemonis] providens Deus, clausa 314
547 licet ignoscentiae ianua et intinctionis sera obstructa, aliquid adhuc permisit patere. Collocavit in vestibulo paenitentiam
528 secundam, quae pulsantibus patefaciat; sed iam semel, quia iam secundo; sed amplius numquam, quia proxime frustra. Non enim et hoc semel satis est? Habes quod iam non merebaris: amisisti enim quod acceperas. . . . Verum non statim succidendus ac subruendus est animus desperatione, si secundae quis paenitentiae debitor fuerit; pigeat sane peccare rursus, sed rursus paenitere non pigeat; pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari. Neminem pudeat; iteratae valetudinis iteranda medicina est; gratus in Dominum exstiteris, si, quod tibi Dominus offert, non recusaveris; offendisti, sed reconciliari adhuc potes. Habes cui satisfacias, et quidem volentem.

525 9. Huius igitur paenitentiae secundae et unius, quanto in 315
528 arcto negotium est, tanto operosior probatio, ut non sola conscientia praeferatur, sed aliquo etiam actu administretur.
536 Is actus, qui magis graeco vocabulo exprimitur et frequentatur, ἐξομολόγησις est, qua delictum Domino nostrum confitemur,
530 non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione
531
543 disponitur, confessione paenitentia nascitur, paenitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi hominis disciplina est, conversationem iniungens misericordiae illicem; de ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deicere, illa quae peccavit tristi tractatione mutare; ceterum pastum et potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animae causa; plerumque vero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrimari et mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum, presbyteris advolvi, et caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suae iniungere. Haec omnia exomologesis, ut paenitentiam commendet, ut de periculi timore Dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, et temporali afflictatione aeterna supplicia non dicam frustretur, sed expungat. Cum igitur provolvit hominem, magis relevat; cum squalidum facit, magis mundatum reddit; cum accusat, excusat; cum condemnat, absolvit. In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi Deus, crede, parcet.

536 10. Plerosque tamen hoc opus, ut publicationem sui, aut 316
suffugere aut de die in diem differre praesumo, pudoris magis

---

314. Pr 12; ML 1, 1241. 315. Pr 13; ML 1, 1243.
316. Pr 14; ML 1, 1244.

memores quam salutis; velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant et ita cum erubescentia sua pereunt. . . . Grande plane emolumentum verecundiae occultatio delicti pollicetur. Videlicet si quid humanae notitiae subduxerimus, proinde et Deum celabimus? Adeone existimatio hominum et Dei conscientia comparantur? An melius est damnatum latere quam palam absolvi?

317 12. Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis exstinguet, et poenae prius magnitudinem imaginare, ut de remedii adeptione non dubites. Quid illum thesaurum ignis aeterni aestimamus, cum fumariola quaedam eius tales flammarum ictus suscitent, ut proximae urbes aut iam nullae exstent aut idem sibi de die sperent? Dissiliunt superbissimi montes ignis intrinsecus fetu, et, quod nobis iudicii perpetuitatem probat, cum dissiliant, cum devorentur, numquam tamen finiuntur. Quis haec supplicia interim montium non iudicii minantis exemplaria deputabit? Quis scintillas tales non magni alicuius et inaestimabilis foci missilia quaedam et exercitoria iacula consentiet? 590 592 594

Ad uxorem, 200/6.

318 L. 2, c. 5. Non sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes? Et si sciverit panem, non illum credit esse qui dicitur? Et haec ignorans quisque rationem simpliciter sustinebit, sine gemitu, sine suspicione panis an veneni? 491 498 503

319 2, 7. Si ergo ratum est apud Deum matrimonium huiusmodi [fidelis cum infideli], cur non prospere cedat, ut et a pressuris et angustiis et impedimentis et inquinamentis non ita lacessatur, iam habens ex parte divinae gratiae patrocinium? 570

320 2, 9. Dubitandum et inquirendum et identidem deliberandum est, an idoneus sit invectis dotalibus, cui Deus censum suum credidit. Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, quod ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet? 570

320* ***Adv. Iudaeos***, 7: *De universali propagatione christianismi, v. K 207.*

Adversus Hermogenem, 200/6.

sunt, sed etiam quae futura sunt, et ut erit unumquodque, et eos qui sunt singulares motus praevidens, intuetur omnia et omnia audit, 6. et nudam animam aspiciens intrinsecus, uniuscuiusque ex singularibus etiam habet aeternam intellegentiam, et quod fit in theatris et in partibus rei uniuscuiusque, inspiciendo, circumspiciendo et simul aspiciendo, hoc evenit in Deo. 7. Is enim simul omnia ac unumquodque etiam singillatim aspicit uno intuitu, non tamen omnia per principale institutum. 157, 1. Multa enim ex iis, quae sunt in vita, per humanam rationem ortum accipiunt, cum divinitus acceperint suscitabulum.

---

427. CB 2, 485; MG 9, 328. 428. CB 2, 486; MG 9, 329.
429. CB 2, 512; MG 9, 388.

325 6, 17, 157, 4. Αἱ τῶν ἐναρέτων ἀνθρώπων ἐπίνοιαι κατὰ 430
326 ἐπίπνοιαν θείαν γίγνονται, διατιθεμένης πως τῆς ψυχῆς καὶ διαδιδομένου τοῦ θείου θελήματος εἰς τὰς ἀνθρωπίνας ψυχάς, τῶν ἐν μέρει θείων λειτουργῶν συλλαμβανομένων εἰς τὰς τοι-
322 αύτας διακονίας. . . . 161, 3. Ὅτε δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐπινοίας τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς ἐπιλογισμοὺς ἐμπνεῖ τι [καὶ] ἡ δύναμις καὶ ἐντίθησι ταῖς φρεσὶν ἰσχύν τε καὶ συναίσθησιν ἀκριβεστέραν, μένος τε καὶ θάρσος προθυμίας ἐπί τε τὰς ζητήσεις ἐπί τε τὰ ἔργα παρέχουσα.

374 7, 1, 2, 2. Τίμιον μὲν οὖν ἅπαν τὸ ὑπερέχον ἡγεῖται [ὁ 431
157 γνωστικός] κατὰ τὴν ἀξίαν· καὶ τιμητέον ἐν μὲν τοῖς αἰσθητοῖς τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς γονεῖς . . ., ἐν δὲ τοῖς νοητοῖς τὸ πρεσβύτατον ἐν γενέσει, τὴν ἄχρονον ἄναρχον ἀρχήν τε καὶ ἀπαρχὴν τῶν ὄντων, τὸν Υἱόν· 3. παρ' οὗ ἐκμανθάνειν ⟨ἔστιν⟩
151 τὸ ἐπέκεινα αἴτιον, τὸν Πατέρα τῶν ὅλων, τὸ πρέσβιστον καὶ πάντων εὐεργετικώτατον.

607 7, 10, 55, 7. Εἴρηται γάρ· «Τῷ ἔχοντι προστεθήσεται» [cf. 432
609 Mt 25, 29; Lc 19, 26], τῇ μὲν πίστει ἡ γνῶσις, τῇ δὲ γνώσει ἡ ἀγάπη, τῇ ἀγάπῃ δὲ ἡ κληρονομία. 56, 1. Γίνεται δὲ τοῦτο, ὁπόταν τις κρεμασθῇ τοῦ Κυρίου διά τε πίστεως διά τε γνώσεως διά τε ἀγάπης, καὶ συναναβῇ αὐτῷ ἔνθα ἐστὶν ὁ τῆς πίστεως ἡμῶν καὶ ἀγάπης Θεὸς καὶ φρουρός· 2. ὅθεν ἐπὶ τέλει ἡ γνῶσις παραδίδοται τοῖς εἰς τοῦτο ἐπιτηδείοις καὶ

---

325 6, 17, 157, 4. Eorum cogitationes qui sunt virtute praediti per 430
326 divinam fiunt inspirationem, cum anima quodam modo sit disposita et divina voluntas in humanas animas transmittatur, certis Dei
322 ministris ad talia ministeria opem ferentibus. . . . 161, 3. Quandoque autem et per hominum cogitationes et ratiocinationes virtus aliquid inspirat, et in mentes vim immittit et sensum perfectiorem, promptitudinem et alacritatem animi praebens et ad quaestiones et ad opera.

374 7, 1, 2, 2. Quidquid est excellens, existimat [gnosticus] esse 431
157 honorabile pro dignitate; et in rebus quidem sensibilibus esse honorandos magistratus et parentes . . ., in rebus autem intellegibilibus honorandum esse id, quod est in generatione vetustius, tempore et principio carens principium et rerum exsistentium primitias, Filium, 3. a quo discere est ulteriorem causam, nempe
151 universorum Patrem, qui est vetustissimum et beneficentissimum.

607 7, 10, 55, 7. Dictum est enim: *Habenti dabitur.* Fidei quidem 432
609 cognitio, cognitioni autem caritas, caritati autem hereditas. 56, 1. Hoc autem fit, quando quis pependerit a Domino per fidem, cognitionem et caritatem, et una cum eo ascenderit ubi est fidei nostrae et caritatis Deus et custos. 2. Hinc denique traditur cognitio iis, qui ad hoc sunt apti et selecti, eo quod maiore praeparatione opus

---

430. CB 2, 513; MG 9, 389.
431. CB 3, 4; MG 9, 404.
432. CB 3, 41; MG 9, 480.

ἐγκρίτοις διὰ τὸ πλείονος παρασκευῆς καὶ προγυμνασίας δεῖσθαι καὶ πρὸς τὸ ἀκούειν τῶν λεγομένων καὶ εἰς καταστολὴν βίου καὶ εἰς τὸ ἐπὶ πλέον τῆς κατὰ νόμον δικαιοσύνης κατ' ἐπίτασιν προεληλυθέναι. 3. Αὕτη πρὸς τέλος ἄγει τὸ ἀτελεύτητον καὶ τέλειον, προδιδάσκουσα τὴν ἐσομένην ἡμῖν κατὰ τὸν Θεὸν μετὰ θεῶν δίαιταν, ἀπολυθέντων ἡμῶν κολάσεως καὶ τιμωρίας ἁπάσης, ἃς ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων εἰς παιδείαν ὑπομένομεν σωτήριον· 4. μεθ' ἣν ἀπολύτρωσιν τὸ γέρας καὶ αἱ τιμαὶ τελειωθεῖσιν ἀποδίδονται, πεπαυμένοις μὲν τῆς καθάρσεως, πεπαυμένοις δὲ καὶ λειτουργίας τῆς ἄλλης, κἂν ἁγία ᾖ καὶ ἐν ἁγίοις· 5. ἔπειτα καθαροὺς τῇ καρδίᾳ γενομένους κατὰ τὸ προσεχὲς τοῦ Κυρίου προσμένει τῇ θεωρίᾳ τῇ ἀϊδίῳ ἀποκατάστασις. 6. Καὶ θεοὶ τὴν προσηγορίαν κέκληνται, [οἱ] σύνθρονοι τῶν ἄλλων θεῶν, τῶν ὑπὸ τῷ σωτῆρι πρώτων τεταγμένων, γενησόμενοι.

433 7, 10, 57, 3. Ἡ μὲν οὖν πίστις σύντομός ἐστιν, ὡς εἰπεῖν, 259
τῶν κατεπειγόντων γνῶσις, ἡ γνῶσις δὲ ἀπόδειξις τῶν διὰ 261
πίστεως παρειλημμένων ἰσχυρὰ καὶ βέβαιος, διὰ τῆς κυριακῆς διδασκαλίας ἐποικοδομουμένη τῇ πίστει εἰς τὸ ἀμετάπτωτον καὶ μετ' ἐπιστήμης [καὶ] καταληπτὸν παραπέμπουσα. 4. Καί 278
μοι δοκεῖ πρώτη τις εἶναι μεταβολὴ σωτήριος ἡ ἐξ ἐθνῶν εἰς πίστιν, ὡς προεῖπον, δευτέρα δὲ ἡ ἐκ πίστεως εἰς γνῶσιν· ἡ 273
δέ, εἰς ἀγάπην περαιουμένη, ἐνθένδε ἤδη φίλον φίλῳ τὸ γιγνῶ- 361

---

sit et praeexercitatione, et ad ea audienda quae dicuntur, et vitam componendam, et ad considerate progrediendum ad id, quod est ultra eam quae est ex lege iustitiam. 3. Ea nos deducit ad finem interminatum et perfectum, prius docens eam quae nobis est futura secundum Deum cum diis vivendi rationem, cum ab omni poena et supplicio fuerimus liberati, quae sustinemus ex peccatis ad salutarem disciplinam. 4. Post quam redemptionem praemium et honores dantur consummatis, cum cessaverint quidem a purgatione, cessaverint autem etiam ab alio quocumque ministerio, quantumvis sancto et inter sanctos; 5. deinde eos, qui fuerint mundi corde, in propinquitatem Domini evectos, manet perpetuae contemplationis restitutio. 6. Et deorum appellantur nomine, qui in iisdem sedibus sunt collocati, in quibus alii dii qui sunt primi sub servatore constituti.

433 7, 10, 57, 3. Fides, ut ita dicam, est compendiosa eorum quae 259
necessaria sunt cognitio. Cognitio autem est firma ac stabilis de- 261
monstratio eorum quae assumpta sunt per fidem, quae per doctrinam Domini super fidem aedificatur, quae ducit ad infallibilitatem et scientiam et perfectam comprehensionem. 4. Ac mihi quidem ea 278
videtur esse prima salutaris mutatio, quae fit a gentibus ad fidem, ut prius dixi; secunda autem, quae est a fide ad cognitionem. Haec vero, desinens in caritatem, amicum reddit cognoscentem 273
361

433. CB 3, 42; MG 9, 481.

σκον τῷ γιγνωσκομένῳ παρίστησιν. 5. Καὶ τάχα ὁ τοιοῦτος ἐνθένδε ἤδη προλαβὼν ἔχει τὸ ἰσάγγελος εἶναι.

532 7, 12, 78, 7. Ἡ δικαιοσύνη διπλῆ, ἡ μὲν δι' ἀγάπην, ἡ δὲ 434
534 διὰ φόβον. 79, 1. Εἴρηται γοῦν· «Ὁ φόβος τοῦ Κυρίου ἁγνὸς διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος» [Ps 18, 10]. Οἱ γὰρ ἐκ φόβου εἰς πίστιν καὶ δικαιοσύνην ἐπιστρέφοντες εἰς αἰῶνα διαμένουσιν. Αὐτίκα ἀποχὴν κακῶν ἐργάζεται ὁ φόβος.

46 7, 17, 107, 3. Ἐκ τῶν εἰρημένων ἄρα φανερὸν οἶμαι γεγε- 435
50 νῆσθαι μίαν εἶναι τὴν ἀληθῆ ἐκκλησίαν τὴν τῷ ὄντι ἀρχαίαν, εἰς ἣν οἱ κατὰ πρόθεσιν δίκαιοι ἐγκαταλέγονται. . . . 4. Τῇ γοῦν τοῦ ἑνὸς φύσει συγκληροῦται ἐκκλησία ἡ μία, ἣν εἰς πολλὰς κατατέμνειν βιάζονται αἱρέσεις.

„Quis dives salvetur?“

54 C. 21, n. 3. Οὐδὲ τῶν καθευδόντων καὶ βλακευόντων ἐστὶν 436
ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οἱ «βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν» [Mt 11, 12]. . . . 4. Τοιγάρτοι τούτων ἀκούσας ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ ἐκλεκτός, ὁ ἐξαίρετος, ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν, ὑπὲρ οὗ μόνου καὶ ἑαυτοῦ τὸν φόρον ὁ σωτὴρ ἐκτελεῖ, ταχέως ἥρπασε καὶ συνέβαλε τὸν λόγον. 5. Καὶ τί φησιν; «Ἰδὲ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι» [Mt 19, 27; Mc 10, 28].

594 33, 2. Σὺ μὲν μὴ κρῖνε, τίς ἄξιος καὶ τίς ἀνάξιος· ἐνδέχεται 437
γάρ σε διαμαρτεῖν περὶ τὴν δόξαν· ὡς ἐν ἀμφιβόλῳ δὲ τῆς

---

cognito. 5. Et fortasse, qui est eiusmodi, iam anticipavit ut sit similis angelis.

532 7, 12, 78, 7. Iustitia est duplex, una quidem propter cari- 434
534 tatem, altera vero propter metum. 79, 1. Dictum quidem certe est: *Timor Domini castus, permanens in saeculum saeculi;* qui enim convertuntur a timore ad fidem et iustitiam, permanent in saeculum; iam vero abstinentiam a malis operatur timor.

46 7, 17, 107, 3. Ex dictis manifestum esse existimo unam esse 435
50 veram ecclesiam, eam quae vere est antiqua, in cuius catalogum referuntur ii, qui sunt iusti ex proposito. . . . 4. In unius ergo naturae sortem cooptatur ecclesia, quae est una, quam conantur haereses in multas discindere.

54 21, 3. Nec dominantium et in deliciis agentium est regnum 436
caelorum; sed *violenti rapiunt illud*. . . . 4. Itaque cum haec audisset beatus Petrus, electus ille et eximius, primus ille discipulorum, pro quo uno et se ipso salvator tributum pendit; sermonem confestim rapuit vimque eius comprehendit. 5. Quid vero ait? *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te.*

594 33, 2. Tu quidem noli iudicare quis dignus aut indignus sit; 437
fieri enim potest, ut opinione tua erres. Sic vero in proclivi cum

---

434. CB 3, 56; MG 9, 509.
435. CB 3, 76; MG 9, 552.
436. CB 3, 173; MG 9, 625.
437. CB 3, 181; MG 9, 637.

ἀγνοίας ἄμεινον καὶ τοὺς ἀναξίους εὖ ποιεῖν διὰ τοὺς ἀξίους ἢ φυλασσόμενον τοὺς ἧσσον ἀγαθοὺς μηδὲ τοῖς σπουδαίοις περιπεσεῖν. 3. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ φείδεσθαι καὶ προσποιεῖσθαι δοκιμάζειν τοὺς εὐλόγως ἢ μὴ τευξομένους ἐνδέχεταί σε καὶ θεοφιλῶν ἀμελῆσαί τινων, οὗ τὸ ἐπιτίμιον κόλασις ἔμπυρος αἰώνιος.

438 42, 2. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ τυράννου τελευτήσαντος ἀπὸ τῆς 60
Πάτμου τῆς νήσου μετῆλθεν [ὁ Ἰωάννης] ἐπὶ τὴν Ἔφεσον, 39
ἀπῄει παρακαλούμενος καὶ ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν, ὅπου μὲν ἐπισκόπους καταστήσων, ὅπου δὲ ὅλας ἐκκλησίας 554
ἁρμόσων, ὅπου δὲ κλῆρον ἕνα γέ τινα κληριώσων τῶν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος σημαινομένων.

Fragmenta.

439 *Hypotyposes.* Fragm. apud *Eus.*, H. E. 6, 14. Ὁ Κλήμης 14
. . . περὶ τῆς τάξεως τῶν εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνέκαθεν πρεσβυτέρων τέθειται, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον. Προγεγράφθαι ἔλεγεν τῶν εὐαγγελίων τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας, τὸ δὲ κατὰ Μάρκον ταύτην ἐσχηκέναι τὴν οἰκονομίαν. Τοῦ Πέτρου 18
δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον καὶ Πνεύματι τὸ εὐαγγέλιον ἐξειπόντος, τοὺς παρόντας, πολλοὺς ὄντας, παρακαλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πόρρωθεν καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα· ποιή-

---

sit error, melius erit ut et indignis benefacias propter dignos, quam ut, dum caves indignos, ne in eos quidem qui bene merentur incidas. 3. Dum enim nimia cautione uteris viderisque probare, quinam merito necne accepturi sint, contingit ut Dei amicos colere neglegas; cuius neglectus poena aeternum ignis supplicium exsistit.

438 42, 2. Cum [Ioannes] post tyranni obitum e Patmo insula Ephesum 60
rediisset, vicinas quoque gentes rogatus visebat, partim quidem ut 39
episcopos constitueret, partim vero ut integras ecclesias disponeret 554
ac formaret, partim etiam ut unumquemque eorum, quos Spiritus designaret, in clerum cooptaret.

439 Fragm. apud *Eus.*, H. E. 6, 14. Clemens . . . traditionem 14
quamdam de ordine evangeliorum, quam a vetustioribus presbyteris acceperat, refert in hunc modum. Dicebat ex evangeliis prius scripta esse illa, quae seriem generis dominici continent. Marci 17
autem evangelium ex huiusmodi occasione scriptum fuisse: cum 18
Petrus in urbe Roma verbum Dei publice praedicasset et Spiritu Sancto afflatus evangelium promulgasset, multi qui aderant Marcum cohortati sunt, utpote qui Petrum iamdudum sectatus fuisset et dicta eius memoria teneret, ut quae ab apostolo praedicata erant conscriberet. Marcus igitur evangelium composuit iisque qui illud

---

438. CB 3, 188; MG 9, 648.
439. CB 3, 197; Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 550; MG 9, 749; 20, 552.

σαντα δὲ τὸ εὐαγγέλιον μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ· ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον προτρεπτικῶς μήτε κωλῦσαι μήτε προτρέψασθαι. Τὸν μέντοι Ἰωάννην ἔσχατον, συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις δεδήλωται, προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων, Πνεύματι θεοφορηθέντα πνευματικὸν ποιῆσαι εὐαγγέλιον.

75 *Hypotyposes.* Fragm. apud *Eus.*, H. E. 6, 14. Καὶ τὴν 440
πρὸς Ἑβραίους δὲ ἐπιστολὴν Παύλου μὲν εἶναί φησιν [ὁ Κλήμης], γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις ἑβραϊκῇ φωνῇ. Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησιν, ὅθεν τὸν αὐτὸν χρῶτα εὑρίσκεσθαι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ταύτης τε τῆς ἐπιστολῆς καὶ τῶν Πράξεων.

598 *Adumbrationes in 1 Petr.* 1, 3. Decebat numquam reverti 441
secundo ad corpus animam in hac vita, neque iustam, quae angelica facta est, neque malignam, ne iterum occasionem peccandi per susceptionem carnis accipiat; in resurrectione autem utramque in corpus reverti. Coniunguntur enim sibimet invicem iuxta genus proprium, secundum compositionem alterius se quadam congruentia coaptantes sicut sagena vel aedificatio lapidum.

152 *Adumbrationes in 1 Io.* 1, 1. Cum dicit [Ioannes]: *Quod* 442
157 *erat ab initio* [1 Io 1, 1], generationem tangit sine principio Filii cum Patre simul exstantis. «Erat» ergo verbum aeternitatis significativum est non habentis initium, sicut etiam Verbum ipsum (hoc est Filius) quod secundum aequalitatem substantiae unum cum Patre consistit, sempiternum est et infectum. Quod semper erat Verbum, significatur dicendo: *In principio erat Verbum* [Io 1, 1].

ORIGENES, 185/6—254/5.

Περὶ ἀρχῶν, ca 230.

79 L. 1, Praef., n. 2. Cum multi sint qui se putant sentire 443
80 quae Christi sunt, et nonnulli eorum diversa a prioribus

---

ab ipso rogabant impertiit. Quod cum Petrus comperisset, nec
20 prohibuit omnino rem fieri, nec ut fieret incitavit. At Ioannes omnium postremus, cum videret in aliorum evangeliis ea, quae ad corpus Christi pertinent, tradita esse, ipse divino Spiritu afflatus spirituale evangelium familiarium suorum rogatu conscripsit.

75 Fragm. apud *Eus.*, H. E. 6, 14. Et epistulam ad Hebraeos 440
Pauli esse dicit [Clemens], scriptam autem esse Hebraeis hebraico sermone. Lucam vero studio eam transtulisse et dedisse Graecis; unde eumdem stilum inveniri in ista translatione atque in Actibus.

440. CB 3, 201; Eus. 2, 550; MG 9, 748; 20, 549.
441. CB 3, 203; MG 9, 729. 442. CB 3, 210; MG 9, 734.
443. CB 5 (ed. P. Koetschau, 1913), 8; MG 11, 116.

sentiant, servetur vero ecclesiastica praedicatio per successionis ordinem ab apostolis tradita et usque ad praesens in ecclesiis permanens, illa sola credenda est veritas, quae in nullo ab ecclesiastica et apostolica traditione discordat.

444 1, Praef., 3. Illud autem scire oportet, quoniam sancti 83
apostoli, fidem Christi praedicantes, de quibusdam quidem quaecumque necessaria crediderunt omnibus credentibus, etiam his qui pigriores erga inquisitionem divinae scientiae videbantur, manifestissime tradiderunt, rationem scilicet assertionis eorum relinquentes ab his inquirendam, qui Spiritus dona excellentia mererentur et praecipue sermonis, sapientiae et scientiae gratiam per ipsum Sanctum Spiritum percepissent; de aliis vero dixerunt quidem quia sint; quomodo autem aut unde sint siluerunt, profecto ut studiosiores quique ex posteris suis qui amatores essent sapientiae, exercitium habere possent, in quo ingenii sui fructum ostenderent, hi videlicet qui dignos se et capaces ad recipiendam sapientiam praepararent.

445 1, Praef., 4. Species vero eorum quae per praedicationem 80
apostolicam manifeste traduntur istae sunt. Primo quod unus 188
est Deus qui omnia creavit atque composuit, quique, cum 189
nihil esset, esse fecit universa, . . . et quod hic Deus in no- 373
vissimis diebus, sicut per prophetas suos ante promiserat, misit Dominum Iesum Christum . . . Ipse, qui venit, ante omnem 374
creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium conditione Patri ministrasset, *per ipsum* namque *omnia facta sunt* [Io 1, 3], novissimis temporibus se ipsum exinaniens homo factus est, incarnatus est, cum Deus esset, et homo factus mansit quod erat, Deus. Corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens, quod natum ex virgine et Spiritu Sancto est. Et quoniam hic Iesus Christus natus et passus est in veritate, et 400
non per phantasiam, communem hanc mortem vere mortuus; vere enim et a mortuis resurrexit, et post resurrectionem conversatus cum discipulis suis assumptus est. Tum deinde honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum 141
Sanctum. In hoc non iam manifeste discernitur, utrum natus an innatus vel Filius etiam ipse Dei habendus sit necne.

446 1, Praef., 5. Post haec iam quod anima substantiam vitam- 586
que habens propriam, cum ex hoc mundo discesserit, pro suis meritis dispensabitur, sive vitae aeternae ac beatitudinis hereditate potitura, si hoc ei sua gesta praestiterint, sive igni 594
aeterno ac suppliciis mancipanda, si in hoc eam scelerum culpa detorserit; sed et quia erit tempus resurrectionis mor- 600
tuorum, cum corpus hoc, quod nunc *in corruptione seminatur,*

444. CB 5, 9; MG 11, 116. 445. CB 5, 9; MG 11, 117.
446. CB 5, 11; MG 11, 118.

surget in incorruptione, et quod *seminatur in ignominia, surget*
221 *in gloria* [1 Cor 15, 42]. Est et illud definitum in ecclesiastica
praedicatione, omnem animam rationabilem esse liberi arbitrii
210 et voluntatis; esse quoque ei certamen adversum diabolum
et angelos eius contrariasque virtutes, ex eo quod illi peccatis
eam onerare contendant, nos vero, si recte consulteque viva-
mus, ab huiuscemodi labe exuere nos conemur. Unde et
consequens est intellegere non nos necessitati esse subiectos,
ut omnimodo, etiamsi nolimus, vel mala vel bona agere
209 cogamur. Si enim nostri arbitrii sumus, impugnare nos fortasse
334 possint aliquae virtutes ad peccatum, et aliae iuvare ad salutem;
non tamen necessitate cogimur vel recte agere vel male;
quod fieri arbitrantur hi qui stellarum cursum et motus causam
dicunt humanorum esse gestorum, non solum eorum, quae
extra arbitrii accidunt libertatem, sed et eorum, quae in nostra
224 sunt posita potestate. De anima vero, utrum ex seminis traduce
ducatur, ita ut ratio ipsius vel substantia inserta ipsis cor-
poralibus seminibus habeatur, an vero aliud habeat initium,
et hoc ipsum initium si genitum est aut non genitum, vel
certe si extrinsecus corpori inditur necne: non satis manifesta
praedicatione distinguitur.

196 1, Praef., 7. Est praeterea et illud in ecclesiastica prae- 447
dicatione, quod mundus iste factus sit et a certo tempore
coeperit, et sit pro ipsa sui corruptione solvendus. Quid tamen
ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundum erit, iam
non pro manifesto multis innotuit. Non enim evidens de
his in ecclesiastica praedicatione sermo profertur.

198 1, Praef., 10. Est etiam illud in ecclesiastica praedicatione, 448
209 esse angelos Dei quosdam et virtutes bonas qui ei ministrant
ad salutem hominum consummandam; sed quando isti creati
sint vel quales aut quomodo sint, non satis in manifesto
distinguitur.

354 1, 1, c. 1, n. 3. Sed et cum de Spiritu Sancto multi sancti 449
357 participant, non utique corpus aliquod intellegi potest Spiritus
Sanctus, quod divisum in partes corporales percipiat unus-
quisque sanctorum, sed virtus profecto sanctificans est; cuius
participium habere dicuntur omnes, qui per eius gratiam
sanctificari meruerint.

108 1, 1, 5. Dicimus secundum veritatem quidem Deum in- 450
115 comprehensibilem esse atque inaestimabilem. Si quid enim
illud est, quod sentire vel intellegere de Deo potuerimus,
multis longe modis eum meliorem esse ab eo quod sensimus,
necesse est credi.

---

447. CB 5, 14; MG 11, 119. 448. CB 5, 16; MG 11, 120.
449. CB 5, 18; MG 11, 122. 450. CB 5, 20; MG 11, 124.

451 1, 1, 6. Quia ergo mens nostra ipsum per se ipsam Deum 105
sicut est non potest intueri, ex pulchritudine operum et decore
creaturarum parentem universitatis intellegit. Non ergo corpus 97
aliquod aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis 98
natura simplex, nihil omnino in se adiunctionis admittens,
uti ne maius aliquid et inferius in se habere credatur,
sed ut sit ex omni parte μονάς, et, ut ita dicam, ἑνάς, et
mens, ac fons ex quo initium totius intellectualis naturae vel
mentis est.

452 1, 1, 8. Ioannes in evangelio dicens: *Deum nemo vidit* 105
umquam [Io 1, 18], manifeste declarat omnibus qui intellegere 38
possunt, quia nulla natura est cui visibilis sit Deus; non quasi
qui visibilis quidem sit per naturam, et velut fragilioris crea-
turae evadat atque excedat aspectum, sed quoniam naturaliter
videri impossibile est. Quodsi requiras a me, quid etiam de
ipso Unigenito sentiam, si ne ipsi quidem visibilem dicam
naturam Dei, quae naturaliter invisibilis est, non tibi statim
vel impium videatur esse vel absurdum: rationem quippe
dabimus consequenter. ⟨Sicut enim incongruum est dicere,
quod possit Filius videre Patrem, ita inconveniens est opinari,
quod Spiritus Sanctus possit videre Filium.⟩[1] Aliud est videre,
aliud cognoscere; videri et videre corporum res est, cognosci
et cognoscere intellectualis naturae est. Quidquid ergo pro-
prium corporum est, hoc nec de Patre nec de Filio sentien-
dum est.

453 1, 2, 1. Primo illud nos scire oportet, quod alia est in 383
Christo deitatis eius natura, quod est unigenitus Filius Patris,
et alia humana natura quam in novissimis temporibus pro
dispensatione suscepit.

454 1, 2, 10. Quemadmodum pater non potest esse quis, si 196
filius non sit, neque dominus esse quis potest sine possessione
vel servo: ita ne omnipotens quidem Deus dici potest, si non
sint in quos exerceat potentatum; et ideo ut omnipotens
ostendatur Deus, omnia subsistere necesse est. Nam si quis
est qui velit vel saecula aliqua transisse vel spatia, vel quod-
cumque illud nominare vult, cum nondum facta essent quae
facta sunt: sine dubio hoc ostendet, quod in illis vel saeculis
vel spatiis omnipotens non erat Deus, et postmodum omni-
potens factus est, ex quo habere coepit in quos ageret po-
tentatum; et per hoc videbitur profectum quemdam accepisse
et ex inferioribus ad meliora venisse; siquidem melius esse
non dubitatur esse eum omnipotentem quam non esse.

---

[1] Haec intra uncos scribit Koetschau in CB, quae ex libello Hieronymi Contra Ioan. Hieros. 7 (ML 23, 360) desumuntur.

451. CB 5, 21; MG 11, 124. 452. CB 5, 25; MG 11, 128.
453. CB 5, 27; MG 11, 130. 454. CB 5, 41; MG 11, 138.

110 1, 3, 1. De Deo quidem Patre quamvis digne proloqui 455
nemo valeat, tamen possibile est intellectum aliquem capi ex occasione visibilium creaturarum et ex his quae humana mens naturaliter sentit.

602 1, 6, 1. Quae quidem etiam a nobis cum magno metu 456
et cautela dicuntur, discutientibus magis et pertractantibus quam pro certo ac definito statuentibus. Indicatum namque a nobis in superioribus est quae sint de quibus manifesto dogmate terminandum sit, quod et pro viribus fecisse nos puto, cum de Trinitate loqueremur. De his vero disputandi specie magis quam definiendi, prout possumus, exercemur. Finis ergo mundi et consummatio dabitur, cum unusquisque pro merito peccatorum etiam poenis subicietur; quod tempus Deus solus agnoscit, quando unusquisque quod meretur expendet. In unum sane finem putamus quod bonitas Dei per Christum suum universam revocet creaturam, subactis ac subditis etiam inimicis.

602 1, 6, 3. Iam vero si aliqui ex his ordinibus, qui sub prin- 457
cipatu diaboli agunt ac malitiae eius obtemperant, poterunt aliquando in futuris saeculis converti ad bonitatem, pro eo quod inest in ipsis liberi facultas arbitrii; an vero permanens et inveterata malitia velut in naturam quamdam ex consuetudine convertatur, etiam tu qui legis probato, si omnimodis neque in his quae videntur temporalibus saeculis neque in his quae non videntur et aeterna sunt, penitus pars ista ab illa etiam finali unitate ac convenientia discrepabit. Interim tamen tam in his quae videntur et temporalibus saeculis quam in illis quae non videntur et aeterna sunt, omnes isti pro ordine, pro ratione, pro modo et meritorum dignitatibus dispensantur; ut in primis alii, alii in secundis, nonnulli etiam in ultimis temporibus et per maiora ac graviora supplicia necnon et diuturna ac multis, ut ita dicam, saeculis tolerata asperioribus emendationibus reparati et restituti eruditionibus primo angelicis, tum deinde etiam superiorum graduum virtutibus, ut sic per singula ad superiora provecti usque ad ea, quae sunt invisibilia et aeterna, perveniant, singulis videlicet quibusque caelestium virtutum officiis quadam eruditionum specie peragratis.

235 2, 1, 3. Quomodo enim in Deo *vivimus, et movemur, et* 458
sumus [Act 17, 28], nisi quod virtute sua universum constringit et continet mundum? Quomodo autem caelum sedes Dei est, et terra scabellum pedum eius, sicut salvator ipse pronuntiat, nisi quia et in caelo et in terra virtus eius replet universa, sicut et dicit: *Nonne caelum et terram ego repleo, dicit Dominus?* [Ier 23, 24.]

---

455. CB 5, 49; MG 11, 147. 456. CB 5, 78; MG 11, 165.
457. CB 5, 83; MG 11, 169. 458. CB 5, 108; MG 11, 184.

459 2, 1, 4. Nescio quomodo tanti et tales viri ingenitam, id 188
est, non ab ipso Deo factam conditore omnium putaverunt, sed fortuitam quamdam eius naturam virtutemque dixerunt. Et miror quomodo isti culpent eos, qui vel opificem Deum vel providentiam huius universitatis negant et impie eos sentire arguunt, quod tantum mundi opus arbitrentur sine opifice vel provisore constare; cum ipsi quoque similem culpam impietatis incurrant, ingenitam dicentes esse materiam Deoque ingenito coaeternam.

460 2, 6, 3. Neque rursum anima illa [Christi], utpote substantia 378
rationabilis, contra naturam habuit capere Deum, in quem, ut 384
superius diximus, velut in Verbum et sapientiam et veritatem 392
tota iam cesserat. Unde et merito pro eo quod vel tota esset in Filio Dei vel totum in se caperet Filium Dei, etiam ipsa cum ea quam assumpserat carne, Dei Filius et Dei virtus, Christus et Dei sapientia appellatur; et rursum Dei Filius, per quem omnia creata sunt, Iesus Christus, et Filius hominis nominatur. Nam et Filius Dei mortuus esse dicitur, pro ea scilicet natura, quae mortem utique recipere poterat; et Filius hominis appellatur, qui venturus in Dei Patris gloria cum sanctis angelis praedicatur. Et hac de causa per omnem scripturam tam divina natura humanis vocabulis appellatur, quam humana natura divinae nuncupationis insignibus decoratur. Magis enim de hoc quam de ullo alio dici potest quod scriptum est, quia *erunt ambo in carne una, et iam non sunt duo, scd caro una* [Gn 2, 24; Mc 10, 8]. Magis enim Verbum Dei cum anima in carne una esse, quam vir cum uxore, putandus est.

461 2, 6, 5. Naturam quidem animae illius [Christi] hanc fuisse 378
quae est omnium animarum, non potest dubitari; alioquin nec 399
dici anima potuit, si vere non fuit anima. Verum quoniam boni malique eligendi facultas omnibus praesto est, haec anima, quae Christi est, ita elegit diligere iustitiam, ut pro immensitate dilectionis inconvertibiliter ei atque inseparabiliter inhaereret, ita ut propositi firmitas et affectus immensitas et dilectionis inexstinguibilis calor omnem sensum conversionis atque immutationis abscideret, ut, quod in arbitrio erat positum, longi usus affectu iam versum sit in naturam: ita et fuisse quidem in Christo humana et rationabilis anima credenda est, et nullum sensum vel possibilitatem eam putandum est habuisse peccati. 6.... Illa anima quae, quasi ferrum in igne, sic semper in Verbo, semper in sapientia, semper in Deo posita est, omne quod agit, quod sentit, quod intellegit, Deus est; et ideo nec convertibilis aut mutabilis dici potest, quae inconvertibilitatem

459. CB 5, 110; MG 11, 185. 460. CB 5, 142; MG 11, 211.
461. CB 5, 144; MG 11, 213.

ex Verbi Dei unitate indesinenter ignita possedit. Ad omnes denique sanctos calor aliquis Verbi Dei putandus est pervenisse; in hac autem anima ignis ipse divinus substantialiter requievisse credendus est, ex quo ad ceteros calor aliquis venerit.

193 2, 9, 6. Bonum esse et iustum et omnipotentem Deum 462
creatorem universorum, quibus valuimus ex divinis scripturis assertionibus in superioribus frequenter ostendimus. Hic cum in principio crearet ea, quae creare voluit, id est, rationabiles naturas, nullam habuit aliam creandi causam nisi se ipsum, id est, bonitatem suam.

603 2, 10, 4. Invenimus namque in Isaia propheta designari 463
uniuscuiusque proprium esse ignem quo punitur; ait enim: *Ambulate in lumine ignis vestri et in flamma quam accendistis* vobismet ipsis [Is 50, 11]. Per quos sermones hoc videtur indicari, quod unusquisque peccatorum flammam sibi ipse proprii ignis accendat, et non in aliquem ignem qui antea iam fuerit accensus ab alio, vel ante ipsum substiterit, demergatur. Cuius ignis esca atque materia sunt nostra peccata, quae ab apostolo Paulo ligna et faenum et stipula nominantur. Et arbitror quod, sicut in corpore escae abundantia et qualitas vel quantitas cibi contraria febres generat, et febres diversi vel modi vel temporis secundum eam mensuram, qua intemperies collecta materiam suggesserit ac fomitem febrium, quae materiae qualitas ex diversa intemperie congregata causa vel acerbioris morbi vel prolixioris exsistit; ita anima cum multitudinem malorum operum et abundantiam in se congregaverit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorum congregatio effervescit ad supplicium atque inflammatur ad poenas; cum etiam mens ipsa vel conscientia per divinam virtutem omnia in memoriam recipiens, quorum in semetipsa signa quaedam ac formas, cum peccaret, expresserat, et singulorum quae vel foede ac turpiter gesserat vel etiam impie commiserat, historiam quamdam scelerum suorum ante oculos videbit expositam; tunc et ipsa conscientia propriis stimulis agitatur atque compungitur et sui ipsa efficitur accusatrix et testis.

603 2, 10, 6. Si enim ad corporis sanitatem pro his vitiis, quae 464
per escam potumque collegimus, necessariam habemus interdum austerioris ac mordacioris medicamenti curam, nonnumquam vero, si id vitii qualitas depoposcerit, rigore ferri et sectionis asperitate indigemus; quodsi et haec supergressus fuerit morbi modus, ad ultimum conceptum vitium etiam ignis exurit: quanto magis intellegendum est medicum nostrum Deum volentem diluere vitia animarum nostrarum, quae ex peccatorum et

462. CB 5, 169; MG 11, 230. 463. CB 5, 177; MG 11, 236.
464. CB 5, 179; MG 11, 238.

scelerum diversitate collegerant, uti huiuscemodi poenalibus curis, insuper etiam ignis inferre supplicium his qui sanitatem animae perdiderunt? . . . Si qui ergo ex otio de omni scriptura congreget omnes languorum commemorationes, quae in commonitione peccatoribus velut corporearum aegritudinum appellationibus memorantur, inveniet quod animarum vel vitia vel supplicia per haec figuraliter indicentur.

465 3, 1, 18. Οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἀνθρώπινον θέλειν πρὸς τὸ τυχεῖν 329
τοῦ τέλους, οὐδὲ τὸ τῶν οἱονεὶ ἀθλητῶν τρέχειν πρὸς τὸ καταλαβεῖν «τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ» [Phil 3, 14]· Θεοῦ γὰρ συμπαρισταμένου ταῦτα ἀνύεται.... Καὶ τὸ τοὺς καρποὺς πλήρεις γεγονέναι, οὐκ ἂν εὐσεβῶς λέγοιμεν ἔργον εἶναι τοῦ γεωργοῦ ἢ ἔργον τοῦ ποτίσαντος [cf. 1 Cor 3, 6], ἀλλ' ἔργον τοῦ Θεοῦ· οὕτω καὶ ἡ ἡμετέρα τελείωσις οὐχὶ μηδὲν ἡμῶν πραξάντων γίνεται, οὐ μὴν ἀφ' ἡμῶν ἀπαρτίζεται, ἀλλὰ Θεὸς τὸ πολὺ ταύτης ἐνεργεῖ.

466 3, 3, 5. Illud quoque consequenter requirendum puto, ex 223
quibus causis humana anima nunc quidem a bonis, nunc autem moveatur a malis. . . . Ut mihi videtur, non aliter poterit responderi, ita ut absque omni iniustitiae culpa divina providentia demonstretur, nisi priores quaedam fuisse iis causae dicantur, quibus, antequam in corpore nascerentur animae, aliquid culpae contraxerint in sensibus vel motibus suis, pro quibus haec merito pati a divina providentia iudicatae sint. Liberi namque arbitrii semper est anima, etiam cum in cor- 221
pore hoc, etiam cum extra corpus est.

467 3, 4, 1. In qua re [tentatione] consequenter arbitror re- 219
quirendum, si in nobis, id est, hominibus, qui ex anima constamus et corpore ac spiritu vitali, est etiam aliud aliquid, quod incitamentum habeat proprium et commotionem ad malum provocantem; sicut haberi a quibusdam quaestio solet huiusmodi: utrumnam velut duae animae in nobis dicendae sunt, una quaedam divinior et caelestis, et alia inferior; an vero ex hoc ipso quod corporibus inhaeremus (quae corpora secundum propriam quidem naturam mortua sunt et penitus exanima, quia ex nobis, id est, ex animabus, corpus materiale

---

465 3, 1, 18. Non sufficit humana voluntas ad consequendum finem, 329
neque cursus, more athletarum, ad accipiendum *bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu*. Deo enim cooperante illa perficiuntur. . . . Quod fructus uberes fiant, non pie diceremus opus esse agricolae vel opus rigantis, sed opus Dei; sic et nostra perfectio nec nobis nihil agentibus fit, nec tamen a nobis consummatur, sed Deus multum ex ea operatur.

---

465. CB 5, 232; MG 11, 289. 466. CB 5, 261; MG 11, 318.
467. CB 5, 263; MG 11, 319.

vivificatur, quod utique contrarium est et inimicum spiritui), trahimur et provocamur ad haec mala quae corpori grata sunt.

602 3, 6, 6. In hunc ergo statum [gloriae] omnem hanc nostram 468
substantiam corporalem putandum est perducendam, tunc cum omnia restituentur ut unum sint, et cum Deus fuerit omnia in omnibus. Quod tamen non ad subitum fieri, sed paulatim et per partes intellegendum est, infinitis et immensis labentibus saeculis, cum sensim et per singulos emendatio fuerit et correctio prosecuta, praecurrentibus aliis et velociore cursu ad summa tendentibus, aliis vero proximo quoque spatio insequentibus, tum deinde aliis longe posterius, et sic per multos et innumeros ordines proficientium et Deo se ex inimicis reconciliantium pervenitur usque ad novissimum inimicum, qui dicitur mors, ut etiam ipse destruatur, ne ultra sit inimicus.
600 Cum ergo restitutae fuerint omnes rationabiles animae in
610 huiuscemodi statum, tunc etiam natura huius corporis nostri in spiritalis corporis gloriam perducetur. Sicut enim de rationabilibus naturis videmus non alias esse quae pro peccatis in indignitate vixerint, et alias quae pro meritis ad beatitudinem invitatae sint, sed has easdem, quae antea fuerant peccatrices, conversas postmodum et Deo reconciliatas videmus ad beatitudinem revocari; ita etiam de natura corporis sentiendum est, quod non aliud corpus est quo nunc in ignobilitate et in corruptione et in infirmitate utimur, et aliud erit illud quo in incorruptione et in virtute et in gloria utemur; sed hoc idem abiectis his infirmitatibus in quibus nunc est, in gloriam transmutabitur spiritale effectum, ut, quod fuit indignitatis vas, hoc ipsum expurgatum fiat vas honoris et beatitudinis habi-
609 taculum. In quo statu etiam permanere semper et immutabiliter creatoris voluntate credendum est, fidem rei faciente sententia apostoli Pauli dicentis: *Domum habemus non manufactam, aeternam in caelis* [2 Cor 5, 1].

77 4, 2, 4 (11). Οὐκοῦν τριχῶς ἀπογράφεσθαι δεῖ εἰς τὴν 469
ἑαυτοῦ ψυχὴν τὰ τῶν ἁγίων γραμμάτων νοήματα· ἵνα ὁ μὲν ἁπλούστερος οἰκοδομῆται ἀπὸ τῆς οἱονεὶ σαρκὸς τῆς γραφῆς, οὕτως ὀνομαζόντων ἡμῶν τὴν πρόχειρον ἐκδοχήν· ὁ δὲ ἐπὶ ποσὸν ἀναβεβηκώς, ἀπὸ τῆς ὡσπερεὶ ψυχῆς αὐτῆς· ὁ δὲ

---

77 4, 2, 4 (11). Tripliciter ergo describere oportet in anima sua 469
unumquemque divinarum intellegentiam litterarum, id est, ut simpliciores quique aedificentur ab ipso, ut ita dixerim, corpore scripturarum: sic enim appellamus communem istum intellectum; si qui vero aliquantum iam proficere coeperunt, ab ipsa quasi

---

468. CB 5, 287; MG 11, 338. 469. CB 5, 312; MG 11, 364.

τέλειος καὶ ὅμοιος τοῖς παρὰ τῷ ἀποστόλῳ λεγομένοις· «Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τῶν καταργουμένων, κτλ.» [1 Cor 2, 6 7], ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ νόμου σκιὰν περιέχοντος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν.

470 4, 4, 1 (28). Non enim dicimus, sicut haeretici putant, 157
partem aliquam substantiae Dei in Filium versam, aut ex nullis substantibus Filium procreatum a Patre, id est extra substantiam suam, ut fuerit aliquando quando non fuerit; sed, absciso omni sensu corporeo, ex invisibili et incorporeo Deo Verbum et sapientiam genitam dicimus absque ulla corporali passione, velut si voluntas procedat e mente. . . . Hoc autem ipsum quod dicimus, quia numquam fuit quando non fuit, cum venia audiendum est. Nam et haec ipsa nomina temporalis vocabuli significantiam gerunt, id est quando vel numquam; supra 141
omne autem tempus et supra omnia saecula et supra omnem aeternitatem intellegenda sunt ea, quae de Patre et Filio et Spiritu Sancto dicuntur. Haec enim sola Trinitas est, quae omnem sensum intellegentiae non solum temporalis, verum etiam aeternalis excedit. Cetera vero, quae sunt extra Trinitatem, in saeculis et in temporibus metienda sunt.

In Genesim commentarii, ca 231.

471 Tom. 3, n. 6. Ἐπιβάλλων ὁ Θεὸς τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, 118
οὐδενὸς ἀναιτίως γινομένου, ἐπιπορεύεται τῷ νῷ ἕκαστον τῶν ἐσομένων, ὁρῶν ὅτι, ἐπεὶ τόδε γέγονε, τόδε ἕπεται· ἐὰν δὲ γένηται τόδε τὸ ἑπόμενον, τόδε ἀκολουθεῖ, οὗ ὑποστάντος τόδε ἔσται· καὶ οὕτω μέχρι τέλους τῶν πραγμάτων ἐπιπορευθείς, οἶδεν ἃ ἔσται, οὐ πάντως ἑκάστῳ τῶν γινωσκομένων 119
αἴτιος τοῦ αὐτὸ συμβῆναι τυγχάνων.

---

anima scripturae aedificentur; qui vero perfecti sunt et similes his de quibus apostolus dicit: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius mundi, neque principum huius saeculi, qui destruuntur*, etc., hi tales ab ipsa spiritali lege, quae umbram habet futurorum bonorum.

471 3, 6. Aggrediens Deus initium facturae mundi, quia nihil sine 118
causa fit, percurrit mente unumquodque futurorum, videns quod quando hoc factum est, hoc sequitur; si autem fiat hoc sequens, hoc comitatur, quo exstante hoc erit; et sic absque fine rerum percurrens, scit quae erunt, non exsistens omnino unicuique cogni- 119
torum causa cur eveniat.

---

470. CB 5, 349; MG 11, 402.
471. MG 12, 64; L (= Lommatzsch) 8, 20.

De oratione, post 231.

98 C. 23, n. 3. Ταῦτα ἡγοῦμαι συνεξητακέναι τῷ «Πάτερ ἡμῶν 472
100 ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς» [Mt 6, 9] ὑπὲρ τοῦ ταπεινὴν περὶ Θεοῦ ὑπόληψιν τῶν νομιζόντων αὐτὸν εἶναι τοπικῶς ἐν οὐρανοῖς περιελεῖν καὶ μὴ ἐὰν τινα ἐν σωματικῷ τόπῳ εἶναι τὸν Θεὸν (ἐπεὶ τούτῳ ἀκόλουθόν ἐστι καὶ σῶμα αὐτὸν εἶναι) λέγειν, ᾧ ἕπεται δόγματα ἀσεβέστατα, τὸ διαιρετὸν καὶ ὑλικὸν καὶ φθαρτὸν αὐτὸν εἶναι ὑπολαμβάνειν· πᾶν γὰρ σῶμα διαιρετόν ἐστι καὶ ὑλικὸν καὶ φθαρτόν.

560 28, 4. Ἔστι τις χήρας προνοουμένης ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας 473
ὀφειλὴ καὶ ἑτέρα διακόνου καὶ ἄλλη πρεσβυτέρου, καὶ ἐπισκόπου δὲ ὀφειλὴ βαρυτάτη ἐστίν, ἀπαιτουμένη ὑπὸ τοῦ τῆς ὅλης ἐκκλησίας σωτῆρος καὶ ἐκδικουμένη, εἰ μὴ ἀποδιδοῖτο.

28, 8—10. Quisnam possit et quibus conditionibus peccata remittere, 473 v. K 243 sqq.*

In Lucam homiliae, paulo post 233.

14 1. Ecclesia quattuor habet evangelia, haereses plurima: e 474
21 quibus quoddam scribitur secundum Aegyptios, aliud iuxta
22 duodecim apostolos. Ausus fuit et Basilides scribere evangelium, et suo illud nomine titulare. Multi conati sunt scribere, sed et multi conati sunt ordinare. Quattuor tantum evangelia sunt probata, e quibus sub persona Domini et salvatoris nostri proferenda sunt dogmata. Scio quoddam evangelium, quod appellatur secundum Thomam, et iuxta Mathiam, et alia plura legimus, ne quid ignorare videremur, propter eos qui se putant aliquid scire si ista cognoverint. Sed in his omnibus nihil aliud probamus nisi quod ecclesia, id est, quattuor tantum evangelia recipienda.

209 12. Unicuique duo assistunt angeli, alter iustitiae, alter 475
210 iniquitatis. Si bonae cogitationes in corde nostro fuerint, et

---

98 23, 3. Illa volui disserere de hoc *Pater noster qui es in caelis,* 472
100 ut tollatur humilis de Deo opinio arbitrantium illum esse localiter in caelis, et ne quis dicat in corporeo loco esse Deum (ad hoc enim consequitur et illum esse corpus), ex quo sequuntur dogmata impiissima, divisibilem et materialem et corruptibilem illum esse opinari, nam omne corpus divisibile est et materiale et corruptibile.

560 28, 4. Est aliquod debitum viduae, cuius ecclesia curam gerit; 473
item aliud diaconi, aliud presbyteri; episcopi denique debitum gravissimum est, quod repetitur a totius ecclesiae salvatore et iudicio vindicatur, ni reddatur.

---

472. CB 2 (ed. P. Koetschau, 1899), 351; MG 11, 488.
473. CB 2, 377; MG 11, 524. 474. MG 13, 1803; L 5, 87.
475. MG 13, 1829; L 5, 127.

in animo iustitia pullularit, haud dubium quin nobis loquatur angelus Domini. Si vero mala fuerint in nostro corde versata, loquitur nobis angelus diaboli. Quomodo igitur per singulos homines bini sunt angeli, sic opinor et in singulis dispares esse provinciis, ut sint et boni, sint et mali.

476 14. Quemcumque enim de utero effusum marem dixeris, 431
non sic aperit vulvam matris suae, ut Dominus Iesus, quia omnium mulierum non partus infantis, sed viri coitus vulvam reserat. Matris vero Domini eo tempore vulva reserata est, quo et partus editus, quia sanctum uterum et omni dignatione venerationis venerandum ante nativitatem Christi masculus omnino non tetigit.

477 17. Si peccaverimus, debemus dicere: *Peccatum meum notum* 536
feci tibi et iniquitatem meam non abscondi; dixi: annuntiabo iniustitiam meam contra me Domino [Ps 32, 5]. Si enim hoc fecerimus et revelaverimus peccata nostra, non solum Deo, sed et his qui possunt mederi vulneribus nostris atque peccatis, delebuntur peccata nostra ab eo qui ait: *Ecce delebo ut nubem iniquitates tuas, et sicut caliginem peccata tua* [Is 44, 22].

In Ioannem commentarii, 228 — post 238.

478 Tom. 1, c. 17 (18), n. 103. Τὸ ἐξ οὗ οἷον τὸ ἐξ ὑποκει- 189
μένης ὕλης, ἀρχὴ παρὰ τοῖς ἀγένητον αὐτὴν ἐπισταμένοις, ἀλλ' οὐ παρ' ἡμῖν τοῖς πειθομένοις, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησεν ὁ Θεός, ὡς ἡ μήτηρ τῶν ἑπτὰ μαρτύρων ἐν Μακκαβαϊκοῖς [cf. 2 Mach 7, 28] καὶ ὁ τῆς μετανοίας ἄγγελος ἐν τῷ Ποιμένι ἐδίδαξε.

479 2, 10 (6), 75. Ἡμεῖς μέντοι γε τρεῖς ὑποστάσεις πειθόμενοι 141
τυγχάνειν, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα, καὶ 151
ἀγέννητον μηδὲν ἕτερον τοῦ Πατρὸς εἶναι πιστεύοντες, ὡς εὐσεβέστερον καὶ ἀληθὲς προσιέμεθα τὸ πάντων διὰ τοῦ Λόγου 181
γενομένων τὸ Ἅγιον Πνεῦμα πάντων εἶναι τιμιώτερον, καὶ 170

---

478 1, 17 (18), 103. Illud ex quo, tamquam ex materia subiacente, 189
est principium apud eos, qui ingenitam eam esse putant; secus vero apud nos, qui hoc persuasum habemus, quod ex non entibus entia fecit Deus, ut mater illa septem martyrum in Machabaeorum gestis et paenitentiae angelus in Pastore docuit.

479 2, 10 (6), 75. Nos autem, qui tres personas exsistere credimus, 141
Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et nihil praeter Patrem 151
ingenitum esse profitemur, ut magis pium et ut verum concedimus, cum omnia per Verbum sint, Spiritum Sanctum omnibus esse 181
170

476. MG 13, 1836; L 5, 137. 477. MG 13, 1846; L 5, 150.
478. CB 4 (ed. E. Preuschen, 1903), 22; MG 14, 53.
479. CB 4, 65; MG 14, 128.

τάξει ⟨πρῶτον⟩ πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ Χριστοῦ γεγενημένων.

77 10, 5 (4), 19. Οὐ καταγινώσκω δέ που καὶ τὸ ὡς κατὰ τὴν 480
ἱστορίαν ἑτέρως γενόμενον πρὸς τὸ χρήσιμον τοῦ ⟨τού⟩των μυστικοῦ σκοποῦ μετατιθέναι πως αὐτούς [τοὺς εὐαγγελιστάς], ὥστε εἰπεῖν τὸ ἐν ⟨τῷδε τῷ⟩ τόπῳ γενόμενον ὡς ἐν ἑτέρῳ, ἢ τὸ ἐν τῷδε τῷ καιρῷ ὡς ἐν ἄλλῳ, καὶ τὸ οὑτωσὶ ἀπαγγελλόμενον μετά τινος παραλλαγῆς αὐτοὺς πεποιηκέναι. Προέκειτο γὰρ αὐτοῖς ὅπου μὲν ἐνεχώρει ἀληθεύειν πνευματικῶς ἅμα καὶ σωματικῶς, ὅπου δὲ μὴ ἐνεδέχετο ἀμφοτέρως, προκρίνειν τὸ πνευματικὸν τοῦ σωματικοῦ, σωζομένου πολλάκις τοῦ ἀληθοῦς πνευματικοῦ ἐν τῷ σωματικῷ, ὡς ἂν εἴποι τις, ψεύδει.

363 19, 23 (6), 152. Ὁ δὲ ἀποθνήσκων ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἑαυτοῦ, 481
κἂν λέγῃ πιστεύειν τῷ Χριστῷ, ὡς πρὸς τὸ ἀληθὲς οὐ πεπίστευκεν αὐτῷ· ἐὰν δὲ λέγηται μὲν πίστις, χωρὶς δὲ ἔργων τυγχάνῃ, νεκρά ἐστιν ἡ τοιαύτη, ὡς ἐν τῇ φερομένῃ Ἰακώβου
291 ἐπιστολῇ ἀνέγνωμεν [cf. Iac 2, 17]. Τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ πιστεύων ἢ ὁ πεπονθὼς ἐκ τοῦ διακεῖσθαι κατὰ τὸν λόγον καὶ συμπεφυκέναι αὐτῷ τὸ μὴ ἐμπεσεῖσθαι ἄν, ὅσον μὲν ἐπὶ τούτοις τοῖς ῥητοῖς, εἰς τὰ λεγόμενα πρὸς θάνατον εἶναι ἁμαρτήματα; [cf. 1 Io 5, 16.]

383 28, 18 (14), 157. Ἄνθρωπος γάρ ἐστιν ἀποθανὼν Ἰησοῦς. 482
158. Διὸ καὶ αὐτός φησι· «Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι,

---

praestantiorem, et ordine primum omnium quae a Patre per Verbum sunt.

77 10, 5 (4), 19. Non reprehendo ipsos [evangelistas] aliquo pacto 480
transposuisse ad utilitatem mysticae considerationis id, quod, quantum attinet ad historiam, alio modo factum fuerat, ita ut quod hoc loco factum fuerat, tamquam in alio gestum sit, narrarent, vel quod uno tempore, tamquam in alio, et illud quod uno modo pronuntiatum fuerat, cum quadam alteratione referrent. Propositum enim illis erat verba narrare, et spiritualiter et corporaliter, ubi liceret; ubi autem non contingebat utrumque, rem praeferre spiritualem rei corporeae, servata saepe veritate spirituali in corporali, ut aliquis diceret, mendacio.

363 19, 23 (6), 152. Qui moritur in peccatis suis, etsi dicat se 481
credere Christo, revera non credidit illi; nam etsi dicatur fides, sine operibus autem exsistat, mortua est talis fides, ut legimus in
291 epistula quae Iacobi nomine circumfertur. Quis est igitur credens nisi ille, qui eo pervenit, ut non incidat, secundum haec verba, in peccata quae dicuntur esse ad mortem, quia affectus est iuxta rationem et coaluit cum ea?

383 28, 18 (14), 157. Iesus, qui mortuus est, homo est. 158. Quo- 482
circa ipse etiam inquit: *Nunc autem quaeritis me interficere,*

---

480. CB 4, 175; MG 14, 313.
481. CB 4, 325; MG 14, 569.
482. CB 4, 412; MG 14, 720.

ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν λελάληκα» [Io 8, 40]. 159. Καὶ ἐπεὶ ἄνθρωπος μέν ἐστιν ὁ ἀποθανών, οὐκ ἦν δὲ ἄνθρωπος ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ σοφία καὶ εἰρήνη καὶ δικαιοσύνη, καὶ περὶ οὗ γέγραπται· «Θεὸς ἦν ὁ Λόγος» [Io 1, 1]· οὐκ ἀπέθανεν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ δικαιοσύνη· ἀνεπίδεκτος γὰρ ἡ «εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως» [Col 1, 15], θανάτου. 160. Ὑπὲρ τοῦ λαοῦ δὲ ἀπέ- 419
θανεν οὗτος ὁ ἄνθρωπος, τὸ πάντων ζῴων καθαρώτερον, 398
ὅστις τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἦρεν καὶ τὰς ἀσθενείας [cf. Is 53, 4; Mt 8, 17], ἅτε δυνάμενος πᾶσαν τὴν ὅλου τοῦ κόσμου ἁμαρτίαν εἰς ἑαυτὸν ἀναλαβὼν λῦσαι καὶ ἐξαναλῶσαι καὶ ἐξαφανίσαι, ἐπεὶ «μὴ ἁμαρτίαν ἐποίησεν οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ» [Is 53, 9; 1 Petr 2, 22], οὐδὲ ἔγνω ἁμαρτίαν.

In Psalmos commentarii, ante 244.

483 Ex tomo in Ps. 1, n. 4. Μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐξητασ- 65
μένως τὸ Ἅγιον Πνεῦμα ὑποβέβληκεν αὐτὰ [Ps 11, 7] διὰ τῶν ὑπηρετῶν τοῦ λόγου, μήποτε καὶ ὑμᾶς διαφεύγῃ ἡ ἀναλογία, καθ' ἣν ἐπὶ πᾶσαν ἔφθασε γραφὴν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ θεόπνευστον μέχρι τοῦ τυχόντος γράμματος. . . . Ἡμεῖς ὑπολαμ- 68
βάνομεν περὶ πάντων τῶν ἐξ ἐπιπνοίας τοῦ Ἁγίου Πνεύματος 67
ἀναγεγραμμένων, ὡς τῆς ἐπιδιδούσης τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον σοφίαν ἱερᾶς προνοίας διὰ τῶν γραμμάτων τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, λόγια σωτήρια ἐνεσπαρκυίας, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ἑκάστῳ γράμματι κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἴχνη τῆς σοφίας.

---

hominem, qui locutus sum veritatem. 159. Et quoniam homo quidem est qui mortuus est, non erat homo veritas, sapientia, pax et iustitia et de quo scriptum est: *Deus erat Verbum,* non mortuus est ille Deus Verbum et veritas et sapientia et iustitia: si quidem *imago invisibilis Dei, primogenitus omnis creaturae* incapax est mortis. 160. Pro populo autem moritur hic homo omnibus ani- 419
mantibus purior, qui peccata nostra tulit et infirmitates, utpote 398
potens universum totius mundi peccatum in se receptum solvere et consumere et delere, quoniam *peccatum non fecit neque inventus est in ore eius dolus,* neque agnovit peccatum.

483 In Ps. 1, n. 4. Exquisitissima cura et studio Spiritus Sanctus 65
per ministros verbi ista subiecit, ne umquam vobis latere posset ratio secundum quam divina sapientia omnem scripturam divinitus datam vel ad unam usque litterulam attigit. . . . Nos censemus 68
de omnibus ex afflatu Spiritus Sancti scriptis, tamquam illa magna 67
providentia, quae sapientiam humana superiorem tradit, per divinas litteras hominum generi salutaria documenta inseruerit, et singulis, ut ita dicam, litteris, quoad unaquaeque capere potest, vestigia sapientiae impresserit.

---

483. MG 12, 1081; L 11, 375.

74 Fragm. ex comment. in Ps. 1, apud *Eus.*, H. E. 6, 25 [1]. 484
Εἰσὶν δὲ αἱ εἴκοσι δύο βίβλοι καθ' Ἑβραίους αἵδε· [Γέν., Ἔξ., Λευ., Ἀρ., Δευτ., Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ· Κριτ., Ῥούθ, ἐν ἑνί· Βασιλειῶν α′ β′, ἕν· Βασιλειῶν γ′ δ′ ἐν ἑνί· Παραλ. α′ β′ ἐν ἑνί, Ἔσδρ. α′ β′ ἐν ἑνί, Ψαλμ., Παροιμ., Ἐκκλ., Ἄισμα ᾀσμ., Ἡσ., Ἱερ. σὺν Θρήνοις καὶ τῇ Ἐπιστολῇ, Δαν., Ἰεζ., Ἰώβ, Ἐσθ.] Ἔξω δὲ τούτων ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκά.

329 Ex tomo in Ps. 4. Ὥσπερ ἐὰν εἴποιμι τὸ γεωργικὸν ἀγαθόν, 485
τὸ ποιητικὸν τοῦ καρποῦ, μικτὸν εἶναι ἐκ προαιρετικοῦ τοῦ κατὰ τὴν τέχνην τοῦ γεωργοῦ, καὶ ἀπροαιρέτου τοῦ παρὰ τῆς προνοίας κατὰ τὴν τῶν ἀέρων εὐκρασίαν, καὶ φορὰν αὐτάρκους ὑετοῦ· οὕτω τὸ τοῦ λογικοῦ ἀγαθὸν μικτόν ἐστιν ἔκ τε τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ καὶ τῆς συμπνεούσης θείας δυνάμεως τῷ
319 τὰ κάλλιστα προελομένῳ. Οὐ μόνον τοίνυν εἰς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι χρεία καὶ τῆς προαιρέσεως τῆς ἡμετέρας καὶ τῆς θείας συμπνοίας, ἥτις ἐστὶν ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀπροαίρετος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ γενόμενον καλὸν καὶ ἀγαθὸν διαμεῖναι ἐν τῇ ἀρετῇ.

*In Ps. 37 hom. 2, 6. De confessione privata et publica, v. K 248. 485**

In Ieremiam homiliae, post 244.

302 Hom. 8, 1. Πέπτωκεν ἕκαστος τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἀπὸ 486
ἁμαρτίας. Καὶ «Κύριός ἐστιν ὁ ἀνορθῶν τοὺς κατερραγμένους» καὶ «ὑποστηρίζει πάντας τοὺς καταπίπτοντας» [cf. Ps 144, 14].

---

74 Fragm. ap. *Eus.*, H. E. 6, 25. Sunt autem XXII libri iuxta 484
Hebraeos: [Gen., Ex., Lev., Num., Deut., Iesu Nave, Iud. cum Ruth, I et II Regnorum, III et IV Regnorum, Paral., Esdr., Ps., Prov., Eccl., Cant. cant., Is., Ier. cum Lamentationibus et Epistula, Dan., Ez., Iob., Esth.] Extra horum censum sunt Libri Machabaeorum.

329 In Ps. 4. Quemadmodum si dicerem bonum agriculturae, quod 485
fructum efficit, mixtum esse ex voluntario quod in arte est agricolae et non voluntario quod a providentia est, propter aëris temperiem et imbris sufficientem copiam: sic bonum rationabilis creaturae mixtum est ex voluntate ipsius et conspirante divina virtute in eo
319 qui honestissima suscipit. Non solum igitur ad id, ut honestus et bonus fiat aliquis, opus est voluntate nostra et divina ope conspirante, quae quantum ad nos arbitraria non est, sed ad id etiam, ut qui honestus et bonus evasit in virtute perseveret.

302 8, 1. Corruit unusquisque in orbe per peccatum. Et *Dominus* 486
est qui erigit elisos et *allevat omnes corruentes. In Adam omnes*

[1] Brevitatis causa, seriem tantum librorum indicamus; ideoque intra cancellos [ ] ponimus quod non est ipse scriptoris textus.

484. CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 572; MG 12, 1084; 20, 580.
485. MG 12, 1161; L 11, 450.
486. CB 3 (ed. E. Klostermann, 1901), 56; MG 13, 337.

«Ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν», καὶ οὕτως πέπτωκεν ἡ οἰκουμένη καὶ δεῖται ἀνορθώσεως, ἵν' «ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθῶσιν» [cf. 1 Cor 15, 22].

487 18, 1. Ὅσον ἐσμὲν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, μορφούμεθα, ἵν' 584
οὕτως ὀνομάσω, διὰ τὸ πήλινον ἡμῶν σκεῦος, κεραμευτικῶς καὶ μορφούμεθα ἤτοι κατὰ κακίαν ἢ κατὰ ἀρετήν. Πλὴν οὕτως μορφούμεθα ὡς ἐπιδέχεσθαι καὶ τὴν κακίαν ἡμῶν συντριβῆναι, ἵνα γένηται καινὸν κτίσμα βέλτιον, καὶ τὴν προκοπὴν ἡμῶν ἀναλυθῆναι μετὰ τὴν μόρφωσιν αὐτῆς εἰς σκεῦος πήλινον. Ἐπὰν δὲ μετὰ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα ἥκωμεν, πρὸς τῷ τέλει γενόμενοι τῆς ζωῆς, ἔπειτα πυρωθέντες ἤτοι ὑπὸ τοῦ πυρὸς τῶν πεπυρωμένων τοῦ πονηροῦ βελῶν γενώμεθα ὁτιπ‹οτ›οῦν γινόμεθα ἢ ὑπὸ τοῦ θείου πυρός (ἐπεὶ καὶ «ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον» [Hebr 12, 29; Dt 4, 24] ἐστίν), ἐὰν γενώμεθά φημι ὑπὸ τοιοῦδε ἢ τοιοῦδε πυρὸς ὅτιποτ' ἂν γενώμεθα, ἐὰν συντριβῶμεν, εἴτε ἀπὸ τοῦ καλὰ σκεύη γεγονέναι συνετρίβημεν καὶ ἀπολώλαμεν εἴτε ἀπὸ τοῦ μοχθηρὰ σκεύη γεγονέναι, οὐκ ἀνακτιζόμεθα οὐδὲ ἐπιδέχεται ἡμῶν ἡ κατασκευὴ βελτίωσιν. Διὰ τοῦτο ὅσον ἐσμὲν ἐνθάδε οἱονεὶ ἐν χειρὶ τοῦ κεραμέως ὄντες, κἂν διαπέσῃ τὸ σκεῦος ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ἐπιδέχεται θεραπείαν καὶ τὸ ἀνακτισθῆναι.

488 21, 2. Πάντα πνεῖ ‹αὐ›τῶν [τῶν προφητῶν] ἀπὸ πληρώ- 65
ματος· καὶ οὐδέν ἐστιν ἐν προφητείᾳ ἢ νόμῳ ἢ εὐαγγελίῳ ἢ ἀποστόλῳ, ὃ οὐκ ἔστιν ἀπὸ πληρώματος.

---

moriuntur, et ita corruit orbis, et indiget erectione, ut *in Christo omnes vivificentur*.

487 18, 1. Dum sumus in hac vita, formamur, ut sic dicam, propter 584
luteum vas nostrum, fictilium more, et formamur vel ad malitiam vel ad virtutem. Verum quia sic formamur, contingit et malitiam nostram conteri, ita ut fiat nova creatura melior, et progressum nostrum resolvi, postquam formatus sit, in vas luteum. Cum autem transacto hoc saeculo ad vitae finem pervenerimus, postea igniti, vel ab igne igneorum maligni telorum, erimus, quodcumque erimus, vel a divino igne (nam *Deus noster ignis consumens est*); si, inquam, ab hoc vel ab illo igne, quodcumque erimus, si conterimur, sive, postquam bona vasa fueramus, contriti sumus et periimus, sive, postquam mala vasa fueramus, non renovati sumus, neque structura nostra melior fieri potest. Quapropter dum sumus hic et quasi in manu figuli, etsi ceciderit vas e manibus eius, reparari et renovari potest.

488 21, 2. Omnia eorum [prophetarum dicta] a Spiritus plenitudine 65
spirant, nihilque est sive in prophetia, sive in lege, sive in evangelio, sive in apostolo, quod non a plenitudine descendat.

---

487. CB 3, 151; MG 13, 464.
488. CB 3, 196; MG 13, 536.

In Exodum homiliae, post 244.

54 Hom. 5, 4. Vide magno illi ecclesiae fundamento et petrae 489
solidissimae, super quam Christus fundavit ecclesiam, quid
dicatur a Domino: *Modicae*, inquit, *fidei, quare dubitasti?*
[Mt 14, 31.]

485 13, 3. Volo vos admonere religionis vestrae exemplis. 490
Nostis, qui divinis mysteriis interesse consuestis, quomodo,
cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela et veneratione
servatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris
aliquid dilabatur; reos enim vos creditis, et recte creditis, si
quid inde per neglegentiam decidat. Quodsi circa corpus eius
conservandum tanta utimini cautela, et merito utimini, quo-
modo putatis minoris esse piaculi verbum Dei neglexisse quam
corpus eius?

In Numeros homiliae, post 244.

459 Hom. 7, 2. Antea in aenigmate fuit baptismus in nube 491
475 et in mari, nunc autem in specie regeneratio est in aqua et
484 in Spiritu Sancto. Tunc in aenigmate erat manna cibus,
nunc autem in specie caro Verbi Dei est verus cibus, sicut
et ipse dicit quia: *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus
vere est potus* [Io 6, 56].

413 24, 1. In Paschae festivitate agnus scribitur esse qui puri- 492
416 ficat populum, in aliis vitulus, in aliis hircus aut aries vel
capra vel vitula, sicut ex iis, quae recitata sunt, didicistis.
Unus ergo ex iis animalibus, quae ad purificandum populum
sumuntur, esse dicitur Dominus et salvator noster. Sic enim
intellexit Ioannes, qui est maior omnium prophetarum, et
signavit de ipso dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata*
406 *mundi* [Io 1, 29]. . . . Donec sunt peccata, necesse est requiri
et hostias pro peccatis. Nam pone, verbi gratia, non fuisse
peccatum: si non fuisset peccatum, non necesse fuerat Filium
Dei agnum fieri, nec opus fuerat eum in carne positum iugu-
lari, sed mansisset hoc quod in principio erat, Deus Verbum. . . .
421 In his omnibus hostiis unus est agnus, qui totius mundi potuit
auferre peccatum, et ideo cessaverunt ceterae hostiae, quia
talis haec fuit hostia, ut una sola sufficeret pro totius mundi
salute. Ceteri enim precibus peccata, hic solus potestate
dimisit.

In Leviticum homiliae, post 244.

475 Hom. 2, 4. Audi nunc, quantae sint remissiones peccatorum 493
in evangeliis. Est ista prima, qua baptizamur in remissionem

489. MG 12, 329; L 9, 55. 490. MG 12, 391; L 9, 156.
491. MG 12, 613; L 10, 56. 492. MG 12, 756; L 10, 292.
493. MG 12, 417; L 9, 192.

peccatorum. Secunda remissio est in passione martyrii. Tertia 472
est quae pro eleemosyna datur. . . . Quarta nobis fit remissio 548
peccatorum per hoc, quod et nos remittimus peccata fratribus
nostris. . . . Quinta peccatorum remissio est, cum converterit
quis peccatorem ab errore viae suae. . . . Sexta quoque fit 532
remissio per abundantiam caritatis. . . . Est adhuc et septima, 536
licet dura et laboriosa, per paenitentiam remissio peccatorum,
cum lavat peccator in lacrimis stratum suum, et fiunt ei lacrimae
suae panes die ac nocte, et cum non erubescit sacerdoti Do- 540
mini indicare peccatum suum et quaerere medicinam, secundum
eum qui ait: *Dixi: pronuntiabo adversum me iniustitiam meam
Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei* [Ps 31, 5]. In
quo impletur et illud, quod Iacobus apostolus dicit: *Si quis
autem infirmatur, vocet presbyteros ecclesiae, et imponant ei
manus, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei sal-
vabit infirmum, et si in peccatis fuerit, remittentur ei* [Iac 5, 14].

494 3, 4. Audi quid legis ordo praecipiat: *Si peccaverit,* inquit, 538
unum aliquid de istis, pronuntiet peccatum quod peccavit [Lv 5, 5].
Est aliquod in hoc mirabile secretum, quod iubet pronuntiare
peccatum. Etenim omni genere pronuntianda sunt et in publi-
cum proferenda cuncta quae gerimus. Si quid in occulto
gerimus, si quid in sermone solo, vel etiam intra cogitationum
secreta commisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta pro-
ferri, proferri autem ab illo, qui et accusator peccati est et
incentor. Ipse enim nunc nos ut peccemus instigat, ipse etiam
cum peccaverimus accusat. Si ergo in vita praeveniamus eum,
et ipsi nostri accusatores simus, nequitiam diaboli inimici
nostri et accusatoris effugimus. . . . Vide ergo quia pronuntiare
peccatum remissionem peccati meretur. Praeventus enim dia-
bolus in accusatione ultra nos accusare non poterit; et si
ipsi nostri simus accusatores, proficit nobis ad salutem; si
vero exspectemus ut a diabolo accusemur, accusatio illa cedit
nobis ad poenam.

495 8, 2. *Et locutus est,* inquit, *Dominus ad Moysen dicens:* 431
*Loquere filiis Israel et dices ad eos: Mulier quaecumque con-
ceperit semen et pepererit masculum, immunda erit septem diebus*
[Lv 12, 2].

Παρέλκειν δόξει τὸ «ἐὰν σπερματισθῇ» προτασσόμενον τοῦ
«καὶ τέκῃ ἄρσεν». Ἀλλ' ἐφίστημι μήποτε ἵνα προφητικῶς ἡ
Μαρία οὐκ ἐκ τοῦ ἐσπερματίσθαι τεκοῦσα ἄρσεν, μὴ νομισθῇ

495 8, 2. Illud *si conceperit semen* quod praeponitur his verbis: *et* 431
pepererit masculum, videbitur esse superfluum. Sed haereo num
forte totum hoc ideo dictum sit, ne Maria, quae iuxta prophetas

494. MG 12, 429; L 9, 208. 495. MG 12, 493; L 9, 314.

ἀκάθαρτος εἶναι γεγεννηκυῖα τὸν σωτῆρα, εἴρηται ὅλον τοῦτο. Ἐδύνατο δὲ καὶ μὴ προσκειμένου τοῦ «ἐὰν σπερματισθῇ» νοεῖσθαι μὴ οὖσα ἀκάθαρτος ἡ Μαρία. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἦν γυνή, ἀλλὰ παρθένος.

Ferant ergo legis onera mulieres, virgines vero ab his habeantur immunes.

302 8, 3. Quaecumque anima in carne nascitur, iniquitatis et 496
470 peccati sorde polluitur. . . . Addi his etiam illud potest, ut requiratur quid causae sit, cum baptisma ecclesiae pro remissione peccatorum detur, secundum ecclesiae observantiam etiam parvulis baptismum dari; cum utique si nihil esset in parvulis quod ad remissionem deberet et indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua videretur.

526 15, 2. In gravioribus criminibus semel tantum paenitentiae 497
528 conceditur locus; ista vero communia, quae frequenter incurrimus, semper paenitentiam recipiunt, et sine intermissione redimuntur.

In Romanos commentarii, post 244.

416 L. 3, n. 8. Cum superius [Paulus] dixisset, quod pro omni 498
413 genere humano redemptionem semetipsum dedisset, ut eos, qui in peccatorum captivitate tenebantur, redimeret [cf. Rom 3, 24; 1 Tim 2, 6], dum sine Deo *pro omnibus mortem gustat* [Hebr 2, 9]; nunc addit aliquid sublimius et dicit quia *proposuit cum Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius* [Rom 3, 25]; quo scilicet per hostiam sui corporis propitium hominibus faceret Deum et per hoc ostenderet iustitiam suam, dum iis remitteret praecedentia delicta, quae pessimis tyrannis serviendo contraxerant eo tempore, quo sustinebat et patiebatur Deus haec fieri.

459 5, 8. Quamvis secundum typum ecclesiis traditum omnes 499
476 baptizati simus in aquis istis visibilibus et in chrismate visibili, tamen qui mortuus est peccato et vere baptizatur in morte Christi, et consepelitur ei per baptismum in mortem, iste vere in Spiritu Sancto et aqua de superioribus baptizatur.

465 5, 8. Requiras fortassis etiam hoc, quod cum ipse Dominus 500
466 dixerit ad discipulos ut baptizarent omnes gentes in nomine

---

semine non suscepto peperit masculum, putaretur immunda esse genito salvatore. Sed absque harum vocum adiectione, *si conceperit semen,* poterat etiam Maria intellegi non esse immunda. Non enim simpliciter erat mulier, sed virgo.

496. MG 12, 496; L 9, 318.
497. MG 12, 561; L 9, 425.
498. MG 14, 946; L 6, 204.
499. MG 14, 1038; L 6, 381.
500. MG 14, 1039; L 6, 383.

Patris et Filii et Spiritus Sancti [Mt 28, 19], cur hic apostolus solius Christi in baptismo nomen assumpserit, dicens: *Quicumque baptizati sumus in Christo* [Rom 6, 3], cum utique non habeatur legitimum baptisma nisi sub nomine Trinitatis.

501 5, 9. Ecclesia ab apostolis traditionem suscepit etiam parvulis baptismum dare; sciebant enim illi, quibus mysteriorum secreta commissa sunt divinorum, quod essent in omnibus genuinae sordes peccati, quae per aquam et Spiritum ablui deberent. 474

502 7, 13. Sed non advertunt qui haec ita sentiunt, quod, sicut Dominum Iesum Christum non ita unum esse Dominum dixit, ut ex hoc Deus Pater Dominus non dicatur, ita et Deum Patrem non ita dixit esse unum Deum, ut Deus Filius non credatur. Vera est enim scriptura quae dicit: *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus* [Ps 99, 2]. Unus autem uterque est Deus, quia non est aliud Filio divinitatis initium quam Pater; sed ipsius unius paterni fontis, sicut Sapientia dicit, *purissima* est *manatio* [Sap 7, 25] Filius. Est ergo Christus *Deus super omnia* [Rom 9, 5]. . . . Qui autem super omnia est, super se neminem habet. Non enim post Patrem est ipse, sed de Patre. Hoc idem autem sapientia Dei etiam de Spiritu Sancto intellegi dedit, ubi dicit: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et qui continet omnia scientiam habet vocis* [Sap 1, 7]. Si ergo Filius *Deus super omnia* dicitur, et Spiritus Sanctus continere omnia memoratur, Deus autem Pater est *ex quo omnia* [1 Cor 8, 6], evidenter ostenditur naturam Trinitatis et substantiam unam esse, quae est super omnia. 374 141 148

In Matthaeum commentarii, post 244.

503 Fragm. ex tomo 1, apud *Eus.*, H. E. 6, 25. Ὡς ἐν παραδόσει μαθὼν περὶ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων, ἃ καὶ μόνα ἀναντίρρητά ἐστιν ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ· ὅτι πρῶτον μὲν γέγραπται τὸ κατὰ τόν ποτε τελώνην, ὕστερον δὲ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον, ἐκδεδωκότα αὐτὸ τοῖς ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πιστεύσασι, γράμμασιν ἑβραϊκοῖς συντεταγμένον· δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς Πέτρος ὑφηγήσατο 14 75

---

503 Fragm. ex tomo 1, apud *Eus.*, H. E. 6, 25. Sicut ex traditione accepi de quattuor evangeliis, quae sola in universa Dei ecclesia, quae sub caelo est, citra controversiam admittuntur: primum scilicet scriptum esse evangelium secundum Matthaeum, prius quidem publicanum, postea vero apostolum Iesu Christi, qui illud hebraico sermone conscriptum Iudaeis ad fidem conversis publicavit; secundum vero secundum Marcum, qui, prout Petrus ipsi exposuerat, fecit . . .; 14 75

501. MG 14, 1047; L 6, 397. 502. MG 14, 1140; L 7, 157.
503. CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 576; MG 13, 829; 20, 581.

αὐτῷ, ποιήσαντα . . . καὶ τρίτον τὸ κατὰ Λουκᾶν, τὸ ὑπὸ Παύλου ἐπαινούμενον εὐαγγέλιον, τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεποιηκότα· ἐπὶ πᾶσι τὸ κατὰ Ἰωάννην.

488 Tom. 11, n. 14. Τὸ «ἁγιαζόμενον διὰ λόγου Θεοῦ καὶ 504
454 ἐντεύξεως» [1 Tim 4, 5] οὐ τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἁγιάζει τὸν χρώμενον· εἰ γὰρ τοῦτο, ἡγίαζε γὰρ ἂν καὶ τὸν ἐσθίοντα ἀναξίως τὸν ἄρτον τοῦ Κυρίου, καὶ οὐδεὶς ἂν διὰ τὸ βρῶμα τοῦτο ἀσθενὴς ἢ ἄρρωστος ἐγίνετο, ἢ ἐκοιμᾶτο· τοιοῦτον γάρ τι ὁ Παῦλος παρέστησεν ἐν τῷ· «Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ
506 ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί» [1 Cor 11, 30]. Καὶ ἐπὶ τοῦ ἄρτου τοίνυν τοῦ Κυρίου ἡ ὠφέλεια τῷ χρωμένῳ ἐστίν, ἐπὰν ἀμιάντῳ τῷ νῷ, καὶ καθαρᾷ τῇ συνειδήσει μεταλαμβάνῃ τοῦ
497 ἄρτου. . . . Εἰ δὲ «πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα εἰς κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται» [Mt 15, 17], καὶ τὸ ἁγιαζόμενον βρῶμα διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως κατ' αὐτὸ μὲν τὸ ὑλικὸν εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται· κατὰ δὲ τὴν ἐπιγενομένην αὐτῷ εὐχήν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ὠφέλιμον γίνεται, καὶ τῆς τοῦ νοῦ αἴτιον διαβλέψεως, ὁρῶντος ἐπὶ τὸ ὠφελοῦν· καὶ οὐχ ἡ ὕλη τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ὁ ἐπ' αὐτῷ εἰρημένος λόγος ἐστὶν ὁ ὠφελῶν
487 τὸν μὴ ἀναξίως τοῦ Κυρίου ἐσθίοντα αὐτόν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ τυπικοῦ καὶ συμβολικοῦ σώματος.

570 14, 16. Καὶ ὁ Θεός ἐστιν ὁ συζεύξας τὰ δύο εἰς ἕν, ἵνα 505
μηκέτι ὦσι δύο παρ' οὗ ἁρμόζεται ἀνδρὶ γυνή· καὶ ἐπεὶ ὁ

---

et tertium secundum Lucam, quod a Paulo commendatur evangelium, in gratiam gentium conscriptum; postremum vero secundum Ioannem.

488 11, 14. Id quod *sanctificatum est per verbum Dei et ora-* 504
454 *tionem* non ex se utentem sanctificat; nam, si id ita esset, sanctificaret et illum, qui indigne panem Domini comedit, nec ullus propter cibum hunc infirmus factus fuisset aut imbecillis aut mortuus; tale enim quidpiam Paulus docuit his verbis: *Ideo inter*
506 *vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi.* Ac proinde in pane Domini utilitas est ei qui utitur, cum intemerata mente et
497 pura conscientia panis fit particeps. . . . Quodsi vero id *omne, quod intrat in os, in ventrem vadit et in secessum emittitur,* ipse etiam cibus per verbum Dei et orationem consecratus, secundum materiale quidem elementum suum, in ventrem abit et in secessum eicitur; secundum orationem autem, quae illi accessit, iuxta proportionem fidei utilis fit efficitque ut perspicax fiat animus, spectans ad id quod prodest. Nec panis materia, sed super eum prolatum verbum,
487 illud est quod eum iuvat, qui non indigne Deo hunc comedit. Et haec quidem de typico et symbolico corpore.

570 14, 16. Deus quidem is est, qui duo in unum compegit, ut, ex 505
quo mulier viro nupsit, duo amplius non sint; et quoniam con-

---

504. MG 13, 948; L 3, 106. 505. MG 13, 1229; L 3, 307.

Θεὸς συνέζευξε, διὰ τοῦτο χάρισμά ἐστιν ἐν τοῖς ὑπὸ Θεοῦ συνεζευγμένοις, ὅπερ ὁ Παῦλος ἐπιστάμενος, ἐπίσης τῷ εἶναι τὴν ἀγνὴν ἀγαμίαν χάρισμά φησι καὶ τὸν κατὰ Λόγον Θεοῦ γάμον εἶναι χάρισμα [cf. Eph 5, 32].

506 14, 23. Ἤδη δὲ παρὰ γεγραμμένα καί τινες τῶν ἡγουμένων 572
τῆς ἐκκλησίας ἐπέτρεψάν τινα ὥστε ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς γαμεῖσθαι γυναῖκα, παρὰ τὸ γεγραμμένον μὲν ποιοῦντες ἐν ᾧ λέλεκται· «Γυνὴ δέ[δεται] ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς» [1 Cor 7, 39], καὶ τό· «Ἄρα οὖν μοιχαλὶς χρηματίσει ἡ γυνὴ γενομένη ἀνδρὶ ἑτέρῳ, ζῶντος τοῦ ἀνδρός» [Rom 7, 3], οὐ μὴν πάντη ἀλόγως· εἰκὸς γὰρ τὴν συμπεριφορὰν ταύτην συγκρίσει χειρόνων ἐπιτρέπεσθαι παρὰ τὰ ἀπ' ἀρχῆς νενομοθετημένα καὶ γεγραμμένα.

507 14, 24. Καὶ ἀποστερῶν δὲ ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἑαυτόν, ποιεῖ 572
αὐτὴν πολλάκις μοιχευθῆναι, μὴ ἐκπληρῶν αὐτῆς τὰς ὀρέξεις, 573
κἂν φαντασίᾳ πλείονος σεμνότητος καὶ σωφροσύνης τὸ τοιοῦτο ποιῇ· καὶ τάχα μᾶλλον οὗτος ἐπίληπτος ὁ τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ποιῶν αὐτὴν μοιχευθῆναι μὴ ἐκπληρῶν αὐτῆς τὰς ὀρέξεις, ἢ ὁ ἀπολύσας αὐτὴν παρεκτὸς λόγου μὲν πορνείας, ἐπὶ φαρμακείᾳ δέ, ἢ φόνῳ, ἤ τινι τῶν βαρυτάτων ἁμαρτημάτων. Ὥσπερ δὲ μοιχαλίς ἐστι γυνή, κἂν δοκῇ γαμεῖσθαι ἀνδρί, ἔτι ζῶντος τοῦ προτέρου· οὕτως καὶ ἀνὴρ δοκῶν γαμεῖν ἀπολελυμένην οὐ γαμεῖ, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀπόφασιν, ὅσον μοιχεύει.

---

iunxit Deus, propterea iis inest gratia, qui a Deo coniuncti sunt; quod non ignorans Paulus conubium Verbo Dei consentaneum gratiam esse pronuntiat, quemadmodum castus caelibatus gratia est.

506 14, 23. Iam vero contra scripturae legem mulieri, vivente viro, 572
nubere quidam ecclesiae rectores permiserunt, agentes contra id quod scriptum est, in quo sic habetur: *Mulier alligata est quanto tempore vir eius vivit,* et contra illud: *Igitur, vivente viro, mulier vocabitur adultera si fuerit cum alio viro;* non omnino tamen sine ratione, haec enim, contra legem initio latam et scriptam, ad vitanda peiora, alieno arbitrio morem gerentes, eos permisisse verisimile est.

507 14, 24. Is quoque qui uxore abstinet, efficit saepe ut adulterium 572
committat, cum eius libidinem non explet, etiamsi maioris sancti- 573
moniae vel castitatis specie ductus id faciat; et is fortasse maiore reprehensione dignus est, qui, quantum penes se est, efficit ut moechetur libidinem eius non explens, quam qui sine causa stupri, sed propter veneficium vel caedem aut gravius aliquod facinus, eam repudiavit. Quemadmodum autem adultera est uxor, etiamsi viro alteri nupta videatur, priore etiamnum vivo; ita et virum repudiatam duxisse visum non tam ipsius maritum quam adulterum esse dicendum, a servatore nostro demonstratum est.

---

506. MG 13, 1245; L 3, 321.
507. MG 13, 1249; L 3, 324.

410 16, 8. Ἐπεδήμησε [ὁ Χριστός] τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, 508
ἵνα διακονήσῃ, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ὁδεύσῃ διακονῶν ἡμῶν τῇ
σωτηρίᾳ, ὡς δοῦναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λύτρον ἀντὶ πολλῶν
τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτόν· καὶ εἰ καθ' ὑπόθεσιν πάντες
ἐπίστευον εἰς αὐτόν, δεδώκει ἂν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ
420 πάντων. Τίνι δὲ ἔδωκε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν;
Οὐ γὰρ δὴ τῷ Θεῷ. Μήτι οὖν τῷ πονηρῷ; Οὗτος γὰρ ἐκράτει
ἡμῶν, ἕως δοθῇ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῷ λύτρον ἡ τοῦ Ἰησοῦ
ψυχὴ ἀπατηθέντι.

486 Series 85. Panis iste, quem Deus Verbum corpus suum 509
487 esse fatetur, verbum est nutritorium animarum, verbum de Deo Verbo procedens, et panis de pane caelesti, qui positus est super mensam de qua scriptum est: *Praeparasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me* [Ps 22, 5]. Et potus iste, quem Deus Verbum sanguinem suum fatetur, verbum est potans et inebrians praeclare corda bibentium, qui est in poculo de quo scriptum est: *Et poculum tuum inebrians quam praeclarum est!* [ib.] Et est potus iste generatio vitis verae, quae dicit: *Ego sum vitis vera* [Io 15, 1]. Et est sanguis uvae illius, quae missa in torcular passionis protulit potum hunc. Sic et panis est verbum Christi factum de tritico illo quod cadens in terram multum reddidit fructum. Non enim panem illum visibilem, quem tenebat in manibus, corpus suum dicebat Deus Verbum, sed verbum in cuius mysterio fuerat panis ille frangendus. Nec potum illum visibilem sanguinem suum dicebat, sed verbum in cuius mysterio potus ille fuerat effundendus. Nam corpus Dei Verbi aut sanguis, quid aliud esse potest nisi verbum quod nutrit et verbum quod laetificat cor?

Contra Celsum, 248.

260 L. 1, c. 2. Ἀπὸ ἑλληνικῶν τις δογμάτων καὶ γυμνασίων 510
ἐλθὼν ἐπὶ τὸν λόγον οὐ μόνον κρίνοι ἂν αὐτὰ ἀληθῆ, ἀλλὰ

---

410 16, 8. Inter hominum genus conversatus est [Christus], ut minis- 508
straret et eo usque saluti nostrae inserviens procederet, ut animam suam pro multis in eum credentibus pretium redemptionis daret; et si, ut hoc ponamus, omnes in eum credidissent, animam suam
420 redemptionis pretium pro omnibus dedisset. Cuinam autem animam suam redemptionis pretium pro multis dedit? Non Deo. Numquid igitur malo? Is enim nos dominabatur, donec pro redemptionis mercede anima Iesu daretur ipsi decepto.

260 1, 2. Si quis graecis disciplinis imbutus in iisque exercitatus 510
ad nos transierit, is non modo iudicabit vera esse quae credimus,

---

508. MG 13, 1397; L 4, 27. 509. MG 13, 1734; L 4, 416.
510. CB 1 (ed. P. Koetschau, 1899), 57; MG 11, 656.

καὶ ἀσκήσας κατασκευάσαι ἂν καὶ τὸ δοκοῦν ἐλλιπὲς ὡς πρὸς ἑλληνικὴν ἀπόδειξιν ἀναπληρώσαι, κατασκευάζων τὴν χριστιανισμοῦ ἀληθότητα. Λεκτέον δ' ἔτι πρὸς τοῦτο ὅτι ἔστι τις 32
οἰκεία ἀπόδειξις τοῦ λόγου, θειοτέρα παρὰ τὴν ἀπὸ διαλεκτικῆς ἑλληνικήν.

511 1, 3. Ἐπὶ δὲ Χριστιανοῖς ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος βουλὴ 28
καὶ οἱ κατὰ καιρὸν βασιλεῖς καὶ τὰ στρατιωτικὰ καὶ οἱ δῆμοι καὶ οἱ τῶν πιστευόντων συγγενεῖς προσπολεμήσαντες τῷ λόγῳ ἐκώλυσαν ἂν αὐτὸν νικηθέντα ὑπὸ τῆς τῶν τοσούτων ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ θείᾳ δυνάμει ὑπερέκυψε καὶ ὑπερανέβη, ὡς νικῆσαι ὅλον κόσμον αὐτῷ ἐπιβουλεύοντα.

512 1, 4. Τοῖς εἰσάγουσι κρίσιν δικαίαν Θεοῦ ἀπεκέκλειστο ἂν 89
ἡ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις δίκη, μὴ πάντων ἐχόντων κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας πρόληψιν ὑγιῆ περὶ τοῦ ἠθικοῦ τόπου. Διόπερ 91
οὐδὲν θαυμαστὸν τὸν αὐτὸν Θεὸν ἅπερ ἐδίδαξε διὰ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ σωτῆρος ἐγκατεσπαρκέναι ταῖς ἁπάντων ἀνθρώπων ψυχαῖς· ἵν' ἀναπολόγητος ἐν τῇ θείᾳ κρίσει πᾶς ἄνθρωπος ᾖ [cf. Rom 1, 20], ἔχων τὸ βούλημα «τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ» [Rom 2, 15].

513 1, 9. Φησὶ δέ [ὁ Κέλσος] τινας [Χριστιανούς] μηδὲ βουλο- 4
μένους διδόναι ἢ λαμβάνειν λόγον περὶ ὧν πιστεύουσι χρῆσθαι 260
τῷ «Μὴ ἐξέταζε, ἀλλὰ πίστευσον» καὶ «Ἡ πίστις σου σώσει σε». Καί φησιν αὐτοὺς λέγειν· «Κακὸν ἡ ἐν τῷ κόσμῳ σοφία,

---

sed etiam rationum momentis firmabit addetque ea quae deesse videntur, ut graecarum scholarum more demonstret veritatem christianismi. Sed adicio doctrinam christianam sua quadam propria 32
ratione demonstrari: divina est haec ratio, et ad eam Graecorum dialectica ne comparari quidem potest.

511 1, 3. Ad Christianos quod spectat, senatus romanus, impera- 28
tores diversis temporibus, milites, populi, ipsi eorum qui credebant parentes, in eorum doctrinam conspirarunt; ut tot hostium insidiis oppressa fuisset, nisi divina virtute evasisset atque emersisset, ita ut orbem universum vicisset vel in se coniuratum.

512 1, 4. Qui iustum in se Dei iudicium attrahunt, debitam suis 89
peccatis poenam declinarent, si non omnes haberent, secundum communes notiones, opinionem sanam de re morali. Quapropter 91
nihil mirum est quod ipse Deus ea, quae per prophetas et salvatorem docuit, inseverit in omnium hominum animis; ut inexcusabilis in divino iudicio sit omnis homo, habens sensum *legis scriptum in suo corde*.

513 1, 9. «Quidam [Christiani], inquit [Celsus], neque dare neque ac- 4
cipere causas volunt eorum quibus adhaeserunt; sed hoc illorum 260
est: ‚Noli inquirere, crede potius'; et: ‚Fides tua te servabit'». Haec etiam illis verba tribuit: «Mala est huius mundi sapientia,

511. CB 1, 57; MG 11, 661. 512. CB 1, 58; MG 11, 661.
513. CB 1, 61; MG 11, 672.

ἀγαθὸν δ' ἡ μωρία». Λεκτέον δὲ πρὸς τοῦτο ὅτι εἰ μὲν οἷόν τε πάντας καταλιπόντας τὰ τοῦ βίου πράγματα σχολάζειν τῷ φιλοσοφεῖν, ἄλλην ὁδὸν οὐ μεταδιωκτέον οὐδενὶ ἢ ταύτην μόνην. Εὑρεθήσεται γὰρ ἐν τῷ χριστιανισμῷ οὐκ ἐλάττων, ἵνα μὴ φορτικόν τι εἴπω, ἐξέτασις τῶν πεπιστευμένων καὶ διήγησις τῶν ἐν τοῖς προφήταις αἰνιγμάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις παραβολῶν καὶ ἄλλων μυρίων συμβολικῶς γεγενημένων ἢ νενομοθετημένων. Εἰ δὲ τοῦτ' ἀμήχανον πῇ μὲν διὰ τὰς τοῦ βίου ἀνάγκας, πῇ δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν, σφόδρα ὀλίγων ἐπὶ τὸν λόγον ἀττόντων, ποία ἂν ἄλλη βελτίων μέθοδος πρὸς τὸ τοῖς πολλοῖς βοηθῆσαι εὑρεθείη τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ τοῖς ἔθνεσι παραδοθείσης; Καὶ πυνθανόμεθά γε περὶ τοῦ πλήθους τῶν πιστευόντων, τὴν πολλὴν χύσιν τῆς κακίας ἀποθεμένων, ἐν ᾗ πρότερον ἐκαλινδοῦντο· πότερον βέλτιόν ἐστιν αὐτοῖς ἀλόγως πιστεύουσι κατεστάλθαι πως τὰ ἤθη καὶ ὠφελῆσθαι διὰ τὴν περὶ τῶν κολαζομένων ἐπὶ ἁμαρτίαις καὶ τιμωμένων ἐπὶ ἔργοις χρηστοῖς πίστιν, ἢ μὴ προσίεσθαι αὐτῶν τὴν ἐπιστροφὴν μετὰ ψιλῆς πίστεως, ἕως ἂν ἐπιδῶσιν ἑαυτοὺς ἐξετάσει λόγων; Φανερῶς γὰρ οἱ πάντες παρ' ἐλαχίστους οὐδὲ τοῦτο λήψονται, ὅπερ εἰλήφασιν ἐκ τοῦ ἁπλῶς πεπιστευκέναι, ἀλλὰ μενοῦσιν ἐν κακίστῳ βίῳ.

3 257 1, 11. Πῶς δ' οὐκ εὐλογώτερον, πάντων τῶν ἀνθρωπίνων πίστεως ἠρτημένων, ἐκείνων μᾶλλον πιστεύειν τῷ Θεῷ; Τίς γὰρ πλεῖ ἢ γαμεῖ ἢ παιδοποιεῖται ἢ ῥίπτει τὰ σπέρματα ἐπὶ 514

---

bona autem stultitia». Ad haec ego: Si fieri posset, ut homines, relictis huius vitae negotiis, in solam philosophiam incumberent, nulla sane via esset potior: invenietur enim in christianismo non minor, ne quid arrogantius dicam, tum eorum quae creduntur disquisitio, tum propheticorum aenigmatum evangelicarumque parabolarum, et sexcentorum id genus quae figurate gesta vel sancita sunt, explanatio. Si autem id ab hominibus impetrari nequit, sive propter huius vitae necessitates, sive propter eorum infirmitatem, ita ut perpauci huic se studio dedant, ecquae ratio maiori hominum parti subveniendi excogitari potest commodior ea quam Iesus gentibus tradidit? Nam sciscitemur ab eorum qui credunt multitudine, quique peccatorum sordes, in quibus antea volutabantur, eluerunt, utrum sit illis melius sine examine credidisse et, credendo supplicium peccata praemiaque virtutem manere, correxisse mores, an, spreta fide simplici, non ante illam morum emendationem aggredi, quam doctrinae principia penitus investigaverint? Manifestum est, perpaucis exceptis, reliquos ne id quidem assecuturos, quod alii simplici fide consecuti sunt, sed in corruptissima sua vita remansuros.

3 257 1, 11. Quomodo igitur Deo credere non sit rationi consentaneum magis, cum a fide omnia humana pendeant? Quis enim navigat, aut uxorem ducit, aut liberis dat operam, aut in terram 514

514. CB 1, 63; MG 11, 676.

τὴν γῆν μὴ τὰ κρείττονα πιστεύων ἀπαντήσεσθαι, δυνατοῦ ὄντος καὶ τοῦ ἐναντία γενέσθαι καὶ ἔστιν ὅτε γινομένου;

515 1, 23. Πόσῳ οὖν ἐνεργέστερον καὶ πάντων τούτων τῶν 87
ἀναπλασμάτων βέλτιον τὸ ἐκ τῶν ὁρωμένων πειθόμενον τοῖς 103
κατὰ τὴν εὐταξίαν τοῦ κόσμου σέβειν τὸν δημιουργὸν αὐτοῦ ἑνὸς ὄντος ἕνα καὶ συμπνέοντος αὐτοῦ ὅλῳ ἑαυτῷ καὶ διὰ τοῦτο μὴ δυναμένῳ ὑπὸ πολλῶν δημιουργῶν γεγονέναι.

516 1, 26. Ἆρα τὸ ἐν τοσούτοις ἔτεσι βουληθέντα σπεῖραι τὸν 28
ἑαυτοῦ λόγον καὶ διδασκαλίαν τὸν Ἰησοῦν τοσοῦτον δεδυνῆσθαι, ὡς πολλαχοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης διατεθῆναι πρὸς τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ὀλίγους Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, σοφοὺς καὶ ἀνοήτους, ὥστε μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ χριστια- 31
νισμοῦ, ἵν' αὐτὸν μὴ ἐξομόσωνται, ὅπερ οὐδεὶς ὑπὲρ ἄλλου δόγματος ἱστόρηται ποιεῖν, ἀθεεὶ γεγένηται; ... Εἰ δ' ὁ εὐγνω- 30
μόνως ταῦτα κατανοῶν συγκαταθήσεται τῷ μηδὲν κρεῖττον ἐν 49
ἀνθρώποις γεγονέναι ἀθεεί, πόσῳ πλέον τὸ τοσοῦτον περὶ τοῦ Ἰησοῦ θαρρῶν ἀποφανεῖται, συνεξετάζων πολλῶν προσερχομένων αὐτοῦ τῷ λόγῳ ἀρχαιοτέρους βίους μεταγενεστέροις καὶ κατανοῶν, ἐν ὅσαις μὲν ἀκολασίαις, ὅσαις δὲ ἀδικίαις καὶ πλεονεξίαις ἕκαστος τῶνδε ἦν, πρίν, ὥς φησι Κέλσος καὶ οἱ τὰ αὐτὰ αὐτῷ νομίζοντες, ἀπατηθῶσι καὶ παραδέξωνται λόγον λυμαινόμενον, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, ἐξ οὗ δὲ παρειλήφασι τὸν λόγον, τίνα τρόπον γεγόνασιν ἐπιεικέστεροι καὶ σεμνότεροι καὶ εὐσταθέστεροι, ὥς τινας αὐτῶν διὰ τὸν ἔρωτα τῆς ὑπερβαλλούσης καθαρότητος καὶ διὰ τὸ

spargit semina, quin ad haec facienda fide meliorum adducatur, quamvis secus possit accidere, et aliquando accidat?

515 1, 23. Quanto igitur efficacius et omnibus istis figmentis melius 87
est hominem, ex visibilibus persuasum bono ordine mundi, venerari 103
creatorem unum illius qui est unus, illius qui secum omni ex parte consentit, ita ut non possit a pluribus creatoribus fieri.

516 1, 26. An Iesus suam disseminare doctrinam volens sine Deo 28
potuit paucis his annis tantum perficere, ut in multis huiusce nostri orbis locis multos Graecos et barbaros, multos sapientes et ignaros ad suam doctrinam alliceret et ita persuaderet, ut, quod de alia 31
religione numquam auditum est, ad mortem certare pro christianismo quam illum eiurare mallent? ... Quodsi quis haec prudenter 30
recogitans concesserit, nihil boni sine Deo hominibus accidere, 49
quanto fidentius id de Iesu affirmabit, cum eorum, qui Christi doctrinae adhaeserint, pristinos cum novis mores comparabit animadvertetque quantis spurcitiis, quantis iniustitiis, quantis cupiditatibus dediti illi ante fuerint, quam decepti, ut Celsus suique similes loquuntur, fuissent, hancque amplexi essent doctrinam, quae illorum iudicio est humanae vitae pernicies; quanto autem, ex quo illi doctrinae se dociles praebuere, aequiores, graviores constantioresque sint redditi, ut eorum quidam, cum eximiae puritatis amore,

515. CB 1, 73; MG 11, 701. 516. CB 1, 78; MG 11, 709.

καθαρώτερον θρησκεύειν τὸ θεῖον μηδὲ τῶν συγκεχωρημένων ὑπὸ τοῦ νόμου ἅπτεσθαι ἀφροδισίων; 27. Ἐξετάζων δέ τις τὰ πράγματα ὄψεται ὅτι μείζω τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐτόλμησεν ὁ Ἰησοῦς καὶ τολμήσας ἤνυσε. Πάντων γὰρ ἀρχῆθεν ἀντιπραττόντων τῷ σπαρῆναι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ὅλην οἰκουμένην, τῶν τε κατὰ καιροὺς βασιλέων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῖς ἀρχιστρατήγων καὶ ἡγεμόνων πάντων τε ὡς ἔπος εἰπεῖν τῶν ἡντινοῦν ἐξουσίαν ἐγκεχειρισμένων ἔτι δὲ καὶ τῶν κατὰ πόλεις ἀρχόντων καὶ στρατικῶν καὶ δήμων, ἐνίκησε μὴ πεφυκὼς κωλύεσθαι ὡς λόγος Θεοῦ.

25 6 7 1, 68. Ὁ Κέλσος ὑπιδόμενος τὰ ἐπιδειχθησόμενα ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ γεγενημένα μεγάλα, περὶ ὧν ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν εἰρήκαμεν, προσποιεῖται συγχωρεῖν ἀληθῆ εἶναι ὅσα περὶ θεραπειῶν ἢ ἀναστάσεως ἢ περὶ ἄρτων ὀλίγων θρεψάντων πολλοὺς ἀναγέγραπται, ἀφ' ὧν λείψανα πολλὰ καταλέλειπται, ἢ ὅσα ἄλλα οἴεται τερατευσαμένους τοὺς μαθητὰς ἱστορηκέναι, καὶ ἐπιφέρει αὐτοῖς· «Φέρε πιστεύσωμεν εἶναί σοι ταῦτ' εἰργασμένα.» Καὶ εὐθέως κοινοποιεῖ αὐτὰ πρὸς τὰ ἔργα τῶν γοήτων, ὡς ὑπισχνουμένων θαυμασιώτερα, καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ τῶν μαθόντων ἀπὸ Αἰγυπτίων ἐπιτελούμενα. . . . Νυνὶ δὲ οὐδεὶς μὲν τῶν γοήτων δι' ὧν ποιεῖ ἐπὶ τὴν τῶν ἠθῶν ἐπανόρθωσιν καλεῖ τοὺς θεασαμένους, οὐδὲ φόβῳ Θεοῦ παιδαγωγεῖ τοὺς καταπλαγέντας τὰ θεάματα, οὐδὲ πειρᾶται πείθειν οὕτω ζῆν τοὺς ἰδόντας ὡς δικαιωθησομένους ὑπὸ Θεοῦ. 517

---

tum quo castius ad cultum divinum accedant, venereis voluptatibus etiam lege permissis abstineant. 27. Haec qui secum reputaverit, is Iesum et maiora humanis viribus ausum esse et quae ausus est perfecisse intelleget. Nam vel ab initio nemo non impedire conatus est, quominus Iesu doctrina per totum orbem spargeretur, reges cuiusque aetatis, exercituum praefecti et duces, quicumque, ut verbo dicam, aliqua potestate praediti fuerunt, praeterea qui in urbibus auctoritate pollebant, milites, populi: hos omnes vicit, quippe quae doctrina Dei erat, et natura huiusmodi, quae non impediri posset.

25 6 7 1, 68. Celsus olfaciens adductum iri quae Iesus fecit miracula, et ex quibus pauca delibavimus, fingit se concedere vera esse quae scripta sunt de curationibus, de resurrectione, de paucis panibus ex quibus post multos saturatos multa superfuerunt, et quotquot existimat mirum in modum ab apostolis amplificata fuisse; tum: «Age, inquit, damus haec a te gesta». Sed confestim eodem illa numero habenda esse ait ac ea quae praestigiatores faciunt, maiora semper ac maiora pollicentes, et quae faciunt qui sunt aegyptiacis artibus eruditi. . . . Nunc vero nullus praestigiator per ea, quae facit, spectatores ad morum emendationem excitat, aut Dei timorem docet qui spectaculis stupent, aut studet persuadere, ut vivant quasi Deo rationem reddituri. 517

517. CB 1, 121; MG 11, 788.

518 2, 9. Ἐγκαλοῦμεν οὖν Ἰουδαίοις τοῦτον [Ἰησοῦν] μὴ νομίσασι 374
Θεόν, ὑπὸ τῶν προφητῶν πολλαχοῦ μεμαρτυρημένον ὡς μεγάλην 373
ὄντα δύναμιν καὶ Θεὸν κατὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Πατέρα.
Τούτῳ γάρ φαμεν . . . τὸν Πατέρα . . . εἰρηκέναι τό· «Ποιή- 144
σωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν» [Gn 1, 26]·
προσταχθέντα δὲ τὸν Λόγον πεποιηκέναι πάντα ὅσα ὁ Πατὴρ 181
αὐτῷ ἐνετείλατο. . . . Ὅτι δὲ τὸν ἐν τῷ Ἰησοῦ λέγοντα τό· «Ἐγώ 384
εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή» [Io 14, 6], οὐδὲ τὰ
εὐαγγέλια οἶδε περιγεγραμμένον τινὰ γεγονέναι, ὡς οὐδαμοῦ
ἔξω τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ τυγχάνοντα, δῆλον
μὲν καὶ ἀπὸ πολλῶν. . . . Ταῦτα δέ φαμεν οὐ χωρίζοντες τὸν
Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ· ἓν γὰρ μάλιστα μετὰ τὴν
οἰκονομίαν γεγένηται πρὸς τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἡ ψυχὴ καὶ
τὸ σῶμα Ἰησοῦ.

519 2, 15. Εἰ γὰρ [οἱ εὐαγγελισταί] μὴ ἦσαν φιλαλήθεις, ἀλλ', 16
ὡς οἴεται Κέλσος, πλάσματα ἀναγράφοντες, οὐκ ἂν Πέτρον
ἀνέγραψαν ἀρνησάμενον ἢ τοὺς μαθητὰς Ἰησοῦ σκανδαλιζο-
μένους. Τίς γάρ, εἰ καὶ γέγονε ταῦτα, ἤλεγξε τὸν λόγον, ὅτι
οὕτως ἀπήντησε; Καίτοι γε κατὰ τὸ εἰκὸς ἐχρῆν σεσιωπῆσθαι
ταῦτα ἀνθρώποις, βουλομένοις διδάσκειν τοὺς ἐντυγχάνοντας
τοῖς εὐαγγελίοις θανάτου καταφρονεῖν ὑπὲρ τῆς ὁμολογίας τοῦ
χριστιανισμοῦ.

520 2, 16. Ἡμεῖς τὸ δοκεῖν ἐπὶ τοῦ παθεῖν οὐ τάσσομεν, ἵνα 23
μὴ ψευδὴς αὐτοῦ καὶ ἡ ἀνάστασις ᾖ, ἀλλ' ἀληθής. Ὁ γὰρ 400

---

518 2, 9. Damus igitur Iudaeis crimini, quod Iesum non existima- 374
verint Deum esse, quem prophetae magnam potentiam et secundo 373
post rerum omnium Deum et Patrem loco Deum esse testificati
sunt. Asserimus enim Patrem . . . illi dixisse: *Faciamus hominem* 144
ad imaginem et similitudinem nostram; Verbum autem, ut iussum 181
illi fuerat, fecisse omnia, quae illum Pater facere iussit. . . . Iam
eum, qui in Iesu dicit: *Ego sum via, veritas et vita,* non esse 384
secundum evangelia circumscriptum quempiam, ita ut extra animam
et corpus non sit, ex pluribus locis effici potest. . . . Haec autem
non eo dicimus, ut Filium Dei a Iesu separemus. Verbum enim
Dei cum anima et corpore Iesu unum maxime post dispensationem
factum est.

519 2, 15. Nisi [evangelistae] sinceri fuissent, sed, ut putat Celsus, 16
figmenta scripsissent, de abnegatione Petri, de discipulorum scan-
dalo numquam fecissent mentionem. Nam, etsi haec acciderint,
quis ita accidisse probasset? Quin et huiusmodi facta praetermitti
oportebat, siquidem evangelii lectores docere vellent contemnendam
esse mortem, cum agitur de christianismi professione.

520 2, 16. Multum abest, ut dicamus Christum specietenus passum 23
esse, ne falsa sit, quae vera est, resurrectio. Qui enim vere mortem 400

---

518. CB 1, 135; MG 11, 809. 519. CB 1, 144; MG 11, 825.
520. CB 1, 145; MG 11, 828.

ἀληθῶς ἀποθανὼν εἰ ἀνέστη, ἀληθῶς ἀνέστη, ὁ δὲ δοκῶν
ἀποτεθνηκέναι οὐκ ἀληθῶς ἀνέστη.

119 2, 20. Ὁ μὲν Κέλσος οἴεται διὰ τοῦτο γίνεσθαι τὸ ὑπό 521
τινος προγνώσεως θεσπισθὲν ἐπεὶ ἐθεσπίσθη· ἡμεῖς δὲ τοῦτο
οὐ διδόντες φαμὲν οὐχὶ τὸν θεσπίσαντα αἴτιον εἶναι τοῦ
ἐσομένου, ἐπεὶ προεῖπεν αὐτὸ γενησόμενον, ἀλλὰ τὸ ἐσόμενον,
ἐσόμενον ἂν καὶ μὴ θεσπισθέν, τὴν αἰτίαν τῷ προγινώσκοντι
παρεσχηκέναι τοῦ αὐτὸ προειπεῖν. Καὶ ὅλον γε τοῦτο ἐν τῇ
προγνώσει τοῦ θεσπίζοντος αὐτὸ τυγχάνει· δυνατοῦ ⟨δὲ⟩ ὄντος
τοῦδέ τινος γενέσθαι ⟨δυνατοῦ δὲ⟩ καὶ μὴ γενέσθαι, ἔσται τὸ
ἕτερον αὐτῶν τόδε τι. Καὶ οὔ φαμεν ὅτι ὁ προγινώσκων, ὑφ-
ελὼν τὸ δυνατὸν εἶναι γενέσθαι καὶ μὴ γενέσθαι, οἱονεὶ τοιοῦτόν
τι λέγει· τόδε πάντως ἔσται καὶ ἀδύνατον ἑτέρως γενέσθαι.

25 2, 50. Τὰ δὲ [σημεῖα] τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ 522
καρπὸν ἔσχεν οὐκ ἀπάτην, ἀλλὰ σωτηρίαν ψυχῶν. Τίς γὰρ
τὸν κρείττονα βίον καὶ συστέλλοντα τὰ τῆς κακίας ὁσημέραι
ἐπὶ τὸ ἔλαττον εὐλόγως φησὶν ἀπὸ ἀπάτης γίνεσθαι;

27 2, 60. Ὁ δὲ Κέλσος . . . θέλει καὶ ὕπαρ ὀνειρώττειν τινὰς 523
καὶ κατὰ τὴν ἑαυτῶν βούλησιν δόξῃ πεπλανημένῃ φαντασιοῦ-
σθαι· ὅπερ ὄναρ μὲν πιστεύειν γίνεσθαι οὐκ ἄλογον, ὕπαρ δὲ
ἐπὶ τῶν μὴ πάντη ἐκφρόνων καὶ φρενιτιζόντων ἢ μελαγχολώντων
οὐ πιθανόν.

25 3, 27. Μέσον τοίνυν σαυτὸν στήσας τῶν τε περὶ τοῦ 524
Ἀριστέου γεγραμμένων καὶ τῶν περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἱστορουμένων,

---

obiit, is, si resurrexerit, vere resurrexit; sed non vere resurrexit is, qui visus est dumtaxat mori.

119 2, 20. Celsus putat rem divinatam per aliquam praenotionem 521
propterea fieri, quod divinata est. Nos vero id non concedentes dicimus non divinantem causam esse rei futurae, quia praedixit quod fieret, sed rem futuram, futuram et si non divinata fuisset, praebuisse praenoscenti causam cur praedixerit. Et totum hoc ipsum in praenotione divinantis exsistit: cum haec res possit fieri et non fieri, e duobus hoc unum erit. Et non dicimus a praenoscente auferri quod possit fieri et non fieri, quasi tale quid dicat: hoc omnino erit, et impossibile est aliter fieri.

25 2, 50. [Miraculorum] Christi et eius discipulorum fructus est non 522
deceptio, sed animarum salus; quis enim dixerit deceptione effici, ut emendetur vita et malitia cotidie magis ac magis minuatur?

27 2, 60. Celsus . . . vult quosdam somniare vigilantes et inani 523
opinione delusos sibi animo exhibere quae desiderent. Hoc quidem per somnium fieri nemo absurde crediderit; idem vero vigilantibus accidere, id non fit verisimile, nisi sint extra se et mente capti aut atra bile laborent.

25 3, 27. Te ipse potius arbitrum constituens inter ea quae de 524
Aristea scripta sunt, et ea quae de Iesu narrantur, vide ex eventu

521. CB 1, 148; MG 11, 836. 522. CB 1, 173; MG 11, 876.
523. CB 1, 183; MG 11, 892. 524. CB 1, 224; MG 11, 953.

ἴδε εἰ μὴ ἐκ τοῦ ἀποβάντος καὶ τῶν ὠφελουμένων εἰς ἠθῶν ἐπανόρθωσιν καὶ εὐλάβειαν τὴν πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν ἔστιν εἰπεῖν ὅτι πιστευτέον μὲν ὡς οὐκ ἀθεεὶ γενομένοις τοῖς περὶ Ἰησοῦ ἱστορουμένοις οὐχὶ δὲ τοῖς περὶ τοῦ Προκοννησίου Ἀριστέου.

525 3, 29. Αἱ δὲ τοῦ Θεοῦ Χριστῷ μαθητευθεῖσαι ἐκκλησίαι, 29
συνεξεταζόμεναι ταῖς ὧν παροικοῦσι δήμων ἐκκλησίαις, «ὡς 49
φωστῆρές εἰσιν ἐν κόσμῳ» [cf. Phil 2, 15]. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσαι καὶ τοὺς χείρους τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ συγκρίσει βελτιόνων ἐλάττους πολλῷ κρείττους τυγχάνειν τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἐκκλησιῶν;

526 3, 51. Οἷα δ' ἐστὶν αὐτοῖς [Χριστιανοῖς] ἀγωγὴ καὶ περὶ 523
ἁμαρτανόντων καὶ μάλιστα τῶν ἀκολασταινόντων, οὓς ἀπελαύ- 525
νουσι τοῦ κοινοῦ. . . . Οὗτοι δὲ ὡς ἀπολωλότας καὶ τεθνηκότας τῷ Θεῷ τοὺς ὑπ' ἀσελγείας ἤ τινος ἀτόπου νενικημένους ὡς νεκροὺς πενθοῦσι, καὶ ὡς ἐκ νεκρῶν ἀναστάντας, ἐὰν ἀξιόλογον ἐνδείξωνται μεταβολήν, χρόνῳ πλείονι τῶν κατ' ἀρχὰς εἰσαγομένων ὕστερόν ποτε προσίενται· εἰς οὐδεμίαν ἀρχὴν καὶ προστασίαν τῆς λεγομένης ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταλέγοντες τοὺς φθάσαντας μετὰ τὸ προσεληλυθέναι τῷ λόγῳ ἐπταικέναι.

527 3, 62. Ἐπέμφθη οὖν Θεὸς Λόγος καθὸ μὲν ἰατρὸς τοῖς 316
ἁμαρτωλοῖς [cf. Mt 9, 12; Mc 2, 17; Lc 5, 31] . . . [Ὁ Κέλσος] 398
φησί· «Τί δὲ τοῖς ἀναμαρτήτοις οὐκ ἐπέμφθη; τί κακόν ἐστι τὸ μὴ ἡμαρτηκέναι;» Καὶ πρὸς τοῦτό φαμεν ὅτι, εἰ μὲν ἀν-

---

et ex iis, quae ad morum emendationem pietatemque erga summum Deum inducendam uterque fecit, annon hoc iudicium ferri debeat, credendum esse non sine Deo facta fuisse quae de Iesu historia prodidit, non autem quae de Aristea Proconnesio.

525 3, 29. Ecclesiae Dei a Christo edoctae, si cum populorum 29
conciliis quibuscum habitant comparentur, *in mundo tamquam* 49
lumina sunt. Ecquis enim non fateatur eos, qui in ecclesia deteriores sunt et in meliorum comparatione peiores, multo praestantiores esse iis, qui in popularibus coetibus vivunt?

526 3, 51. Ea est agendi ratio in eos, qui peccant et maxime qui 523
libidini se dedunt, ut illos a suo coetu prohibeant [Christiani]. . . . 525
Illi ut perditos et Deo mortuos lugent eos, qui libidine aut quovis alio crimine deiecti sunt; et quasi e mortuis excitatos ducunt, si eam morum mutationem fecerint, cuius ratio haberi debeat; tardius tamen admittuntur quam qui primo recipiuntur; et quia post professam religionem lapsi sunt, ab omni dignitate et praefectura in dicta ecclesia Dei arcentur.

527 3, 62. Missus igitur est Deus Verbum ad peccatores tamquam 316
medicus. . . . Rogat [Celsus]: «Cur non missus est ad immunes a 398
peccatis? Quid malum est non peccasse? Ad hoc dicimus: Si

525. CB 1, 227; MG 11, 957. 526. CB 1, 247; MG 11, 988.
527. CB 1, 256; MG 11, 1001.

ἁμαρτήτους λέγει τοὺς μηκέτι ἁμαρτάνοντας, ἐπέμφθη καὶ τούτοις ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἰατρός· εἰ δ' ἀναμαρτήτοις τοῖς μηδεπώποτε ἡμαρτηκόσιν (οὐ γὰρ διεστείλατο ἐν τῇ ἑαυτοῦ λέξει), ἐροῦμεν ὅτι ἀδύνατον εἶναι οὕτως ἄνθρωπον ἀναμάρτητον. Τοῦτο δέ φαμεν ὑπεξαιρουμένου τοῦ κατὰ τὸν Ἰησοῦν νοουμένου ἀνθρώπου, «ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε» [1 Petr 2, 22].

598 5, 22. Μὴ ὑπονοείτω δέ τις ἡμᾶς ταῦτα λέγοντας ἀπ' 528
ἐκείνων εἶναι τῶν λεγομένων μὲν Χριστιανῶν, ἀθετούντων δὲ τὸ περὶ ἀναστάσεως κατὰ τὰς γραφὰς δόγμα. . . . 23. Ἡμεῖς μὲν οὖν οὗ φαμεν τὸ διαφθαρὲν σῶμα ἐπανέρχεσθαι εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν, ὡς οὐδὲ τὸν διαφθαρέντα «κόκκον τοῦ σίτου» [Io 12, 24] ἐπανέρχεσθαι εἰς τὸν κόκκον τοῦ σίτου. Λέγομεν γάρ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ κόκκου τοῦ σίτου ἐγείρεται στάχυς, οὕτως λόγος τις ἔγκειται τῷ σώματι, ἀφ' οὗ μὴ φθειρομένου «ἐγείρεται» τὸ σῶμα «ἐν ἀφθαρσίᾳ» [1 Cor 15, 42].

353 5, 23. Εἰ δὲ χρὴ βεβιασμένως ὀνομάσαι, ἐροῦμεν ὅτι ὡς 529
πρὸς τὴν κοινοτέραν νοουμένην φύσιν ἐστί τινα ὑπὲρ τὴν φύσιν, ἃ ποιήσαι ἄν ποτε Θεός, ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀναβιβάζων τὸν ἄνθρωπον καὶ ποιῶν αὐτὸν μεταβάλλειν ἐπὶ φύσιν κρείττονα καὶ θειοτέραν καὶ τηρῶν τοιοῦτον, ὅσον καὶ ὁ τηρούμενος δι' ὧν πράττει παρίστησιν ὅτι βούλεται.

8 6, 10. Τὸ γὰρ χαρακτηρίζον τὴν θεότητα ἡ περὶ μελλόντων 530
ἐστὶν ἀπαγγελία, οὐ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν λεγομένων καὶ ταῖς ἐκβάσεσι κρινομένων ὅτι θεῖον Πνεῦμα ἦν τὸ ταῦτα ἀπαγγέλλον.

---

per immunes a peccatis intellegat qui non amplius peccant, salvator noster ad eos missus est, sed non ut medicus; sin autem eos qui numquam peccaverunt (neque enim haec eius verba aperte distinguunt), impossibile est hominem esse qui numquam peccaverit, excepto tamen homine a Iesu assumpto, qui homo *peccatum non fecit*.

598 5, 22. Ne quis suspicetur nos, haec dicentes, ex illis esse, qui 528
Christiani quidem dicuntur, reiciunt autem dogma quod est secundum scripturas de resurrectione. . . . 23. Nos non dicimus corruptum corpus redire in pristinam naturam, sicut nec corruptum *granum frumenti* redire in granum frumenti. Dicimus enim, sicut de grano frumenti surgit spica, sic ratio quaedam inest corpori, a qua non corrupta *surgit* corpus *in incorruptione*.

353 5, 23. Quodsi verba urgere oportet, dicemus, prout communius 529
intellegitur natura, quaedam esse supra naturam, quae faciat aliquando Deus, supra humanam naturam efferens hominem, et faciens eum participem naturae melioris et divinioris, et servans talem, quamdiu servatus, per ea quae agit, ostendit se velle.

8 6, 10. Propria enim divinitatis nota est res futuras ita prae- 530
dicere, ut praedicendi ratio vires humanas superet, et ex eventu iudicetur divinum Spiritum esse praedictionis auctorem.

---

528. CB 2 (ed. P. Koetschau, 1899), 23; MG 11, 1216.
529. CB 2, 24; MG 11, 1217. 530. CB 2, 80; MG 11, 1305.

531 6, 11. Εἰ μὲν πλείους ἦσαν ὁμοίως τῷ Ἰησοῦ ἱστορού- 23
μενοι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπιδεδημηκέναι ὡς υἱοὶ Θεοῦ,
καὶ ἕκαστος αὐτῶν περισπάσας τινὰς εἰς αὐτόν, ὥστ' ἀμφήρι-
στον εἶναι διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς ἐπαγγελίας περὶ τοῦ υἱὸν εἶναι
Θεοῦ τὸν ὑπὸ τῶν πιστευόντων αὐτῷ μαρτυρούμενον, χώραν
ἂν εἶχε τὸ «Ἐὰν οἵδε μὲν εἰσηγῶνται τόνδε, ἄλλοι δὲ ἄλλον, 264
καὶ κοινὸν δὲ πάντων ἢ καὶ πρόχειρον· πίστευσον, εἰ σωθῆναι
θέλεις, ἢ ἄπιθι», καὶ τὰ ἑξῆς. Νυνὶ δὲ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκου- 375
μένην Ἰησοῦς κεκήρυκται ἐπιδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων
μόνος Υἱὸς Θεοῦ.

532 6, 62. Οὐδ' ἄλλο φησὶν [ὁ Κέλσος] εἶναι τῷ Θεῷ ὧν ἡμεῖς 110
ἴσμεν. . . . Εἰ δὲ καθόλου ἀκούοιμεν τοῦ «ὧν ἡμεῖς ἴσμεν», 115
πολλῶν ἡμεῖς ἴσμεν ἐξακουομένου· ἔστι γὰρ αὐτῷ ἀρετὴ καὶ
μακαριότης καὶ θειότης. Εἰ δέ τις ἀκούοι ὑψηλότερον τοῦ
«ὧν ἡμεῖς ἴσμεν», ἐπεὶ πάντα ἃ ἴσμεν ἐλάττονά ἐστι τοῦ Θεοῦ,
οὐδὲν ἄτοπον καὶ ἡμᾶς παραδέξασθαι ὅτι οὐδέν ἐστι τῷ Θεῷ
ὧν ἡμεῖς ἴσμεν. Κρείττονα γάρ ἐστι πάντων ὧν οἴδεν οὐ
μόνη ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπεραναβεβηκότων
αὐτὴν τὰ προσόντα τῷ Θεῷ.

533 7, 17. Τὰ περὶ τὸν Ἰησοῦν τοίνυν καθὸ μὲν νενόηται 390
θεότητι ἐν αὐτῷ πραχθέντα, ἐστὶν ὅσια καὶ οὐ μαχόμενα τῇ
περὶ τοῦ θείου ἐννοίᾳ· καθὸ δὲ ἄνθρωπος ἦν, παντὸς μᾶλλον 400
ἀνθρώπου κεκοσμημένος τῇ ἄκρᾳ μετοχῇ τοῦ αὐτολόγου καὶ

---

531 6, 11. Si plures essent quos perinde ac Iesum in hanc vitam 23
venisse ut filios Dei sibique sectatores adscivisse proderent historiae,
ita ut incertum esset discrimen, propterea quod unusquisque eorum
se pariter filium esse Dei polliceretur, cui illi qui crederent per-
hiberent testimonium, tunc locus foret his verbis: «Hunc si alii 264
proponunt, alii alium, omnes tamen dicunt id, quod in promptu
est: Crede, si salvus fieri vis, aut abi», et reliqua. Nunc autem 375
Iesus solus est qui ut Filius Dei per terrarum orbem in hanc
vitam venisse praedicetur.

532 6, 62. Dicit [Celsus] neque aliud inesse Deo eorum, quae nos 110
scimus. . . . Quodsi quis generaliter accipiat illud «eorum quae 115
nos scimus», multa scimus quae in illo sunt, nam inest ei virtus
et beatitudo et divinitas; si quis vero sublimius accipiat illud
«eorum quae nos scimus», cum omnia quae scimus inferiora sint
Deo, nihil absurdum est nos etiam admittere nihil inesse Deo
eorum, quae nos scimus; quae enim sunt in Deo, superant omnia
quae scit non sola natura hominis, sed et eam antecellentium.

533 7, 17. Quoad Iesum vero, si spectantur ea quae a divinitate 390
in eo facta sunt, sancta sunt nec ullo modo Dei notioni repugnant;
quatenus autem homo erat, prae ceteris ornatus summa Verbi 400
ipsius et sapientiae ipsius participatione, passus est ut sapiens et

---

531. CB 2, 81; MG 11, 1305. 532. CB 2, 132; MG 11, 1393.
533. CB 2, 168; MG 11, 1445.

τῆς αὐτοσοφίας ὑπέμεινεν ὡς σοφὸς καὶ τέλειος ἅπερ ἐχρῆν
ὑπομεῖναι τὸν ὑπὲρ παντὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἢ καὶ
413 τῶν λογικῶν πάντα πράττοντα. Καὶ οὐδὲν ἄτοπον καὶ ἀπο-
τεθνηκέναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ οὐ μόνον
παράδειγμα ἐκκεῖσθαι τοῦ ὑπὲρ εὐσεβείας ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ
γὰρ καὶ εἰργάσθαι ἀρχὴν καὶ προκοπὴν τῆς καταλύσεως τοῦ
πονηροῦ καὶ διαβόλου, πᾶσαν τὴν γῆν νενεμημένου.

98 7, 37. Οὐδεὶς γὰρ μαθὼν ἀόρατον εἶναι τὸν Θεὸν καὶ 534
εἶναί τινα δημιουργήματα ἀόρατα, τουτέστι νοητά, λέγοι ἄν
ὡς ἀπολογούμενος περὶ τῶν κατὰ τὴν ἀνάστασιν τό· «Πῶς
86 αἰσθήσεσι μὴ καταλαμβανόμενοι γνώσονται τὸν Θεόν;» ἢ· «Τί
χωρὶς αἰσθήσεως μαθεῖν δυνατόν ἐστι;» Καὶ οὐκ ἐν ἀνακεχω-
ρηκόσι καὶ ἀναγινωσκομένοις ὑπὸ ὀλίγων μόνον καὶ φιλομαθῶν,
ἀλλ' ἐν τοῖς δημωδεστέροις γέγραπται ὅτι «τὰ ἀόρατα» τοῦ
Θεοῦ «ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθο-
ρᾶται» [Rom 1, 20]. Δι' ὧν ἔστιν εἰδέναι ὅτι, εἰ καὶ τοὺς ἐν
βίῳ ἀνθρώπους χρὴ ἀπὸ αἰσθήσεων ἄρξασθαι καὶ τῶν αἰ-
σθητῶν, μέλλοντας ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν τῶν νοητῶν φύσιν, ἀλλ'
οὔτι γε ἐν αἰσθητοῖς καταμένειν χρή.

86 7, 46. «Τὰ γὰρ ἀόρατα» τοῦ Θεοῦ «ἀπὸ κτίσεως κόσμου», 535
τουτέστι τὰ νοητά, «τοῖς ποιήμασι νοούμενα» ἐν τῷ νοεῖσθαι
«καθορᾶται» [Rom 1, 20]. Καὶ οὐχ ἵστανταί γε ἀναβάντες ἀπὸ
τῶν τοῦ κόσμου κτισμάτων ἐν τοῖς ἀοράτοις τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ
γὰρ ἱκανῶς ἐκείνοις ἐγγυμνασάμενοι καὶ συνιέντες αὐτὰ ἀνα-

---

perfectus quaecumque oportebat pati eum, qui generis humani aut
13 etiam naturarum intellegentium gratia omnia faciebat. Ac nihil
absurdum est hominem esse mortuum et eius mortem esse non
modo exemplum mortis pro pietate obeundae, sed etiam causam,
quae incepit et pergit dissolvere malum et diabolum, qui sibi
terram universam subiecerat.

98 7, 37. Nemo enim qui didicit invisibilem esse Deum et esse 534
quasdam creaturas invisibiles, id est intellegibiles, dicet, ut de-
fendens ea quae sunt de resurrectione: «Quomodo sensibus non
apprehendentes cognoscent Deum?» vel: «Quid extra sensum
86 discere possibile est?» Neque in secretioribus et cognitis a paucis
tantum et curiosis, sed in vulgatioribus scriptum est quod *in-
visibilia* Dei *a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta
conspiciuntur*. Ex quibus licet scire quod, etsi in hac vita homines
oportet a sensibus incipere et sensibilibus, ut ascendant ad in-
tellegibilium naturam, non tamen in sensibilibus sistere oportet.

86 7, 46. *Invisibilia enim* Dei *a creatura mundi,* id est intellegi- 535
bilia, *per ea quae facta sunt intellecta* in intellectione *conspiciuntur,*
et non sistunt ascendentes a creatis mundi in invisibilibus Dei;
nam satis in his exercitati et illa intellegentes, ascendunt ad aeter-

---

534. CB 2, 187; MG 11, 1473.
535. CB 2, 198; MG 11, 1489.

βαίνουσιν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον δύναμιν τοῦ Θεοῦ καὶ ἁπαξαπλῶς τὴν θεότητα αὐτοῦ, ἐπιστάμενοι ὅτι ὁ μὲν φιλάνθρωπος Θεὸς «τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ἑαυτοῦ γνωστὸν ἐφανέρωσεν» [cf. ib. 18 19] οὐ μόνον τοῖς ἀνακειμένοις αὐτῷ, ἀλλὰ καί τισι τῶν ἔξω τῆς εἰλικρινοῦς θεοσεβείας καὶ εἰς αὐτὸν εὐσεβείας· τινὲς δὲ τῶν Θεοῦ προνοίᾳ ἀναβεβηκότων ἐπὶ τὴν τῶν τηλικούτων γνῶσιν οὐκ ἄξια τῆς γνώσεως δρῶντες ἀσεβοῦσι καὶ «τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχουσιν» [ib. 18], οὐδ' ἀπολογίας ἔτι χώραν ἐπὶ τῇ γνώσει τῶν τηλικούτων ἔχειν δυνάμενοι παρὰ τῷ Θεῷ.

536 8, 12. Θρησκεύομεν οὖν τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας καὶ τὸν 159
Υἱὸν τὴν ἀλήθειαν, ὄντα δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα, ἓν δὲ τῇ ὁμοιοίᾳ καὶ τῇ συμφωνίᾳ καὶ τῇ ταυτότητι τοῦ βουλήματος· ὡς τὸν ἑωρακότα τὸν Υἱὸν ὄντα «ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως» [cf. Hebr 1, 3] τοῦ Θεοῦ ἑωρακέναι ἐν αὐτῷ ὄντι εἰκόνι τοῦ Θεοῦ τὸν Θεόν.

In Iesu Nave homiliae, 249/51.

537 Hom. 3, n. 5. Si de illo populo vult aliquis salvari, ad 47
hanc domum veniat, ut salutem consequi possit, ad hanc veniat domum, in qua Christi sanguis in signo redemptionis est.... Nemo ergo sibi persuadeat, nemo semetipsum decipiat: extra hanc domum, id est extra ecclesiam, nemo salvatur; nam si quis foras exierit, mortis suae ipse fit reus.

538 7, 1. Sacerdotali tuba primus in evangelio suo Matthaeus 75 14
increpuit; Marcus quoque, Lucas et Ioannes suis singulis tubis 17
sacerdotalibus cecinerunt. Petrus etiam duabus epistularum 18 19
suarum personat tubis, Iacobus quoque et Iudas. Addit nihilo- 20
minus adhuc et Ioannes tuba canere per epistulas suas et Apocalypsim, et Lucas apostolorum gesta describens. Novis- 36
sime autem ille veniens, qui dixit: *Puto autem nos Deus novissimos apostolos ostendit* [1 Cor 4, 9], et in quattuordecim

---

nam potentiam Dei, et, uno verbo, ad divinitatem eius, scientes quod hominum amator Deus *veritatem et quod sui notum est manifestavit* non solum iis, qui ipsi adhaerent, sed et quibusdam alienis a sincera religione et pietate in ipsum; quidam autem ex iis, qui Dei providentia ascenderunt ad tantarum rerum cognitionem, non agentes res dignas ea cognitione, impii sunt et *veritatem in iniustitia detinent* neque amplius excusationem, post tantarum rerum cognitionem, habere possunt apud Deum.

536 8, 12. Colimus igitur Patrem veritatis et Filium veritatem, qui 159
sunt hypostasi duae res, una vero consensione et concordia et identitate voluntatis; ita ut videns Filium, qui est *splendor gloriae et figura substantiae* Dei, viderit in eo qui est imago Dei, Deum.

536. CB 2, 229; MG 11, 1533. 537. MG 12, 841; L 11, 34.
538. MG 12, 857; L 11, 63.

epistularum suarum fulminans tubis, muros Iericho et omnes idololatriae machinas et philosophorum dogmata usque ad fundamenta deiecit.

Fragmenta.

57 62 *Ex libris in epist. ad Hebraeos.* Lux autem aeterna quid 539
aliud est sentiendum quam Deus Pater, qui numquam fuit quando lux quidem esset, splendor vero ei non adesset? Neque enim lux sine splendore suo umquam intellegi potest. Quodsi verum est, numquam est quando Filius non Filius fuit. Erit autem, non, sicut de aeterna luce diximus, innatus, ne duo principia lucis videamur inducere, sed sicut ingenitae lucis splendor, ipsam illam lucem initium habens ac fontem, natus quidem ex ipsa, sed non erat quando non erat.

62 58 *Ib.* Sic et sapientia ex eo [Deo] procedens, ex ipsa Dei 540
substantia generatur. Sic nihilominus et secundum similitudinem corporalis aporrhoeae esse dicitur *aporrhoea gloriae omnipotentis* pura quaedam et *sincera* [Sap 7, 25]. Quae utraeque similitudines manifestissime ostendunt communionem substantiae esse Filio cum Patre. Aporrhoea enim ὁμοούσιος videtur, id est unius substantiae cum illo corpore, ex quo est vel *aporrhoea* vel *vapor* [ib.].

ADAMANTIUS

seu Dialogus de recta in Deum fide, 295/305.

41 53 58 L. 1, c. 2. Ἀδαμάντιος. Ἕνα Θεὸν καὶ κτίστην καὶ 541
δημιουργὸν τῶν ἁπάντων εἶναι πεπίστευκα καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ Θεὸν Λόγον ὁμοούσιον, ἀεὶ ὄντα καὶ ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας ἀναλαβόντα, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Πιστεύω δὲ καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι τῷ ἀεὶ ὄντι.

94 3, 9. A. Ἀγνοεῖν ἔοικας τὴν διαφορὰν τοῦ παντεξουσίου 542
καὶ τοῦ αὐτεξουσίου. Τὸν μὲν γὰρ Θεὸν παντεξούσιόν φημι,

---

41 53 58 1, 2. *Adamantius.* Deum unum eumque conditorem et effec- 541
torem omnium esse credo; Deumque Verbum, qui ex eo natus est eique est consubstantialis, qui semper est et novissimis temporibus hominem ex Maria assumpsit, et crucifixus est et resurrexit a mortuis. Credo etiam Spiritui Sancto, qui semper est.

94 3, 9. *A.* Ignorare videris distinctionem eius quod omnia potest, 542
et eius quod est suae potestatis. Deum enim dico omnipotentem;

539. MG 14, 1307; L 5, 297. 540. MG 14, 1308; L 7, 300.
541. CB (ed. W. H. van de Sande Bakhuysen, 1901) 4; MG 11, 1717.
542. CB 128; MG 11, 1800.

τὸν δὲ ἀποστάτην ἄγγελον, τὸν λεγόμενον Σατανᾶν, αὐτεξούσιον 203
λέγω, καὶ τὸν ἄνθρωπον ὁμοίως. — Μαρῖνος. Αὐτεξούσιον 221
φὴς τὸν διάβολον καὶ τὸν ἄνθρωπον; — Α. Τοὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους αὐτεξουσίους λέγω ὑπὸ Θεοῦ γεγενῆσθαι, ἀλλ' οὐ παντεξουσίους.

543 5, 16. Μ. Ὁρισάσθω Ἀδαμάντιος ποῖον σῶμα ἀνίσταται, 600
τοῦτο ὃ περικείμεθα, εἰς ὃ ἐνδεδέμεθα, ἢ ἄλλο πνευματικόν; —
Α. Τοῦτο τὸ σῶμά φημι ἀνίστασθαι ὃ περικείμεθα.

544 5, 28. Εὐτρόπιος. Αὐτὴ μόνη [ἀληθείᾳ], ὡς ἀληθῶς, δι- 49
καίως καὶ εὐσεβῶς καὶ ὁσίως ἡ καθόλου ἐκκλησία πολιτεύεται, 45
ἧς οἱ ἐκτραπέντες καὶ ἀποσφαλέντες πόρρω τῆς ἀληθείας τυγχάνουσι, λόγῳ μὲν ἐπαγγελλόμενοι εἰδέναι ἀλήθειαν, ἔργῳ δὲ μακρὰν ἀφεστηκότες αὐτῆς.

THEOGNOSTUS.

545 Fragm. ex Hypotypos. lib. 2, apud *Athan.*, De decr. nic. 152
syn. 25. Οὐκ ἔξωθέν τις ἐστὶν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ Υἱοῦ οὐσία, 153
οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη· ἀλλὰ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας 162
ἔφυ, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, ὡς ὕδατος ἀτμίς. Οὔτε γὰρ τὸ ἀπαύγασμα, οὔτε ἡ ἀτμίς, αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐστίν, ἢ αὐτὸς ὁ ἥλιος· οὔτε ἀλλότριον, ἀλλ' ἀπόρροια τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, οὐ μερισμὸν ὑπομεινάσης τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας. Ὡς γὰρ μένων ὁ ἥλιος ὁ αὐτὸς οὐ μειοῦται ταῖς ἐκχεομέναις ὑπ' αὐτοῦ αὐγαῖς· οὕτως οὐδὲ ἡ οὐσία τοῦ Πατρὸς ἀλλοίωσιν ὑπέμεινεν, εἰκόνα ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν Υἱόν.

---

desertorem autem angelum, qui Satanas dicitur, suae potestatis 203
dico, hominemque eodem modo. — *Marinus.* Suae potestatis esse 221
et diabolum et hominem dicis? — *A.* Angelos et homines suae potestatis factos esse a Deo dico, non autem omnipotentes.

543 5, 16. *M.* Statuat Adamantius, quodnam corpus resurgat, hocne 600
quo circumdati sumus et in quo vincti sumus, an aliud spiritale? —
A. Hoc ipsum, quo circumdati sumus, dico excitari.

544 5, 28. *Eutropius.* Ipsa sola veritate catholica ecclesia et iuste 49
et pie et sancte vivit, a qua qui deflexerunt et aberrarunt, procul 45
absunt a veritate; iique verbo quidem sibi veritatem cognitam esse profitentur, sed re procul ab ea distant.

545 Fragm. ex Hypotyp. l. 2. Non extrinsecus adinventa est Filii sub- 152
stantia, neque ex nihilo educta, sed ex Patris substantia nata est, ut 153
lucis splendor et aquae vapor. Neque enim splendor aut vapor ipsa 162
aqua vel ipse sol est; neque rursus aliquid est alienum, sed est aliquid emanans ex Patris substantia, ita tamen ut nullam divisionem eadem Patris substantia sit perpessa. Ut enim sol idem manens radiis ab ipso profluentibus non minuitur; ita neque Patris substantia mutationem ullam patitur, cum Filium sui ipsius imaginem habet.

---

543. CB 204; MG 11, 1853. 544. CB 242; MG 11, 1884.
545. MG 10, 240; 25, 460; *Routh*, Reliquiae sacrae 3, 411.

S. CORNELIUS I, PAPA 251—253.

41 *Epist. ad S. Cyprianum*, apud *Cypr.*, Epist. 49, 2. Nec 546
60 enim [aiunt confessores schisma exuentes] ignoramus unum Deum esse et unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, unum Sanctum Spiritum, unum episcopum in Catholica esse debere.

Epist. ad Fabium, apud Eus., H. E. 6, 43, De hierarchia eccle- 546 siastica, cf. DB 45, K 254 sqq.*

63 Ex eadem epist., ib. 6, 43, 14. Ὃς [Νοουατιανός] βοηθούμενος 547
ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν νόσῳ περιπεσὼν καὶ ἀποθανεῖσθαι
ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ, οὗ ἔκειτο, περι-
76 χυθεὶς ἔλαβεν, εἴ γε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. 15. Οὐ
81 μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχεν, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ
μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα, τοῦ τε σφρα-
γισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου· τούτων δὲ μὴ τυχών, πῶς ἂν
τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἔτυχεν;

S. CYPRIANUS, ca 200—258.

Ad Donatum, paulo post 246.

15 4. Et ipse quam plurimis vitae prioris erroribus implicatus 548
tenebar, quibus exui me posse non crederem; sic vitiis adhaerentibus obsecundans eram, desperatione meliorum malis
75 meis velut iam propriis ac vernaculis et favebam. Sed post-
56 quam undae genetalis auxilio superioris aevi labe detersa in expiatum pectus ac purum desuper se lumen infudit, postquam caelitus spiritu hausto in novum me hominem nativitas secunda reparavit, mirum in modum protinus confirmare se
26 dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare quod prius difficile videbatur, geri posse quod impossibile putabatur, ut esset agnoscere terrenum fuisse quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viveret, Dei esse coepisse quod iam Spiritus Sanctus animaret.

63 14. Cum [Novatianus] ab exorcistis foveretur, in morbum gravissimum 547
collapsus, dum iamiam moriturus creditur, in ipso in quo iacebat lectulo perfusus baptismum suscepit, si tamen huiuscemodi baptis-
76 mum suscepisse dicendus est. 15. Sed neque postquam liberatus
81 est morbo, reliqua percepit quae iuxta ecclesiasticam regulam percipi debent, neque ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum Sanctum potuit accipere?

546. CV 3 (ed. G. Hartel, 1868—1871), 2, 611; ML 3, 722.
547. CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 620; MG 20, 621; ML 3, 747.
548. CV 3, 1, 5; ML (ep. 1, 4) 4, 200.

Quod idola dii non sint.

549 [Iste libellus nihil est nisi compilatio ex Octavio Minucii Felicis et
550 Apologetico Tertulliani; quapropter duos locos (cc. 9 et 11) hic in 1ª editione citatos delevimus, numeros autem reliquimus, ne ordo mutaretur. Ipsos vero locos fere ad verbum invenies sub nn. 270 et 277.]

De lapsis, 251.

551 16. Spretis his omnibus atque contemptis, ante expiata 536
delicta, ante exomologesim factam criminis, ante purgatam
conscientiam sacrificio et manu sacerdotis, ante offensam pla- 545
catam indignantis Domini et minantis, vis infertur corpori 506
eius et sanguini et plus modo in Dominum manibus atque
ore delinquunt quam cum Dominum negaverunt.

552 17. Solus Dominus misereri potest. Veniam peccatis quae 419
in ipsum commissa sunt solus potest ille largiri, qui peccata
nostra portavit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro
peccatis nostris. Homo Deo maior non potest esse, nec re-
mittere aut donare indulgentia sua servus potest quod in
Dominum delicto graviore commissum est, ne adhuc lapso et
hoc accedat ad crimen, si nesciat esse praedictum: *Maledictus
homo qui spem habet in hominem* [Ier 17, 5]. Dominus orandus
est, Dominus nostra satisfactione placandus est, qui negantem
negare se dixit, qui omne iudicium de Patre solus accepit. 428
Credimus quidem posse apud iudicem plurimum martyrum 550
merita et opera iustorum, sed cum iudicii dies venerit, cum
post occasum saeculi huius et mundi ante tribunal Christi
populus eius adstiterit.

553 28. Denique, quanto et fide maiore et timore meliore sunt 538
qui, quamvis nullo sacrificii aut libelli facinore constricti, 540
quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud
sacerdotes Dei dolenter et simpliciter confitentes exomologesim
conscientiae faciant, animi sui pondus exponant, salutarem
medelam parvis licet et modicis vulneribus exquirant, scientes
scriptum esse: *Deus non deridetur* [Gal 6, 7]. Derideri et
circumveniri Deus non potest nec astutia aliqua fallente de-
ludi. . . . 29. Confiteantur singuli, quaeso vos, fratres, delictum 545
suum, dum adhuc qui deliquit in saeculo est, dum admitti
confessio eius potest, dum satisfactio et remissio [facta] per
sacerdotes apud Dominum grata est.

554 32. Agite paenitentiam plenam, dolentis ac lamentantis 531
animi probate maestitiam! 33. Nec vos quorumdam moveat
aut error improvidus aut stupor vanus, qui, cum teneantur in

---

551. CV 3, 1, 248; ML 4, 479.
552. CV 3, 1, 249; ML 4, 480.
553. CV 3, 1, 257; ML 4, 488.
554. CV 3, 1, 261; ML 4, 491.

tam gravi crimine, percussi sunt animi caecitate, ut nec intellegant delicta nec plangant.

36. De fructibus verae paenitentiae, v. K 265. *554**

De catholicae ecclesiae unitate, 251.

54 50 4. Loquitur Dominus ad Petrum: *Ego tibi dico,* inquit, 555
34 *quia tu es Petrus* etc. [Mt 16, 18 sq]. Super unum aedificat ecclesiam[1] [*vel:* Eidem post resurrectionem suam dicit: *Pasce oves meas* (Io 21, 17). Super illum aedificat ecclesiam, et illi pascendas oves mandat], et quamvis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum: si cuius remiseritis peccata, remittentur illi; si cuius tenueritis, tenebuntur* [Io 20, 21 sqq], tamen, ut unitatem manifestaret [unam cathedram constituit], unitatis eiusdem originem [atque rationem] ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique et ceteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio praediti et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur [et primatus Petro datur], ut ecclesia Christi una [et cathedra una] monstretur. [Et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur.]

50 5. Quam unitatem tenere firmiter et vindicare debemus, 556
maxime episcopi qui in ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidem veritatis perfida praevaricatione corrumpat. Episcopatus unus est, cuius a singulis in
51 solidum pars tenetur. Ecclesia una est, quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo solis multi radii sed lumen unum, et rami arboris multi sed robur unum tenaci radice fundatum, et cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiae largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit; a fonte praecide rivum, praecisus arescit. Sic et ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit: unum tamen lumen est quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius pandit: unum tamen caput est et origo una et una mater fecunditatis successibus copiosa: illius fetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur.

47 6. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est et 557
pudica. Unam domum novit, unius cubiculi sanctitatem casto

---

[1] Addimus intra [ ] lectiones et addita antiquorum codicum.

555. CV 3, 1, 212; ML 4, 498. 556. CV 3, 1, 213; ML 4, 501.
557. CV 3, 1, 214; ML 4, 502.

pudore custodit. Haec nos Deo servat, haec filios regno quos generavit assignat. Quisque ab ecclesia segregatus adulterae iungitur, a promissis ecclesiae separatur, nec perveniet ad Christi praemia qui reliquit ecclesiam Christi. Alienus est, profanus est, hostis est. Habere non potest Deum patrem qui ecclesiam non habet matrem. Si potuit evadere quisque extra arcam Noe fuit, et qui extra ecclesiam foris fuerit evadit.... Dicit Dominus: *Ego et Pater unum sumus* [Io 10, 30]. 146
Et iterum de Patre et Filio et Spiritu Sancto scriptum est: *Et tres unum sunt* [1 Io 5, 7]. Et quisquam credit hanc unitatem de divina firmitate venientem, sacramentis caelestibus cohaerentem scindi in ecclesia posse et voluntatum collidentium divortio separari? Hanc unitatem qui non tenet, non tenet Dei legem, non tenet Patris et Filii fidem, vitam non tenet et salutem.

De dominica oratione, 251/2.

558 14. Addimus quoque et dicimus: *Fiat voluntas tua in caelo* 333
et in terra [Mt 6, 10], non ut Deus faciat quod vult, sed ut 308
nos facere possimus quod Deus vult; nam Deo quis obsistit, quominus quod velit faciat? Sed quia nobis a diabolo obsistitur, quominus per omnia noster animus atque actus Deo obsequatur, oramus et petimus, ut fiat in nobis voluntas Dei; quae ut fiat in nobis, opus est Dei voluntate, id est, ope eius et protectione, quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia et misericordia tutus est.

559 18. *Ego sum panis vitae qui de caelo descendi. Si qui ederit* 484
de meo pane, vivet in aeternum. Panem autem quem ego dedero 510
caro mea est pro saeculi vita [Io 6, 51 52]. Quando ergo dicit in aeternum vivere si qui ederit de eius pane, ut manifestum est eos vivere qui corpus eius attingunt et eucharistiam iure communicationis accipiunt, ita contra timendum est et orandum, ne, dum quis abstentus separatur a Christi corpore, remaneat a salute, comminante ipso et dicente: *Nisi ederitis carnem Filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis* [Io 6, 54]. Et ideo panem nostrum, id est 504
Christum, dari nobis cotidie petimus, ut, qui in Christo manemus et vivimus, a sanctificatione eius et corpore non recedamus.

Ad Demetrianum, 252.

560 24. Cremabit addictos ardens semper gehenna et vivacibus 592
flammis vorax poena, nec erit unde habere tormenta vel re- 594
quiem possint aliquando vel finem. Servabuntur cum corpori- 596

---

558. CV 3, 1, 276; ML 4, 528. 559. CV 3, 1, 280; ML 4, 531.
560. CV 3, 1, 368; ML 4, 561.

584 bus suis animae infinitis cruciatibus ad dolorem. . . . Erit tunc sine fructu paenitentiae dolor poenae, inanis ploratio et inefficax deprecatio. In aeternam poenam sero credunt qui in vitam aeternam credere noluerunt.

584 25. Quando istinc recessum fuerit, nullus iam paenitentiae 561
locus est, nullus satisfactionis effectus. Hic vita aut amittitur aut tenetur: hic saluti aeternae cultu Dei et fructu fidei pro-
547 videtur. Nec quisquam aut peccatis retardetur aut annis, quo-
522 minus veniat ad consequendam salutem. In isto adhuc mundo manenti paenitentia nulla sera est. Patet ad indulgentiam Dei aditus, et quaerentibus atque intellegentibus veritatem facilis accessus est. Tu sub ipso licet exitu et vitae temporalis occasu pro delictis roges, et Deum, qui unus et verus est, confessione et fide agnitionis eius implores, venia confitenti datur et credenti indulgentia salutaris de divina pietate conceditur et ad immortalitatem sub ipsa morte transitur.

De mortalitate, 252/3.

3 6. Si tibi vir gravis et laudabilis aliquid pollicerctur, haberes 562
254 pollicenti fidem nec te falli aut decipi ab eo crederes, quem stare in sermonibus atque in actibus suis scires. Deus tecum loquitur, et tu mente incredula perfidus fluctuaris? Deus de hoc mundo recedenti immortalitatem atque aeternitatem pollicetur, et dubitas? Hoc est Deum omnino non nosse, hoc est Christum credendi magistrum peccato incredulitatis offendere, hoc est in ecclesia constitutum fidem in domo fidei non habere.

De opere et eleemosynis, 253.

415 1. Multa et magna sunt, fratres carissimi, beneficia divina, 563
quibus in salutem nostram Dei Patris et Christi larga et copiosa clementia et operata sit et semper operetur, quod conservandis et vivificandis nobis Pater Filium misit ut reparare nos posset, quodque Filius missus esse et hominis filius vocari voluit ut nos Dei filios faceret: humiliavit se ut populum qui prius iacebat erigeret, vulneratus est ut vulnera nostra curaret, servivit ut ad libertatem servientes extraheret. Mori sustinuit ut immortalitatem mortalibus exhiberet. . . . Cum Dominus adveniens sanasset illa quae Adam portaverat vulnera et venena serpentis antiqua curasset, legem dedit sano et praecepit ne ultra iam peccaret, ne quid peccanti gravius eveniret.

354 14. Eme tibi albam vestem, ut, qui secundum Adam nudus 564
fueras et horrebas ante deformis, indumento Christi candido

561. CV 3, 1, 370; ML 4, 563.
562. CV 3, 1, 300; ML 4, 586.
563. CV 3, 1, 373; ML 4, 601.
564. CV 3, 1, 384; ML 4, 612.

vestiaris. Et quae matrona locuples et dives es, ungue oculos 367
tuos non stibio diaboli sed collyrio Christi, ut pervenire ad
videndum Deum possis, dum Deum et moribus et operibus
promereris.

De bono patientiae, 256.

565 6. Omnis actus eius [Christi] ab ipso statim adventu patientia 419
comite signatur, quod primum de [illa] sublimitate caelesti ad
terrena descendens non aspernatur Dei Filius carnem hominis
induere et, cum peccator ipse non esset, aliena peccata portare.
Immortalitate interim posita fieri se mortalem patitur, ut inno-
cens pro nocentium salute perimatur.

566 17. Cum in illa prima transgressione praecepti firmitas 231
corporis cum immortalitate discesserit et cum morte infirmitas 290
venerit, nec possit firmitas recipi nisi cum recepta et immor-
talitas fuerit, oportet in hac fragilitate atque infirmitate cor-
porea luctari semper et congredi.

567 19. Diabolus hominem ad imaginem Dei factum impatienter 229
tulit: inde et perit primus et perdidit. Adam contra caeleste 298
praeceptum cibi letalis impatiens in mortem cecidit nec ac- 299
ceptam divinitus gratiam patientia custode servavit.

Epistulae [1].

568 Ep. 4 [Pomponio, a.?], 4. Si de iis [virginibus Deo dicatis] 580
aliqua corrupta fuerit deprehensa, agat paenitentiam plenam, 523
quia, quae hoc crimen admisit, non mariti sed Christi adultera 525
est, et ideo aestimato iusto tempore postea exomologesi facta
ad ecclesiam redeat. Quodsi obstinate perseverant nec se
ab invicem separant, sciant se cum hac sua impudica ob-
stinatione numquam a nobis admitti in ecclesiam posse, ne
exemplum ceteris ad ruinas delictis suis facere incipiant.

568* *15 (ML ep. 10). Contra abusum libellorum martyrum et de reconcilia-
tione episcopo reservata, v. K 267 sqq.*

569 16 [Presbyteris et diaconis, a. 250], 2. Cum in minoribus pec- 525
catis agant peccatores paenitentiam iusto tempore, et secundum
disciplinae ordinem ad exomologesim veniant, et per manus 527
impositionem episcopi et cleri ius communicationis accipiant, 439
nunc crudo tempore persecutione adhuc perseverante, nondum
restituta ecclesiae ipsius pace, ad communicationem ad-

---

[1] Post numerum epistulae indicatur cui et quando scripta fuerit. Numerus vero datur iuxta editionem CV; quodsi non idem est apud ML, indicatur in notis.

565. CV 3, 1, 401; ML 4, 626. 566. CV 3, 1, 409; ML 4, 633.
567. CV 3, 1, 410; ML 4, 634.
568. CV 3, 2, 476; ML (ep. 62) 4, 370.
569. CV 3, 2, 518; ML (ep. 9) 4, 251.

mittuntur, et offertur nomine eorum, et nondum paenitentia
506 acta, nondum exomologesi facta, nondum manu iis ab episcopo
et clero imposita, eucharistia illis datur, cum scriptum sit:
Qui ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini [1 Cor 11, 27].

536 18 [Presbyteris et diaconis, a. 250], 1. Quoniam video facul- 570
tatem veniendi ad vos nondum esse et iam aestatem coepisse,
quod tempus infirmitatibus assiduis et gravibus infestat, oc-
550 currendum puto fratribus nostris, ut, qui libellos a martyribus
acceperunt et praerogativa eorum apud Deum adiuvari possunt,
529 si incommodo aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint,
non exspectata praesentia nostra, apud presbyterum quem-
cumque praesentem vel, si presbyter repertus non fuerit et
546 urgere exitus coeperit, apud diaconum quoque exomologesim
527 facere delicti sui possint, ut manu iis in paenitentiam imposita
veniant ad Dominum cum pace, quam dari martyres litteris
ad nos factis desideraverunt.

34 33 [sine inscriptione, a. 250], 1. Dominus noster, cuius prae- 571
54 cepta metuere et servare debemus, episcopi honorem et ec-
clesiae suae rationem disponens in evangelio loquitur et dicit
Petro: *Ego tibi dico, quia tu es Petrus*, etc. [Mt 16, 18 19].
39 Inde per temporum et successionum vices, episcoporum ordi-
natio et ecclesiae ratio decurrit, ut ecclesia super episcopos
constituatur et omnis actus ecclesiae per eosdem praepositos
gubernetur. Cum hoc ita divina lege fundatum sit, miror
quosdam audaci temeritate sic mihi scribere voluisse, ut ec-
clesiae nomine litteras facerent, quando ecclesia in episcopo
et clero et in omnibus stantibus sit constituta.

283 39 [Presbyteris et diaconis et plebi universae, a. 251], 3. Lau- 572
rentius et Egnatius in castris et ipsi quondam saecularibus
militantes, sed veri et spiritales Dei milites, dum diabolum
Christi confessione prosternunt, palmas Domini et coronas
illustri passione meruerunt. Sacrificia pro iis semper, ut
meministis, offerimus, quoties martyrum passiones et dies anni-
versaria commemoratione celebramus.

40 43 [Plebi universae, a. 251], 5. Deus unus est et Christus 573
46
59 unus et una ecclesia et cathedra una super Petrum Domini
voce fundata. Aliud altare constitui et sacerdotium novum
fieri praeter unum altare et unum sacerdotium non potest.
Quisque alibi collegerit, spargit.

58 48 [Cornelio P., a. 251], 3. Placuit ut per episcopos retenta 574
59 a nobis rei veritate et ad comprobandam ordinationem tuam

570. CV 3, 2, 523; ML (ep. 12) 4, 259.
571. CV 3, 2, 566; ML (ep. 27) 4, 298.
572. CV 3, 2, 583; ML (ep. 34) 4, 323.
573. CV 3, 2, 594; ML (ep. 40) 4, 336.
574. CV 3, 2, 607; ML (ep. 45) 3, 711.

facta auctoritate maiore, tunc demum scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso, per omnes omnino istic positos litterae fierent; sicuti fiunt, ut te universi collegae nostri et communicationem tuam, id est catholicae ecclesiae unitatem, 53
pariter et caritatem probarent firmiter ac tenerent. Quod divinitus evenisse et consilium nostrum providenter processisse gaudemus.

575 55 [Antoniano, a. 251/2], 8. Factus est autem Cornelius 56
episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum paene 58
omnium testimonio, de plebis quae tunc adfuit suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri et gradus cathedrae sacerdotalis vacaret: quo occupato et de Dei voluntate atque omnium nostrum consensione firmato, quisque iam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem qui ecclesiae non tenet unitatem.

576 55, 17. Placuit, frater carissime, examinatis causis singulo- 529
rum libellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subveniri, quia exomologesis apud inferos non est nec ad paenitentiam 584
quis a nobis compelli potest, si fructus paenitentiae subtrahatur. Si proelium prius venerit, corroboratus a nobis invenietur [armatus] ad proelium; si vero ante proelium infirmitas urserit, cum solacio pacis et communicationis abscedit.

577 55, 27. Neminem putamus a fructu satisfactionis et spe 522
pacis arcendum, cum sciamus iuxta scripturarum divinarum fidem, auctore et hortatore ipso Deo, et ad agendam paenitentiam peccatores redigi et veniam atque indulgentiam paenitentibus non denegari.

578 55, 29. Quodsi invenimus a paenitentia agenda neminem 522
debere prohiberi et deprecantibus atque exorantibus Domini 525
misericordiam, secundum quod ille misericors et pius est, per sacerdotes eius pacem posse concedi, admittendus est plan- 545
gentium gemitus et paenitentiae fructus dolentibus non negandus. Et quia apud inferos confessio non est nec exomologesis illic fieri potest, qui ex toto corde paenituerint et rogaverint, in ecclesiam debent interim suscipi et in ipsa Domino reservari. 584

579 58 [Plebi Thibari consistenti, a. 253], 10. O dies ille qualis et 594
quantus adveniet, fratres dilectissimi, cum coeperit populum 601
suum Dominus recensere et divinae cognitionis examine singulorum merita recognoscere, mittere in gehennam nocentes

575. CV 3, 2, 629; ML (ep. 52) 3, 770.
576. CV 3, 2, 636; ML (ep. 52) 3, 783.
577. CV 3, 2, 646; ML (ep. 52) 3, 793.
578. CV 3, 2, 647; ML (ep. 52) 3, 794.
579. CV 3, 2, 665; ML (ep. 56) 4, 357.

et persecutores nostros flammae poenalis perpetuo ardore damnare, nobis vero mercedem fidei et devotionis exsolvere.
607 Quae erit gloria et quanta laetitia, admitti ut Deum videas,
611 honorari ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac lucis aeternae gaudium capias, Abraham et Isaac et Iacob et patriarchas omnes et apostolos et prophetas et martyres salutare, cum iustis et Dei amicis in regno caelorum datae immortalitatis voluptate gaudere, sumere illic quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Maiora enim nos accipere quam quod hic aut operamur aut patimur apostolus praedicat dicens: *Non sunt condignae passiones huius temporis ad superventuram claritatem quae revelabitur in nobis* [Rom 8, 18]. Cum revelatio illa venerit, cum claritas super nos Dei fulserit, tam beati erimus et laeti dignatione Domini honorati, quam rei remanebunt et miseri qui Dei desertores aut contra Deum rebelles voluntatem fecerunt diaboli, ut eos necesse sit cum ipso simul inexstinguibili igne torqueri.

58 59 [Cornelio P., a. 252], 14. Navigare audent [haeretici] et ad 580
63 Petri cathedram atque ad ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, ab schismaticis et profanis litteras ferre nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides apostolo praedicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum?

515 63 [Caecilio, a. ?], 4. *Tu es sacerdos in aeternum secundum* 581
493 *ordinem Melchisedech* [Ps 109, 4]. Qui ordo utique hic est de sacrificio illo veniens et inde descendens, quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod panem et vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam qui magis sacerdos Dei summi quam Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit, et obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est panem et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem?

493 63, 9. Invenimus calicem mixtum fuisse quem Dominus 582
obtulit, et vinum fuisse quod sanguinem dixit. Unde apparet
513 sanguinem Christi non offerri, si desit vinum calici, nec sacrificium dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit passioni.

494 63, 13. Quia nos omnes portabat Christus, qui et peccata 583
nostra portabat, videmus in aqua populum intellegi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Quando autem in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, et credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur et iungitur.

512 63, 14. Si Christus Iesus Dominus et Deus noster ipse est 584
499 summus sacerdos Dei Patris, et sacrificium Patri se ipsum

580. CV 3, 2, 683; ML (ep. 55) 3, 818.
581. CV 3, 2, 703; ML 4, 376. 582. CV 3, 2, 708; ML 4, 380.
583. CV 3, 2, 711; ML 4, 383. 584. CV 3, 2, 713; ML 4, 385.

obtulit, et hoc fieri in sui commemorationem praecepit, utique ille sacerdos vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus fecit imitatur et sacrificium verum et plenum tunc offert in ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videat obtulisse.

585 64 [Cyprianus et ceteri collegae qui in concilio adfuerunt numero LXVI 473
Fido, a. 252], 2. Quantum vero ad causam infantium pertinet 474
quos dixisti intra secundum vel tertium diem quem nati sint constitutos baptizari non oportere et considerandam esse legem circumcisionis antiquae, ut intra octavum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed universi potius iudicavimus nulli hominum nato misericordiam Dei et gratiam denegandam.

586 64, 5. Si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum 470
ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum
datur et a baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto 302
magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil pec- 303
cavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquae prima nativitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria sed aliena peccata.

587 66 [Florentio, a. 254], 8. Loquitur illic [Io 6, 67—69] Petrus, 50
super quem aedificata fuerat ecclesia, ecclesiae nomine docens et ostendens, quia, etsi contumax ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, ecclesia tamen a Christo non recedit, et illi sunt ecclesia plebs sacerdoti adunata et pastori suo grex adhaerens. Unde scire debes episcopum in ecclesia esse et ecclesiam in episcopo, et, si qui cum episcopo non sit, in ecclesia non esse; et frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt et latenter apud quosdam communicare se credunt, quando ecclesia, quae catholica una est, scissa nòn sit neque divisa, sed sit utique conexa et cohaerentium sibi invicem sacerdotum glutino copulata.

588 67 [Cyprianus, Caecilius, Primus etc. (37 episcopi) Felici et Aelio 564
et plebi, a. 256], 5. Propter quod diligenter de traditione divina et apostolica observatione servandum est et tenendum, quod apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui praepositus ordinatur, episcopi eiusdem provinciae proximi quique conveniant, et episcopus deligatur plebe praesente, quae sin-

585. CV 3, 2, 718; ML (ep. 59) 3, 1015.
586. CV 3, 2, 720; ML (ep. 59) 3, 1018.
587. CV 3, 2, 732; ML (ep. 69) 4, 406.
588. CV 3, 2, 739; ML (ep. 68) 3, 1027.

gulorum vitam plenissime novit et uniuscuiusque actum de
eius conversatione perspexit. Quod et apud vos factum videmus
in Sabini collegae nostri ordinatione, ut de universae fraterni-
tatis suffragio et de episcoporum, qui in praesentia convenerant
quique de eo ad vos litteras fecerant, iudicio episcopatus ei
561 deferretur et manus ei in locum Basilidis imponeretur.

46 69 [Magno, a. 255], 3. Ecclesia una est, quae una et intus 589
52 esse et foris non potest. Si enim apud Novatianum est, apud
Cornelium [Papam] non fuit. Si vero apud Cornelium fuit, qui
Fabiano episcopo legitima ordinatione successit et quem praeter
sacerdotii honorem martyrio quoque Dominus glorificavit,
Novatianus in ecclesia non est nec episcopus computari
potest, qui evangelica et apostolica traditione contempta nemini
succedens a se ipso ortus est. Habere namque aut tenere
ecclesiam nullo modo potest qui ordinatus in ecclesia non est.

463 69, 12. Quaesisti etiam, fili carissime, quid mihi de illis 590
videatur, qui in infirmitate et languore gratiam Dei con-
sequuntur, an habendi sint legitimi Christiani eo quod aqua
salutari non loti sint sed perfusi. Qua in parte nemini vere-
cundia et modestia nostra praeiudicat, quo minus unusquisque
quod putat sentiat et quod senserit faciat. Nos, quantum
concipit mediocritas nostra, aestimamus in nullo mutilari et
debilitari posse beneficia divina nec minus aliquid illic posse
contingere, ubi plena et tota fide et dantis et sumentis ac-
437 cipitur quod de divinis muneribus hauritur. . . . In sacramentis
salutaribus necessitate cogente et Deo indulgentiam suam
largiente totum credentibus conferunt divina compendia; nec
quemquam movere debet quod aspergi vel perfundi videntur
aegri, cum gratiam dominicam consequuntur.

469 70 [Cyprianus, Liberalis etc. (31 episc. Africae proconsularis) Ianuario, 591
Saturnino etc. (18 episc. Numidiae), a. 255], 1. Sententiam nostram
non novam promimus, sed iam pridem ab antecessoribus
nostris statutam et a nobis observatam vobiscum pari con-
sensione coniungimus, censentes scilicet et pro certo tenentes
neminem baptizari foris extra ecclesiam posse, cum sit baptisma
unum in sancta ecclesia constitutum.

476 70, 2. Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus est, ut 592
478
481 accepto chrismate, id est unctione, esse unctus Dei et habere
in se gratiam Christi possit. Porro autem eucharistia est
unde baptizati unguntur oleum in altari sanctificatum [1]. Sancti-
ficare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit
450 nec ecclesiam. Unde nec unctio spiritalis apud haereticos

[1] Sic mss; in aliquibus edd. legitur: oleo . . . sanctificato.

589. CV 3, 2, 752; ML (ep. 76) 3, 1140.
590. CV 3, 2, 760; ML (ep. 76) 3, 1147.
591. CV 3, 2, 767; ML 3, 1037. 592. CV 3, 2, 768; ML 3, 1040.

potest esse, quando constet oleum sanctificari et eucharistiam fieri apud illos omnino non posse.

592a 71 [Quinto, a. 256], 1. Nescio qua etenim praesumptione 469
ducuntur quidam de collegis nostris, ut putent eos qui apud haereticos tincti sunt, quando ad nos venerint, baptizari non oportere, eo quod dicant unum baptisma esse. . . . Nos autem 446
dicimus eos qui inde veniunt, non rebaptizari apud nos, sed baptizari. . . . 2. Et dicunt se in hoc veterem consuetudinem sequi, quando apud veteres haereseos et schismatum prima adhuc fuerint initia, ut hi illic essent qui de ecclesia recedebant et hic baptizati prius fuerant, quos tunc ad ecclesiam revertentes et paenitentiam agentes necesse non erat baptizare. . . . 3. Non est autem de consuetudine praescribendum, sed ratione vincendum. . . . 4. Quod quidem et Agrippinus, bonae memoriae vir, cum ceteris coepiscopis suis, qui illo tempore in provincia Africa et Numidia ecclesiam Domini gubernabant, statuit et librata consilii communis examinatione firmavit. Quorum sententiam religiosam et legitimam, salutarem fidei et ecclesiae catholicae congruentem, nos etiam secuti sumus.

593 73 [Iubaiano, a. 256], 1. Scripsisti mihi, frater carissime, 469
desiderans significari tibi motum animi nostri, quid nobis videatur de haereticorum baptismo, qui foris positi et extra ecclesiam constituti vindicant sibi rem nec iuris sui nec potestatis. Quod nos nec ratum possumus nec legitimum computare, quando hoc apud eos esse constet illicitum. . . . Et nunc quoque cum in unum convenissemus tam provinciae Africae quam Numidiae episcopi numero septuaginta et unus, hoc idem denuo sententia nostra firmavimus, statuentes unum baptisma esse, quod sit in ecclesia catholica constitutum, ac per hoc non rebaptizari sed baptizari a nobis quicumque ab 446
adultera et profana aqua venientes abluendi sint et sanctificandi salutaris aquae veritate.

594 73, 7. Intellegimus non nisi in ecclesia praepositis et evan- 467
gelica lege ac dominica ordinatione fundatis licere baptizare 545
et remissam peccatorum dare, foris autem nec ligari aliquid 450
posse nec solvi, ubi non sit qui aut ligare possit aut solvere.

595 73, 9. Qui legitimum et ecclesiasticum baptisma consecuti 476
fuerant, baptizari eos [Samaritanos] ultra non oportebat, sed tantummodo quod deerat, id a Petro et Ioanne factum est, ut oratione pro iis habita et manu imposita invocaretur et infunderetur super eos Spiritus Sanctus [Act 8, 14 sqq]. Quod nunc quoque apud nos geritur, ut, qui in ecclesia baptizantur, praepositis ecclesiae offerantur et per nostram orationem ac

592a. CV 3, 2, 771; ML 4, 409. 593. CV 3, 2, 778; ML 3, 1110.
594. CV 3, 2, 783; ML 3, 1114. 595. CV 3, 2, 784; ML 3, 1115.

439 manus impositionem Spiritum Sanctum consequantur et signaculo dominico consummentur.

450 73, 12. Si baptizari quis apud haereticos potuit, utique et 596
remissam peccatorum consequi potuit; si peccatorum remissam consecutus est, sanctificatus est; si sanctificatus est, templum Dei factus est; si templum Dei factus est, quaero cuius Dei?
141 Si creatoris, non potuit qui in eum non credidit. Si Christi,
374 nec huius fieri potest templum, qui negat Deum Christum.
148 Si Spiritus Sancti, cum tres unum sint, quomodo Spiritus Sanctus placatus esse ei potest, qui aut Filii aut Patris inimicus est?

465 73, 18. Ubi post resurrectionem a Domino apostoli ad 597
gentes mittuntur, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti
466 baptizare gentiles iubentur. Quomodo ergo quidam dicunt foris extra ecclesiam, immo et contra ecclesiam, modo in nomine Iesu Christi cuiuscumque et quomodocumque gentilem baptizatum remissionem peccatorum consequi posse, quando ipse Christus gentes baptizari iubeat in plena et adunata Trinitate?

472 73, 22. Quidam, quasi evacuare possint humana argumen- 598
tatione praedicationis evangelicae veritatem, catechumenos nobis opponunt, si quis ex his, antequam in ecclesia baptizetur, in confessione nominis apprehensus fuerit et occisus, an spem salutis et praemium confessionis amittat, eo quod ex aqua prius non sit renatus. Sciant igitur eiusmodi homines, suffragatores et fautores haereticorum, catechumenos illos primo integram fidem et ecclesiae veritatem tenere, et ad debellandum diabolum de divinis castris cum plena et sincera Dei Patris et Christi et Spiritus Sancti cognitione procedere, deinde nec privari baptismi sacramento, utpote qui baptizentur gloriosissimo et maximo sanguinis baptismo, de quo et Dominus dicebat habere se aliud baptisma baptizari [Lc 12, 50]. Sanguine autem suo baptizatos et passione sanctificatos consummari et divinae pollicitationis gratiam consequi declarat in evangelio idem Dominus, quando ad latronem in ipsa passione credentem et confitentem loquitur et quod secum futurus sit in paradiso pollicetur.

329 76 [Nemesiano, Felici, etc., in metallo constitutis, a. 257], 4. Quis 599
non pretiosam in conspectu Dei mortem fortiter et constanter excipiat, placiturus eius oculis, qui nos in congressione nominis sui desuper spectans, volentes comprobat, adiuvat dimicantes,
366 vincentes coronat, retributione bonitatis ac pietatis paternae remunerans in nobis quidquid ipse praestitit, et honorans quod ipse perfecit?

596. CV 3, 2, 786; ML 3, 1117. 597. CV 3, 2, 791; ML 3, 1120.
598. CV 3, 2, 795; ML 3, 1124. 599. CV 3, 2, 831; ML (ep. 77) 4, 418.

Sententiae episcoporum LXXXVII in Concilio Carthaginensi, a. 256.

600 87. *Cyprianus a Carthagine dixit:* Meam sententiam ple- 469
nissime exprimit epistula quae ad Iubaianum collegam nostrum scripta est, haereticos secundum evangelicam et apostolicam contestationem adversarios Christi et antichristos appellatos, quando ad ecclesiam venerint, unico ecclesiae baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici, de antichristis christiani.

(?) De rebaptismate, 256.

601 10. Cum salus nostra in baptismate spiritus, quod plerum- 467
que cum baptismate aquae coniunctum est, sit constituta, siquidem per nos baptisma tradetur, integre et sollemniter et per omnia quae scripta sunt assignetur atque sine ulla ullius rei separatione tradatur; aut si a minore clero per necessitatem 559
traditum fuerit, eventum exspectemus, ut aut suppleatur a nobis aut [a] Domino supplendum reservetur.

601 S. Stephani I Papae fragm. epist. ad Cyprianum. De baptismo haereticorum, apud Cypr., ep. 74 et 75, v. DB 46 sq.*

FIRMILIANUS, † 269.

Epistula ad Cyprianum, a. 256.

602 Apud *Cypr.*, Ep. 75, 16. Qualis vero error sit et quanta 450
caecitas eius, qui remissionem peccatorum dicit apud synagogas haereticorum dari posse nec permanet in fundamento unius ecclesiae, quae semel a Christo super petram solidata est, hinc intellegi potest, quod soli Petro Christus dixerit: *Quaecumque ligaveris* etc. [Mt 16, 19]. . . . Potestas ergo peccatorum 521
remittendorum apostolis data est, et ecclesiis quas illi a Christo [60]
missi constituerunt, et episcopis qui iis ordinatione vicaria successerunt.

602 Alia fragm. eiusdem epist. De baptismo haereticorum, v. DB 47, not., et K 308 sq.*

NOVATIANUS, † ca 257.

De Trinitate, ante 251.

603 2. Quidquid omnino de illo [Deo] rettuleris, rem aliquam 108
ipsius magis et virtutem quam ipsum explicaveris. Quid enim 110

600. CV 3, 1, 461; ML 3, 1074. Rursus edidit critice *H. von Soden* in Nachrichten von der Königl. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen, Philol.-histor. Kl., 1909, p. 247 sqq.

601. CV 3, 3, 82; ML 3, 1195. 602. CV 3, 2, 820; ML 3, 1168.

603. Fa (= Fausset) 8; ML 3, 890.

de eo condigne aut dicas aut sentias, qui omnibus et sermonibus et sensibus maior est? Nisi quod uno modo (et hoc ipsum quomodo possumus, quomodo capimus, quomodo intellegere licet?) quid sit Deus mente capiemus, si cogitaverimus id illum esse, quod, quale et quantum sit non possit intellegi, nec in ipsam quidem cogitationem possit venire.

376 10. Neque eum haereticorum agnoscimus Christum, qui in 604
imagine (ut dicitur) fuit et non in veritate; nihil enim verum eorum quae gessit fecerit, si ipse phantasma et non veritas fuit; neque eum qui nihil in se nostri corporis gessit, dum
379 ex Maria nihil accepit, ne non nobis venerit, dum non in nostra substantia visus apparuit. Neque illum, qui aetheream sive sideream, ut alii voluerunt haeretici, induit carnem, nullam in illo nostro intellegamus salutem, si non etiam nostri corporis cognoscamus soliditatem.

383 11. Verum ne ex hoc, quod Dominum nostrum Iesum 605
Christum Dei creatoris Filium in substantia veri corporis exhibitum asserimus, aliis haereticis hoc in loco hominem tantum et solum defendentibus atque ideo hominem illum nudum et solitarium probare cupientibus aut manus dedisse aut loquendi materiam commodasse videamur; non sic de substantia corporis ipsius exprimimus, ut solum et tantum hominem illum esse dicamus, sed ut, divinitate Sermonis in ipsa concretione permixta, etiam Deum illum secundum scripturas esse teneamus.

384 24. Filius Dei descendit, qui, dum filium hominis in se 606
suscepit, consequenter illum Filium Dei fecit, quoniam illum Filius sibi Dei sociavit et iunxit, ut, dum filius hominis adhaeret in nativitate Filio Dei, ipsa permixtione faeneratum et mutuatum teneret quod ex natura propria possidere non posset. Ac sic facta est angeli voce, quod nolunt haeretici, inter Filium Dei hominisque, cum sua tamen sociatione, distinctio, urgendo illos uti Christum, hominis filium hominem, intellegant quoque Dei Filium, et hominem Dei Filium, id est Dei Verbum (sicut scriptum est), Deum accipiant; atque ideo Christum Iesum Dominum (ut ita dixerim) ex utroque contextum atque concretum et in eadem utriusque substantiae concordia mutui ad invicem foederis confibulatione sociatum, hominem et Deum, scripturae hoc ipsum dicentis veritate, cognoscant.

147 29. Hic est [Spiritus Sanctus] qui operatur ex aquis secundam 607
356 357 nativitatem, semen quoddam divini generis, et consecrator
360 caelestis nativitatis, pignus promissae hereditatis [Eph 1, 14] et quasi chirographum quoddam aeternae salutis; qui nos Dei faciat templum [1 Cor 3, 17] et nos eius efficiat domum; qui

604. Fa 33; ML 3, 902. 605. Fa 35; ML 3, 903.
606. Fa 90; ML 3, 934. 607. Fa 109; ML 3, 944.

interpellat divinas aures pro nobis gemitibus ineloquacibus [Rom 8, 26], advocationis implens officia et defensionis exhibens munera; inhabitator corporibus nostris datus et sanctitatis effector.

608 31. Est ergo Deus Pater omnium institutor et creator, solus 188
originem nesciens, invisibilis, immensus, immortalis, aeternus, 151 100
unus Deus; cuius neque magnitudini neque maiestati neque 102
virtuti quidquam non dixerim praeferri, sed nec comparari 103
potest. Ex quo, quando ipse voluit, Sermo Filius natus est. . . . 153 154
Hic ergo, cum sit genitus a Patre, semper est in Patre. 157
Semper autem sic dico, ut non innatum sed natum probem. Sed qui ante omne tempus est, semper in Patre fuisse dicendus est; nec enim tempus illi assignari potest, qui ante tempus est. Semper enim in Patre, ne Pater non semper sit Pater. Quia et Pater illum etiam praecedit, quod necesse est prior 160
sit, qua Pater sit; quoniam antecedat necesse est eum qui habet originem, ille qui originem nescit. . . . Hic ergo, quando Pater voluit, processit ex Patre; et qui in Patre fuit, quia ex Patre fuit, cum Patre postmodum fuit, quia ex Patre processit, substantia scilicet illa divina cuius nomen est Verbum, per quod facta sunt omnia et sine quo factum est nihil. Omnia 181
enim post ipsum sunt, quia per ipsum sunt, et merito ipse est ante omnia, sed post Patrem, quando per illum facta sunt omnia. Qui processit ex eo, ex cuius voluntate facta sunt omnia, Deus utique procedens ex Deo, secundam personam efficiens post Patrem, qua Filius, sed non eripiens illud Patri, quod unus est Deus. Si enim natus non fuisset, innatus comparatus cum eo qui esset innatus, aequatione in utroque ostensa, duos faceret innatos et ideo duos faceret deos. Si non genitus esset, collatus cum eo qui genitus non esset, et aequales inventi, duos deos merito reddidissent non geniti; atque ideo duos Christus reddidisset deos.

608* *S. Dionysii Romani fragm. ex epist. contra Sabellianos, ca 260. De Trinitate et Incarnatione, apud Athan., De decr. nic. syn. 26, cf. DB 48 sqq.*

S. DIONYSIUS ALEXANDRINUS, fin. sacc. II—264/5.

Fragmenta.

609 *Elenchus et Apologia,* lib. 1. Fragm. apud *Athan.,* De sent. 157
Dion. 15. Οὐ γὰρ ἦν ὅτε ὁ Θεὸς οὐκ ἦν Πατήρ. . . . Ἀπαύγασμα δὲ ὢν [ὁ Υἱός] φωτὸς ἀΐδίου, πάντως καὶ αὐτὸς ἀΐδιός

609 Numquam fuit quando Deus non erat Pater. . . . Cum [Filius] 157
sit splendor lucis aeternae, et ipse omnino aeternus est. Luce

608. Fa 115; ML 3, 949.
609. MG 25, 501; ML 5, 118; Fe (= Feltoe) 186.

ἐστιν· ὄντος γὰρ ἀεὶ τοῦ φωτός, δῆλον ὡς ἔστιν ἀεὶ τὸ ἀπαύγασμα· τούτῳ γὰρ καὶ ὅτι φῶς ἐστι τῷ καταυγάζειν νοεῖται, καὶ φῶς οὐ δύναται μὴ φωτίζον εἶναι. . . . Ὄντος οὖν αἰωνίου τοῦ Πατρός, αἰώνιος ὁ Υἱός ἐστι, φῶς ἐκ φωτὸς ὤν· ὄντος γὰρ γονέως, ἔστι καὶ τέκνον· εἰ δὲ μὴ τέκνον εἴη, πῶς καὶ τίνος εἶναι δύναται γονεύς; Ἀλλ' εἰσὶν ἄμφω, καὶ εἰσὶν ἀεί.

163 *Id.* Fragm. apud *Athan.*, De sent. Dion. 23. Ἀπόρροια 610
γὰρ νοῦ λόγος· καὶ ὡς ἐπ' ἀνθρώπων εἰπεῖν, ἀπὸ καρδίας διὰ στόματος ἐξοχετεύεται, ἕτερος γενόμενος τοῦ ἐν καρδίᾳ λόγου, ὁ διὰ γλώσσης νοῦς προπηδῶν. Ὁ μὲν γὰρ ἔμεινε προπέμψας, καὶ ἔστιν οἷος ἦν· ὁ δὲ ἐξέπτη προπεμφθεὶς καὶ φέρεται πανταχοῦ· καὶ οὕτως ἐστὶν ἑκάτερος ἐν ἑκατέρῳ, ἕτερος ὢν θατέρου. καὶ ἕν εἰσιν, ὄντες δύο. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἕν, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἐλέχθησαν εἶναι.

Fragm. ex epist. ad Philemonem Romanum. De baptismo haereticorum, 610 apud Eus., H. E. 7, 7, v. K 313 sqq.*

S. GREGORIUS THAUMATURGUS, ca 213—270/5.

Expositio fidei, 260/70.

141 Εἷς Θεός, Πατὴρ Λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης, καὶ 611
162 157 δυνάμεως, καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου. Τέλειος τελείου γεννήτωρ, Πατὴρ Υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς Κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, Λόγος ἐνεργός, σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτική, καὶ δύναμις τῆς

---

enim semper exsistente, manifestum est et splendorem semper exsistere; eo enim ipso lucem esse intellegitur quod splendeat; ac fieri nequit ut lux non luceat. . . . Cum igitur aeternus sit Pater, aeternus est et Filius, lumen de lumine. Nam si genitor est, est et filius; quodsi filius non est, qua ratione et cuius potest esse genitor? Atqui ambo sunt, et semper sunt.

163 Verbum quippe est mentis emanatio et (ut humano more lo- 610
quamur) ex corde per os emittitur. Mens vero, quae per linguam prosilit, diversa est a verbo quod in corde exsistit; istud enim, postquam illud praemiserit, remanet et est quale antea erat; illud vero praemissum evolat et circumquaque fertur, et sic est utrumque in altero, tametsi diversum est ab altero, et unum sunt, licet duo sint. Sic namque Pater et Filius unum sunt, et in se invicem illos esse comprobatum est.

141 Unus Deus, Pater Verbi viventis, sapientiae subsistentis et 611
162 157 virtutis et figurae aeternae; perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, figura et imago deitatis, Verbum activum, sapientia omnium substantiam comprehendens, et virtus totius creaturae effectrix. Filius verus

---

610. MG 25, 513; ML 5, 122; Fe 191.
611. MG 10, 984; H (= Hahn) 253.

ὅλης κτίσεως ποιητική. Υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ Πατρός, ἀόρατος ἀοράτου, καὶ ἀφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἄϊδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν Πνεῦμα Ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν 170
ἔχον, καὶ διὰ Υἱοῦ πεφηνὸς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις· εἰκὼν 169
τοῦ Υἱοῦ, τελείου τελεία, ζωὴ ζώντων αἰτία, πηγὴ ἁγία, ἁγιότης 175
ἁγιασμοῦ χορηγός· ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ Πατήρ, ὁ ἐπὶ 182
πάντων καὶ ἐν πᾶσι, καὶ Θεὸς ὁ Υἱός, ὁ διὰ πάντων. Τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε οὖν κτιστόν τι, ἢ δοῦλον ἐν τῇ Τριάδι, 148
122 μένων (οὐ γὰρ ἐφάπτεται τοῦ προεγνωσμένου ἁμαρτησομένου ὁ Θεός, ὅταν ἁμαρτάνῃ), ἀλλὰ παραδοξότερον μέν, ἀληθὲς δὲ ἐροῦμεν, τὸ ἐσόμενον αἴτιον τοῦ τοιάνδε εἶναι τὴν περὶ αὐτοῦ πρόγνωσιν. Οὐ γὰρ ἐπεὶ ἔγνωσται γίνεται, ἀλλ' ἐπεὶ γίνεσθαι ἔμελλεν ἔγνωσται. Διαστολῆς δὲ δεῖται. Εἰ μὲν γὰρ τὸ ‚πάντως ἔσται' οὕτω τις ἑρμηνεύει ὡς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι τὸ προεγνωσμένον, οὐ διδόαμεν αὐτῷ. Οὐ γὰρ ἐροῦμεν, ἐπεὶ προέγνωσται Ἰούδαν προδότην γενέσθαι, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη ἦν Ἰούδαν προδότην γενέσθαι.

---

videor, si, cum hoc evangelicae demonstrationis opus aggrediar, ad totius materiae praeparationem pauca de rebus iis ante deiiniam, de quibus tum Graeci, tum circumcisi, aut si qui praeterea diligentius res nostras scrutari velint, iustam nobis quaestionem movere posse videantur.

86 2, 6. Natura et cogitationibus per se doctis, magisque a Deo 662
doctis, pulchrum quid et utile exsistere, quod indicat Dei nomen et substantiam; omnes enim homines communibus rationibus prae-
91 sumpserunt, creatore universorum illud omni rationali et intellegenti animae per naturales cogitationes inserente; praesumptione tamen quae secundum naturam est non usi sunt.

119 6, 11. Si oportet dicere non praecognitionem esse causam eorum 663
122 quae eveniunt (non enim potitur praecognito peccatore Deus, quando peccat), sed, quod magis mirum est at verum, dicemus rem futuram esse causam cur talis de ipsa sit praecognitio. Non enim quia cognita fuit evenit, sed quia evenire debebat cognita fuit. Distinctione opus est. Si enim ‚omnino erit' ita aliquis interpretatur, ut necesse sit evenire rem praecognitam, non concedimus ei. Non enim dicemus, quia praecognitum fuit Iudam proditorem evenire, prorsus necesse fuisse ut Iudas proditor eveniret.

---

662. MG 21, 140; G 1, 159.
663. MG 21, 492; G 2, 109.

Demonstratio evangelica, paulo post 315/20.

664 L. 1, c. 10. Ἐπειδὴ δὲ τὸ τέλειον παρῆν, . . . πέπαυτο τὰ 416
πρῶτα καὶ λέλυτο παραχρῆμα διὰ τῆς τοῦ κρείττονος καὶ
ἀληθοῦς ἱερουργίας. Οὗτος δ' ἦν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ἄνωθεν
ἐκ παλαιῶν χρόνων ἥξειν εἰς ἀνθρώπους, καὶ προβάτου δίκην
ὑπὲρ παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους σφαγήσεσθαι προ- 419
αγορευόμενος. . . . Ὅτε τοίνυν κατὰ τὰς τῶν προφητῶν μαρ- 422
τυρίας εὕρηται τὸ μέγα καὶ τίμιον λύτρον Ἰουδαίων ὁμοῦ καὶ
Ἑλλήνων, τὸ τοῦ παντὸς κόσμου καθάρσιον, πάντων ἀνθρώπων
ἀντίψυχον, τὸ πάσης κηλίδος καὶ ἁμαρτίας καθαρὸν ἱερεῖον,
ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, τὸ θεοφιλὲς καὶ ἁγνὸν πρόβατον, τὸ προ- 373
φητευόμενον ἀρνίον, . . . οὐκ ἔθ' ὅσιον ἡγούμεθα καταπίπτειν
ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ ἀσθενῆ στοιχεῖα, σύμβολα καὶ εἰκόνας, ἀλλ'
οὐκ αὐτὴν ἀλήθειαν περιέχοντα.

665 3, 5. Ἆρ' οὖν οἵδε [οἱ μαθηταί] τὸ τέλος οὐ συνεωράκεσαν 27
τοῦ διδασκάλου, καὶ οἵῳ κέχρητο θανάτῳ; Τί δῆτα οὖν καὶ
μετὰ τὸ αἴσχιστον ἐκεῖνο τέλος αὐτοῦ ἐπέμενον, τὸν ἐν νεκροῖς
θεολογοῦντες, τὰ ἴσα παθεῖν; Καὶ τίς πώποτ' ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ
πρόδηλον ἕλοιτο τοιαύτην τιμωρίαν;

666 3, 5. Καὶ μὴν εἴπερ ψεύσματα ἦν [miracula Christi] κατὰ 16
συνθήκην αὐτοῖς [discipulis] πεπλασμένα, θαυμάζειν ἄξιον, ὅπως
τοσοῦτο πλῆθος τὴν συμφωνίαν ἐπὶ τοῖς πλάσμασι καὶ μέχρι

---

664 1, 10. Ubi vero quod perfectum erat advenit, . . . priora illa 416
desierunt et praestantiore et veriore sacrificio illico sublata sunt.
Hic autem fuit Christus Dei, is qui antiquitus, a primis temporibus
dictus est ad homines esse venturus atque pecudis instar pro toto 419
genere humano interficiendus. . . . Quando igitur secundum testi- 422
monia prophetarum inventum est magnum magnique aestimandum
pro redimendis et Iudaeis pariter et Graecis, pretium, illud videlicet
pro toto mundo piaculum, illud pro cunctorum hominum animis
piaculum, illa pro omni macula et peccato hostia purissima, ille
utique agnus Dei, illa Deo accepta et mundissima ovis, ille agnus 373
de quo prophetae tam multa dixerunt, . . . non amplius fas esse
putamus in prima illa et infirma elementa recidere, quae signa
et imagines sed non ipsam veritatem complectuntur.

665 3, 5. Ergo illi [apostoli] praeceptoris sui exitum non viderunt, 27
et quali morte fuerit affectus? Cur igitur, post illam turpissimam
illius necem, de eo qui mortuus esset theologiam proferentes,
exspectabant ut eadem paterentur? Sed quis umquam pro ulla
doctrina eiusmodi supplicium manifestum eligeret?

666 3, 5. Quodsi mendacia haec erant [miracula Christi], quae illi 16
[discipuli] ex composito finxissent, operae pretium erit admirari,
quonam pacto tantus numerus consensum illum inter se in rebus
fictis vel usque ad mortem servaverit, neque ullus umquam earum

---

664. MG 22, 85; G 1, 99. 665. MG 22, 201; G 1, 248.
666. MG 22, 209; G 1, 259.

θανάτου διεφύλαξεν, οὐδείς τε αὐτῶν πώποτε τὰ συμβάντα
τοῖς προανηρημένοις τρέσας, ἐξέστη τῆς ἑταιρίας, οὐδ' ἀντε-
κήρυξε τοῖς ἄλλοις, εἰς φῶς ἀγαγὼν τὰ συντεθειμένα.

198 4, 1. [Εβούλετο] γὰρ ὁ Θεός, ἅτε μόνος ὡς ἀγαθὸς ἀγαθοῦ 667
τε παντὸς ἀρχὴ καὶ πηγή, τῶν αὐτοῦ θησαυρῶν πλείους ἀπο-
φῦναι κοινωνούς· ἄρτι τε [ἔμελλε] τὴν λογικὴν πᾶσαν προβάλ-
200 λεσθαι κτίσιν, ἀσωμάτους τινὰς νοερὰς καὶ θείας δυνάμεις,
ἀγγέλους τε καὶ ἀρχαγγέλους, ἄϋλά τε καὶ πάντη καθαρὰ πνεύ-
221 ματα, προσέτι δὲ ψυχὰς ἀνθρώπων ἄφετον καὶ ἐλεύθερον τῆς
αὐθεκουσίου περὶ τὸ καλὸν ἢ τοὐναντίον αἱρέσεως τὴν φύσιν
ἐπαγομένας.

150 4, 3. Τά γε μὴν τῆς προκειμένης ἡμῖν θεολογίας ἐπέκεινα 668
παντὸς ὄντα παραδείγματος οὐδὲν μὲν οἷον τὰ ἐκ σωμάτων
153 ἐπάγεται, ὀξυτάτη δὲ διανοίᾳ φαντάζεται Υἱὸν γεννητόν, οὐ
157 χρόνοις μέν τισιν οὐκ ὄντα, ὕστερον δέ ποτε γεγονότα, ἀλλὰ
πρὸ χρόνων αἰωνίων ὄντα, καὶ προόντα, καὶ τῷ Πατρὶ ὡς Υἱὸν
διὰ παντὸς συνόντα, καὶ οὐκ ἀγέννητον ὄντα, γεννώμενον δ' ἐξ
ἀγεννήτου Πατρός, μονογενῆ ὄντα, Λόγον καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ·
οὐ κατὰ διάστασιν ἢ τομὴν ἢ διαίρεσιν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς
οὐσίας προβεβλημένον, ἀρρήτως δὲ καὶ ἀνεπιλογίστως ἡμῖν,
ἐξ αἰῶνος, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων αἰώνων, ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς
ἀνεκφράστου καὶ ἀπερινοήτου βουλῆς τε καὶ δυνάμεως οὐσιού-
μενον διδάσκοντα.

---

rerum formidine, quae illis qui prius sublati erant accidissent, a societate desciverit neque reliquis contradixerit, prodens ea quae inter ipsos composuissent.

198 4, 1. [Voluit] enim Deus, utpote solus bonus bonique omnis 667
principium et fons, suorum thesaurorum plures enasci participes,
200 et iam omnem rationalem creaturam [erat] producturus, incorporeas
aliquas intellegentes et divinas potestates, angelos et archangelos,
221 immateriales et omnino puros spiritus, et praeterea animas hominum, quae solutam et liberam voluntariae circa bonum vel contrarium electionis naturam acciperent.

150 4, 3. Proposita nobis theologia, quae est ultra omnem com- 668
parationem, nihil corporalibus simile offert, sed acutissimae cogita-
153 tioni praesentat Filium genitum, qui non in temporibus ullis defuit,
157 ut aliquando postea fieret, sed ante tempora aeterna fuit et praecessit et Patri tamquam Filius semper adfuit, et non ingenitus, sed genitus ex ingenito Patre, unigenitus, Verbum et Deus ex Deo; illumque non per divisionem aut sectionem aut separationem ex Patris substantia productum, sed supra omnem sermonem et cogitationem, ex aevo, magisque ante omnia aeva, ex Patris ineffabili et incomprehensibili voluntate et potentia nascentem nos docet.

667. MG 22, 252; G 1, 312.
668. MG 22, 257; G 1, 320.

669 4, 12. Οὐ μίαν αἰτίαν [mortis Christi], ἀλλὰ καὶ πλείους εὕροι 413
ἄν τις ἐθελήσας ζητεῖν. Πρώτην μὲν γὰρ ὁ Λόγος διδάσκει,
ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ· δευτέραν δέ, ὅπως τὰς
ἡμετέρας ἀπομάξοιτο ἁμαρτίας, ὑπὲρ ἡμῶν τρωθείς, καὶ γενό- 416
μενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· τρίτην, ὡς ἂν ἱερεῖον Θεοῦ καὶ 422
μεγάλη θυσία ὑπὲρ τοῦ σύμπαντος κόσμου προσαχθείη τῷ
ἐπὶ πάντων Θεῷ· τετάρτην, ὡς ἂν αὐτὸς τῆς πολυπλανοῦς
καὶ δαιμονικῆς ἐνεργείας ἀπορρήτοις λόγοις καθαίρεσιν ἀπερ-
γάσαιτο· πέμπτην ἐπὶ ταύτῃ, ὡς ἂν τοῖς αὑτοῦ γνωρίμοις καὶ 412
μαθηταῖς τῆς μετὰ τὸν θάνατον παρὰ Θεῷ ζωῆς τὴν ἐλπίδα
μὴ λόγοις μηδὲ ῥήμασι καὶ φωναῖς, ἀλλὰ αὐτοῖς ἔργοις παρα-
στήσας, ὀφθαλμοῖς τε παραδοὺς τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγ-
γελίαν, εὐθαρσεῖς αὐτοὺς καὶ προθυμοτέρους ἀπεργάσαιτο, καὶ
πᾶσιν Ἕλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάροις τὴν πρὸς αὐτοῦ κατα-
βληθεῖσαν εὐσεβῆ πολιτείαν κηρύξαι.

670 4, 13. Ταῦτα δὴ οὖν ἅπαντα εἰς τὸ χρήσιμον, καὶ πᾶσιν 390
ἡμῖν ὠφέλιμον ὁ πάντα φιλάνθρωπος τοῦ Θεοῦ Λόγος ταῖς 383
πατρικαῖς βουλαῖς διηκονεῖτο, μένων πάλιν αὐτὸς ἄϋλος καὶ
ἀσώματος, οἷος καὶ προτοῦ παρὰ τῷ Πατρὶ ἦν, οὔτε μετα- 405
βαλὼν τὴν οὐσίαν, οὐδ' ἀφανισθεὶς τῆς ἑαυτοῦ αὐτὸς φύσεως,
οὐδέ γε τοῖς τῆς σαρκὸς δεσμοῖς πεδηθείς, οὐδὲ ἀποπεσὼν
τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐδὲ τὴν οἰκείαν τοῦ Λόγου παραπολέσας
δύναμιν, οὐδ' ὧδε μὲν ἔνθα ἦν αὐτῷ τὸ ἀνθρώπιον σκεῦος
τὰς διατριβὰς ποιούμενος, ἐν ἑτέροις δὲ εἶναι τοῦ παντὸς

669 4, 12. Non unam causam [mortis Christi], qui vult quaerere, in- 413
veniet, sed plures. Primam illam ipsum Verbum docet, ut tam in
mortuis quam in vivis dominaretur; alteram, ut nostras abstergeret
maculas peccatorum, qui pro nobis sacrificatus et exsecratio factus 416
sit; tertiam, ut tamquam Dei victima atque ingens sacrificium ipsi 422
supremo Deo offerretur pro universo mundo; quartam, ut sic fal-
laciosae et daemoniacae efficaciae eversionem moliretur; quintam, 412
ut suis familiaribus ac discipulis vitae, quae post mortem apud
Deum futura est, spem, non oratione neque verbis et vocibus, sed
factis repraesentans atque, quod verbis pollicitus fuerat, oculis
ipsis intuendum subiciens confidentiores eos atque alacriores prae-
staret ad eam quae ab ipso instituta fuerat vitae rationem omnibus,
Graecis simul et barbaris, nuntiandam.

670 4, 13. Haec omnia ad usum atque utilitatem omnium nostrum, 390
humanum genus omni prosequens amore, Dei Verbum paternis 383
consiliis administrabat, ipse rursus manens et materiae expers et
incorporeus, cuiusmodi etiam pridem apud Patrem erat, neque 405
mutans essentiam neque perdens quod suae ipsius naturae pro-
prium erat, neque corporis vinculis impeditus aut a sua divinitate
deiectus ac ne domesticam quidem Verbi potestatem amittens,
sed neque illic quidem degens tantum, ubi ipsi humanum vas
aderat, ut in aliis universi partibus esse prohiberetur. Etenim

669. MG 22, 284; G 1, 354. 670. MG 22, 285; G 1, 359.

κεκωλυμένος. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τῷ τότε καθ' ὃ ἐν ἀνθρώποις ἐπολιτεύετο, τὰ πάντα ἐπλήρου, καὶ τῷ Πατρὶ συνῆν, καὶ ἐν αὐτῷ γε ἦν, καὶ τῶν πάντων ἀθρόως καὶ ἐν τῷ τότε τῶν τε κατ' οὐρανὸν καὶ ἐπὶ γῆς ἐπεμέλετο, οὐδαμῶς τῆς πανταχόσε παρουσίας ὁμοίως ἡμῖν ἀποκεκλεισμένος, οὐδὲ τὰ θεῖα πράττειν συνήθως παραποδιζόμενος.

515 5, 3. Ὥσπερ ἐκεῖνος [ὁ Μελχισεδέκ], ἱερεὺς ἐθνῶν τυγχάνων, 671
οὐδαμοῦ φαίνεται θυσίαις σωματικαῖς κεχρημένος, οἴνῳ δὲ μόνῳ καὶ ἄρτῳ τὸν Ἀβραὰμ εὐλογῶν [cf. Gn 14, 18 sqq], τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον πρῶτος μὲν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν,
499 ἔπειτα οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες ἱερεῖς ἀνὰ πάντα τὰ ἔθνη τὴν πνευματικὴν ἐπιτελοῦντες κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς
493 ἱερουργίαν, οἴνῳ καὶ ἄρτῳ, τοῦ τε σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου αἵματος αἰνίττονται τὰ μυστήρια, τοῦ Μελχισεδὲκ ταῦτα πνεύματι θείῳ προτεθεωρηκότος, καὶ τῶν μελλόντων ταῖς εἰκόσι προκεχρημένου.

147 5, 13. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις προφητῶν, Ἡσαΐου, 672
φέρε εἰπεῖν, καὶ Ἱερεμίου, καὶ τῶν παραπλησίων, ἄνθρωπος μὲν ἦν τὸ ὁρώμενον, Θεὸς δὲ ὁ διὰ τοῦ φαινομένου, ὡσὰν δι' ὀργάνου θεσπίζων· καὶ τοτὲ μὲν Χριστοῦ πρόσωπον, τοτὲ δὲ Πνεύματος Ἁγίου, τοτὲ δὲ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ἦν, διὰ τοῦ προφήτου χρηματίζον· οὕτω δὴ καὶ νῦν εἰσαγομένῳ τῷ Μωσεῖ ὁ ἀνωτάτω καὶ ἐπὶ πάντων Θεὸς διὰ τοῦ φανέντος ἀγγέλου τὰ προκείμενα θεσπίζει.

---

tunc quoque, cum inter homines versabatur, nihilominus omnia complebat, interim et cum Patre idem erat, et in ipso erat, et omnium rerum pariter in eodem tempore tam caelestium quam terrestrium curam gerebat, nusquam ab illa praesentia, qua cunctis rebus adest, nostro more exclusus neque divina ne ageret more suo impeditus.

515 5, 3. Quemadmodum ille [Melchisedech], qui sacerdos gentium 671
erat, nusquam videtur sacrificiis corporalibus functus, sed vino solo et pane, dum ipsi Abraham benedicit, ita sane primus ipse
499 Salvator ac Dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt sacerdotes in omnibus gentibus, spirituale secundum ecclesiasticas
493 sanctiones sacerdotii munus obeuntes, vino ac pane et corporis illius et salutaris sanguinis mysteria repraesentant, quae sane mysteria Melchisedech tanto ante spiritu divino cognoverat et rerum futurarum imaginibus usus fuerat.

147 5, 13. Sicut apud prophetas in hominibus, Isaiam exempli gratia 672
et Ieremiam et similes, homo erat visus, Deus autem per id quod manifestabatur, tamquam per organum, eloquebatur, et modo Christi persona, modo Spiritus Sancti, modo Dei supremi erat per prophetam respondens; ita et nunc Moysi introducto Deus summus et supremus per manifestatum angelum proposita eloquitur.

---

671. MG 22, 365; G 1, 463. 672. MG 22, 389; G 1, 494.

673 10, 1. [Ὁ Χριστός] τοὺς τῶν πασχόντων μελῶν πόνους εἰς 416
ἑαυτὸν ἀναλαμβάνει, καὶ τὰς ἡμετέρας νόσους ἰδιοποιεῖται, καὶ
πάντων ἡμῶν ὑπεραλγεῖ καὶ ὑπερπονεῖ, κατὰ τοὺς τῆς φιλαν-
θρωπίας νόμους. Οὐ μόνον δὲ ταῦτα πράξας ὁ ἀμνὸς τοῦ 419
Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν κολασθεὶς καὶ τιμωρίαν ὑποσχών,
ἣν αὐτὸς μὲν οὐκ ὤφειλεν, ἀλλ' ἡμεῖς τοῦ πλήθους ἕνεκεν
τῶν πεπλημμεληκότων, ἡμῖν αἴτιος τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέ-
σεως κατέστη, ἅτε τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεξάμενος θάνατον,
μάστιγάς τε καὶ ὕβρεις, καὶ ἀτιμίας ἡμῖν ἐποφειλομένας εἰς
αὐτὸν μεταθείς, καὶ τὴν ἡμῖν προστετιμημένην κατάραν ἐφ'
ἑαυτὸν ἑλκύσας, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· καὶ τί γὰρ
ἄλλο ἢ ἀντίψυχον;

De ecclesiastica theologia, 337/8.

674 I. 2, c. 14. Δέον ἕν τι θεῖον, ἄρρητον, ἀγαθόν, ἁπλοῦν, 115
ἀσύνθετον, μονοειδὲς τὸ ἐπέκεινα τῶν ὅλων ὁμολογεῖν, αὐτό-
θεον, αὐτονοῦν, αὐτόλογον, αὐτοσοφίαν, αὐτοφῶς, αὐτοζωήν,
αὐτοκαλόν, αὐτοαγαθὸν ὄντα, καὶ τούτων ὅ τι ἂν τις κρεῖττον
ἐπινοήσειεν, μᾶλλον δ' ὑπὲρ πάντα νοῦν, καὶ πάσης ἐπέκεινα
διανοίας τε καὶ ἐνθυμήσεως, τὸν δὲ τούτου μονογενῆ Υἱόν, 153
ὡς ἂν εἰκόνα τοῦ Πατρὸς ἐξ αὐτοῦ φύντα πάντη τε καὶ κατὰ 162
πάντα ὁμοιότατον ὄντα τῷ γεγεννηκότι, καὶ αὐτὸν Θεὸν καὶ
νοῦν καὶ Λόγον καὶ σοφίαν καὶ ζωὴν καὶ φῶς εἶναι αὐτοῦ τε
τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ εἰκόνα, οὐκ αὐτὸν ὄντα τὸν Πατέρα,

673 10, 1. [Christus] patientium membrorum labores in se ipsum 416
assumpsit et nostras infirmitates suas fecit et secundum leges
amoris erga homines pro omnibus nobis et dolores et labores
sustinuit. Neque solum haec faciens Dei agnus, verum etiam pro 419
nobis tormenta passus supplicioque affectus, quo non ipse dignus
erat, sed nos ob multitudinem peccatorum, ut peccata nobis di-
mitterentur auctor exstitit, utpote qui pro nobis et mortem subierit
atque verbera et probra et contumelias quibus nos digni eramus
in se ipsum transtulerit atque exsecratio pro nobis factus exsecra-
tionem quae nobis debebatur ad se ipsum attraxerit. Quid enim
aliud ille ac pro animis nostris pretium?

674 2, 14. Necessario unum aliquid divinum, ineffabile, bonum, 115
simplex, incompositum, uniforme, quod est ultra universa, agno-
scendum est, quod est ipse Deus, ipsa mens, ipsum Verbum, ipsa
sapientia, ipsum lumen, ipsa vita, ipsum pulchrum, ipsum bonum
et quidquid his melius aliquis excogitaret, magisque supra omnem
mentem et ultra omnem disquisitionem et cogitationem; eiusque 153
unigenitus Filius, ut imago Patris ex eo natus et omnino et in 162
omnibus simillimus genitori, et qui Deus et mens et Verbum et
sapientia et vita et lumen est ipsiusque pulchri et boni imago,

673. MG 22, 724; G 1, 922.
674. CB 4 (ed. E. Klostermann, 1906), 115; MG 24, 928.

ἀλλὰ τὸν τοῦ Πατρὸς μονογενῆ Υἱόν, οὐδ' αὐτὸν ὄντα τὸν ἀγέννητον καὶ ἄναρχον, ἀλλὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα καὶ ἀρχὴν ἐπιγραφόμενον τὸν γεγεννηκότα.

S. ALEXANDER EPISC. ALEXANDRINUS, † 328.

Epistula ad Alexandrum Constantinopolitanum.

152 4. Περὶ μὲν οὖν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων 675
γεγένηται, οὔτε ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεῦσαι Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστής, γράφων οὕτως περὶ αὐτοῦ· «Ὁ μονογενὴς Υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός» [Io 1, 18]. Προνοούμενος γὰρ ὁ θεῖος δεικνύναι διδάσκαλος, ἀλλήλων ἀχώριστα πράγματα δύο, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς ὠνόμασεν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτι τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ συναριθμεῖται, «πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι» [ib. 1, 3] ὁ αὐτός φησιν Ἰωάννης.

157 7. Ἀσεβεστάτης οὖν φανείσης τῆς ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσεως, 676
ἀνάγκη τὸν Πατέρα ἀεὶ εἶναι Πατέρα· ἔστι δὲ Πατὴρ ἀεὶ παρόντος τοῦ Υἱοῦ, δι' ὃν χρηματίζει Πατήρ. Ἀεὶ δὲ παρόντος αὐτῷ τοῦ Υἱοῦ, ἀεί ἐστιν ὁ Πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπὴς τυγχάνων ἐν τῷ καλῷ· οὐ χρονικῶς, οὐδὲ ἐκ διαστήματος, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων γεννήσας τὸν μονογενῆ Υἱόν.

158 9. «Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν» [Io 10, 30]. Ὅπερ φησὶν 677
ὁ Κύριος, οὐ Πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων· ἀλλ' ὅτι τὴν πατρικὴν ἐμφέρειαν ἀκριβῶς πέφυκε σῴζειν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρός, τὴν

---

non ipse Pater, sed Patris unigenitus Filius, nec ipse ingenitus et imprincipiatus, sed ex illo natus et principium sibi adscribens genitorem.

152 4. Verum quod Filius Dei neque ex nihilo factus sit, neque 675
tempus fuerit quo non erat, abunde docet Ioannes evangelista, ita scribens de illo: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.* Statuens enim divinus magister ostendere duo esse alterum ab altero inseparabilia, Patrem et Filium, esse illum in sinu Patris dixit. Iam vero quod inter res ex nihilo factas Verbum Dei non computetur, *omnia per ipsum facta sunt,* ipse ait Ioannes.

157 7. Cum impiissima esse videatur suppositio orta ex iis quae 676
non sunt, necesse est Patrem semper esse Patrem; est autem semper Pater quando adest Filius, per quem se habet Patrem. Cum autem semper illi adsit Filius, semper est Pater perfectus, nullo bono carens; qui non in tempore, neque ex intervallo, neque ex his quae non sunt genuit unigenitum Filium.

158 9. *Ego et Pater unum sumus.* Quod dicit Dominus, non Patrem 677
se ipsum annuntians, neque duas persona naturas unam esse declarans; sed, quia paternam similitudinem exacte natus est servare

---

675. MG 18, 553. 676. MG 18, 557. 677. MG 18, 561.

κατὰ πάντα ὁμοιότητα αὐτοῦ ἐκ φύσεως ἀπομαξάμενος, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς τυγχάνων, καὶ τοῦ πρωτοτύπου ἔκτυπος χαρακτήρ.

678 11. Φασὶ γὰρ ἡμᾶς οἱ φληνάφων ἐφευρεταὶ μύθων, ἀποστρεφομένους τὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἀσεβῆ καὶ ἄγραφον κατὰ Χριστοῦ βλασφημίαν, ἀγέννητα διδάσκειν δύο. Δυοῖν θάτερον λέγοντες δεῖν εἶναι οἱ ἀπαίδευτοι, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι φρονεῖν, ἢ πάντως ἀγέννητα λέγειν δύο· ἀγνοοῦντες οἱ ἀνάσκητοι, ὡς μακρὸν ἂν εἴη μεταξὺ Πατρὸς ἀγεννήτου καὶ τῶν κτισθέντων ὑπ' αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων. Ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενής, δι' ἧς τὰ ὅλα ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν ὁ Πατὴρ τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἢ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὄντος Πατρὸς γεγέννηται. 152 153 181

679 12. Οὐκοῦν τῷ μὲν ἀγεννήτῳ Πατρὶ οἰκεῖον ἀξίωμα φυλακτέον, μηδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον λέγοντας· τῷ δὲ Υἱῷ τὴν ἁρμόζουσαν τιμὴν ἀπονεμητέον, τὴν ἄναρχον αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς γέννησιν ἀνατιθέντας, καὶ ὡς ἐφθάσαμεν, αὐτῷ σέβας ἀπονέμοντες, μόνον εὐσεβῶς καὶ εὐφήμως τὸ ‚ἦν' καὶ τὸ ‚ἀεὶ' καὶ τὸ ‚πρὸ αἰώνων' λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ· τὴν μέντοι θεότητα αὐτοῦ μὴ παραιτούμενοι, ἀλλὰ τῇ εἰκόνι καὶ τῷ χαρακτῆρι τοῦ Πατρὸς ἀπηκριβωμένην ἐμφέρειαν κατὰ πάντα ἀνατιθέντες· τὸ δὲ ἀγέννητον τῷ Πατρὶ μόνον ἰδίωμα παρεῖναι δοξάζοντες, ἅτε δὲ καὶ αὐτοῦ φάσκοντος τοῦ σωτῆρος· «Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί» [Io 14, 28]. 151 157

Filius Patris, in omnibus conformitatem illius ex natura impressam habens et immutata imago Patris exsistens, et primi exemplaris exemplatus character.

678 11. Aiunt enim isti ineptarum inventores fabularum, nos, qui aversamur hanc ex nihilo impiam et non scriptam adversus Christum blasphemiam, docere ingenita duo. Duorum dicunt imperiti alterum necessarium esse, vel ex nihilo illum esse arbitrari, vel omnino ingenita dicere duo; ignorant isti rudes quantum intersit inter Patrem ingenitum et creata ab illo ex nihilo rationalia et non rationalia. Inter utrumque media est natura unigenita, per quam universa ex nihilo fecit Pater Dei Verbi, quae ex ipso exsistente Patre genita est. 152 153 181

679 12. Igitur ingenito Patri propriam dignitatem servemus, dicentes nullam illi esse causam essendi; Filio autem convenientem honorem tribuamus, adscribentes illi generationem ex Patre absque initio; et, ut supra, illi cultum tribuentes, solum dicentes pie sancteque de illo ‚erat' et ‚semper' et ‚ante saecula', divinitatem tamen illius non reicientes, sed imagini et characteri Patris exactam in omnibus similitudinem adscribentes; Patri autem soli proprium inesse existimantes quod sit ingenitus; salvator enim ipse dicit: *Pater* meus *maior me est*. 151 157

---

678. MG 18, 564. 679. MG 18, 568.

598 12. Μετὰ τοῦτο τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οἴδαμεν· ἧς 680
376 ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, σῶμα φορέσας
429 413 ἀληθῶς καὶ οὐ δοκήσει, ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ἐπιδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανών, ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἥττων γεγενημένος· ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀναληφθεὶς ἐν οὐρανοῖς, καθήμενος ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης.

APHRAATES, fin. s. III.—med. s. IV.[1]

Demonstrationes, 337—345[2].

188 Dem. 1, n. 19. Haec est fides: ut homo credat in Deum, 681
141 omnium Dominum, qui fecit caelum et terram et mare et omnia quae in iis sunt; qui fecit hominem ad imaginem suam, et dedit Moysi legem, misitque de Spiritu suo in prophetas,
598 deinde misit in mundum Christum suum; item ut credat homo
459 in resurrectionem mortuorum, atque insuper credat in baptismi sacramentum. Haec est fides ecclesiae Dei.

394 6, 12. Christus Spiritum non accepit in mensura, verum 682
Pater dilexit eum, et tradidit in manus eius omnia, universoque thesauro suo eum praeposuit. Dixit enim Ioannes: *Non dedit Pater Filio suo Spiritum in mensura, sed dilexit eum, et omnia tradidit in manibus eius* [Io 3, 34 sq].

357 6, 14. Idcirco, carissime, de Spiritu Christi nos etiam 683
accepimus, et Christus in nobis habitat, sicuti scriptum est dixisse Spiritum hunc per os prophetae: *Habitabo in iis, et inambulabo inter illos* [Lev 26, 12]. Praeparemus igitur templa
364 nostra Spiritui Christi, neque ipsum contristemus, ne forte a
475 nobis recedat.... A baptismo enim accipimus Spiritum Christi; et eadem hora qua Spiritum invocant sacerdotes, aperit caelum

598 12. Post hoc novimus resurrectionem mortuorum, cuius primitiae 680
376 fuit Dominus noster Iesus Christus, qui carnem revera gestavit
429 413 neque sola specie, sumptam ex Maria deipara, qui in fine saeculorum, ut peccatum tolleretur, ad humanum genus advenit cruciqueque fixus et mortuus est neque tamen idcirco divinitatis suae detrimentum passus est; suscitatus ex mortuis, assumptus est in caelum sedetque ad dexteram maiestatis.

[1] Genuinum textum Patrum Syrorum, ut qui plurimis minus sit utilis, non scribimus; latinam autem translationem locorum S. Ephraem, quae in editione Assemani saepius minime fidelis est, accurate iuxta syriacum textum emendavimus.

[2] Auctore *R. Duval,* Anciennes littératures chrétiennes, t. II: La littérature syriaque, 3e éd., Paris 1907, Demonstrationes 1—10 scriptae sunt a. 337, 11—23 ab a. 344 ad 345, 23 a. 345.

680. MG 18, 568. 681. PS 1, 43. 682. PS 1, 287. 683. PS 1, 291.

et descendit, aquis incubat, eumque induunt qui baptizantur. 447
Ab omnibus enim de corpore natis Spiritus abest, donec ad 302
aquae regenerationem accedant; tunc accipiunt Spiritum
Sanctum. In priore quidem generatione nascuntur spiritu 222
animali praediti, qui in homine creatur, nec morietur umquam, 218
sicut scriptum est: *Factus est homo in animam viventem* [Gn 2, 7].
At in altera, baptismi scilicet, regeneratione Spiritum Sanctum
ex ipsa divinitate recipiunt immortalem. Cum ergo moriuntur 583
homines, spiritus animalis absconditur cum corpore, quod
sensu destituitur; Spiritus autem caelestis, quem acceperunt,
ad naturam suam, ad Christum, redit. Porro utramque rem
docet apostolus dicens: *Sepelitur corpus animaliter, et resurgit
spiritualiter* [1 Cor 15, 44]. . . . Ex homine autem, qui Spiritum
ex aqua receptum contristavit, egreditur Spiritus priusquam
ille moriatur, atque ad naturam suam, ad Christum, vadens
hominem accusat a quo contristatus est.

684 7, 1. Ex omnibus qui progeniti sunt corpusque induerunt, 398
unus dumtaxat innocens est, nempe Dominus noster Iesus
Christus, prout ipse de se testimonium perhibet. Ait enim:
Ego vici mundum [Io 16, 33]. De ipso testatur etiam propheta:
Iniquitatem non fecit, neque inventus est in ore eius dolus [Is
53, 9]. . . . Neque ex hominibus ullus alius est qui in stadium 302
descendat quin vulneretur aut feriatur; peccatum enim a tem-
pore quo Adam praeceptum transgressus est regnavit; a multis
autem percussum fuerat, multosque vulneraverat, multos etiam
occiderat, sed nemo ex his interfecit illud, donec advenit sal- 413
vator noster, qui illud sustulit suaeque affixit cruci.

685 7, 3. Non virum in proelio vulneratum sapienti medico 536
se committere piget, eo quod in pugna superatus ceciderit; 540
idemque, cum sanatus fuit, a rege non reicitur, sed exercitui
eius iterum adnumeratur et adscribitur. Ita eum, qui a Satana
percussus fuit, non debet pudere delictum suum confiteri illud-
que relinquere et paenitentiàm in remedium postulare. . . . Si
quis autem erubuerit, sanari non poterit, quoniam plagas suas
non vult patefacere medico, qui duos denarios accepit, ut
per hos omnibus qui sauciati fuerint mederetur [cf. Lc 10, 35].
4. Vos igitur, medici, qui insignis medici nostri estis discipuli,
non debetis medicinam iis denegare quibus curatione opus
est. Quicumque vobis suum vulnus detexerit, ei remedium
imponite paenitentiae; eum autem, qui infirmitatem suam mani-
festare erubuerit, ne hanc a vobis abscondat adhortamini;
cumque ipsam vobis revelaverit, nolite eam publicare, ne 541
propter illum ab inimicis et ab iis qui nos oderunt, innocentes
in culpa esse iudicentur.

684. PS 1, 314. 685. PS 1, 318.

600 8, 3. Ex his autem disce, insipiens, unumquodque seminum 686
proprium corpus induere; numquam seminas triticum, hordeum
autem metis; numquam vineam plantas quae ficus proferat;
cuncta vero secundum propriam naturam crescunt; ita etiam
corpus quod decidit in terram, idem ipsum resurget. De cor-
poris autem corruptione et dilapsione ex parabola seminis te
oportet discere hoc perinde esse ac semen tuum, quod in
terram cadens putrescit et corrumpitur, atque ex ipsa corrup-
tione crescit, germinat et fructum praebet.

598 8, 6. De hac igitur mortuorum resurrectione, carissime, pro 687
225 meis viribus te erudiam. Deus ab initio creans hominem de
189 pulvere eum finxit, et erexit eum. Si ergo hominem, cum
non exsisteret, e nihilo fecit, quanto nunc ipsi facilius est
cum terrae, seminis instar, mandatum excitare!

586 8, 20. Fides autem nostra docet homines in eum somnum 688
[animarum post mortem] semel lapsos sic consopiri, ut bonum a
malo non discernant; nec iustos promissam retributionem
neque impios debitam poenam exciperc, donec iudex adveniat
et homines a dextris vel a sinistris constituat. Scito igitur
ex his quae scripta sunt, cum iudex sederit apertique fuerint
coram eo libri et facta bona et mala recitata, eos qui benc
egerint bona a [Deo] bono accepturos; qui autem mala com-
miserint, a iusto iudice male multabuntur.

486 12, 6. Postquam abiit Iudas ab iis [discipulis, Salvator] accepit 689
panem et benedixit deditque discipulis suis et dixit iis: *Hoc
est corpus meum; accipite, comedite ex eo omnes.* Etiam super
vinum ita benedixit et dixit iis: *Hic est sanguis meus, novum
testamentum, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.
Similiter facite in meam commemorationem, quando congregabimini*
[Mt 26, 26 28]. Porro nondum comprehensus fuerat Dominus.
Hisque dictis, surrexit e loco, ubi pascha fecerat et corpus
suum in escam dederat sanguinemque in potum, et ivit cum
discipulis suis ad locum ubi comprehensus est. Qui autem
corpus suum manducavit et bibit suum sanguinem cum mortuis
reputatur. Dominus autem suismet manibus corpus suum
praebuit manducandum, et, priusquam crucifigeretur, san-
guinem suum potandum dedit.

459 12, 10. Baptizatus est Israel in medio mari hac paschatis 690
456 nocte, in die salvationis; et salvator noster etiam pedes lavit
discipulorum suorum nocte paschatis, quod est sacramentum
baptismi. Noveris etenim, carissime, salvatorem nocte illa
460 dedisse baptismum veritatis. Nam quamdiu cum discipulis
conversatus est, baptismus legis, quo sacerdotes baptizabant,
erat baptismus ille de quo dicebat Ioannes: *Paenitentiam agite*

686. PS 1, 363. 687. PS 1, 370. 688. PS 1, 398.
689. PS 1, 515. 690. PS 1, 527.

a peccatis vestris [Mt 3, 2]. At in ea nocte manifestavit iis sacramentum baptismi passionis mortis suae, sicuti dixit apostolus: *Consepulti estis cum eo per baptismum in mortem et cum eo surrexistis per virtutem Dei* [Rom 6, 3 4]. Scito igitur, amice, baptismum Ioannis nihil valuisse ad remissionem peccatorum, sed ad paenitentiam.

691 14, 11. Salvator noster, rex magnus, mundum rebellem in gratiam cum Patre suo reduxit; cum peccatores essemus, peccatum omnium nostrum ipse portavit factusque est nuntius reconciliationis inter Deum et creaturam eius; cum impii et rebelles essemus, petiit a nobis ut nosmet ei reconciliaremus, sicut apostolus ait: *Factus est legatus reconciliationis, et reconciliavit nos cum Patre suo* [2 Cor 5, 18]. Decebat quidem nos, qui peccaveramus et inique egeramus, quaerere et implorare, ut cum factore nostro in gratiam rediremus; et ipse a nobis reconciliationem postulavit. Cum enim mali destructor exsisteret, poenam ipse reddendam sibi suscepit. 413 419

692 17, 2. Pro certo tenemus Iesum, Dominum nostrum, esse Deum Filium Dei, regem filium regis, lumen de lumine, creatorem, consiliarium, ducem, viam, salvatorem, pastorem, congregatorem, portam, margaritam, et lucernam. Et ita plurimis nominibus designatur. Ceteris autem omissis, demonstremus illum esse Filium Dei, ipsumque Deum qui a Deo prodivit. 374

693 20, 12. Cum dixit Abraham diviti: *Abyssus magna est inter nos et vos; neque ex vobis ad nos venient, aut de nobis ad vos* [Lc 16, 26], ostendit post mortem et resurrectionem nullam fore paenitentiam. Neque impii resipiscent regnumque ingredientur, neque iusti peccabunt amplius ut ad cruciatum abeant. Haec est abyssus magna. 584 608

694 22, 15. Veniet vivificator, interfector mortis, eiusque imperium a iustis ut ab iniquis tollet. Mortui resurgent in clamore, et mors omnibus captivis suis destituetur et exspoliabitur. Universi filii Adam ad iudicium congregabuntur, et unusquisque perget ad locum sibi paratum. Resurrectio iustorum ad vitam procedet, resurrectio vero impiorum tradetur morti. 599 601

695 22, 17. Sed *neque impii resurgent in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum* [Ps 1, 5]. Sicut enim iusti in bonis operibus consummati ad iudicium non convenient iudicandi, ita neque impii, quorum multiplicata sunt peccata et superefluens mensura debitorum, ad iudicium procedere compellentur; verum ut surrexerint, revertentur in infernum, quemadmodum ait David: *Revertentur peccatores in infernum, et omnes gentes quae obliviscuntur Deum* [Ps 9, 18]. 586

---

691. PS 1, 598. 692. PS 1, 787. 693. PS 1, 911.
694. PS 1, 1023. 695. PS 1, 1026.

612 22, 19. Audi nunc apostolum dicentem: *Unusquisque mer-* 696
cedem accipiet secundum laborem suum [1 Cor 3, 8]. Qui parum laboraverit, prout defatigatus fuerit recipiet. Qui multum cucurrerit, pro modo cursus sui praemium tollet. . . . Et rursum apostolus ait: *Stella stellam antecellit claritate; sic et resurrectio mortuorum* [1 Cor 15, 41 42]. Noveris itaque, etiam cum ad vitam ingredientur homines, mercedem pariter fore mercede ampliorem, gloriam gloria insigniorem, et praemium amplius altero.

595 22, 22. Verum poenas etiam dicam non fore singulis 697
aequales. Qui multum peccavit, multum castigabitur; qui autem minus deliquit, parcius castigabitur. Hi vadent *ad tenebras exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium* [Mt 8, 12]. Illi in ignem, prout meruerint, labentur, nec scriptum est eorum dentes collisum iri, aut tenebras illic inveniri. Alii in alterum locum decident, *ubi vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et fient stupor universae carni* [Is 66, 24]. Aliis ianua occludetur, iudexque dicet: *Nescio vos* [Mt 15, 12]. Animadverte igitur, sicut praemia, ita et poenas non fore singulis aequales.

302 23, 3. Quia primus homo serpenti auditum praebuit, male- 698
dictionis sententiam suscepit, qua serpenti in praedam cederet; et maledictio in omnes eius posteros descendit. . . . Ad rogandam pacem reclusa est porta, et caligo de mente multorum
476 aufugit; illuxit lumen intellectus, et fructus germinarunt olivae
477 splendidae, in qua signum est sacramenti vitae, quo perficiuntur Christiani et sacerdotes et reges et prophetae; tenebras il-
552 luminat, ungit infirmos, et per arcanum suum sacramentum paenitentes reducit.

353 23, 48. Magnum est [Dei] optimi donum quod apud nos 699
342 est. Libere enim volens nos in peccatis nostris iustificari, licet nil ei prosint opera nostra bona, nos erudit, ut coram eo placeamus; et cum ipsum rogare nolumus, nobis irascitur. Iugiter nobis proclamat: *Petite et accipite, et cum quaesieritis, invenietis* [Mt 7, 7].

377 23, 51. Magnum est donum [Dei] optimi apud nos, quod 700
a rege tamquam pignus sibi simile abductum est, amantissimeque habitum, quodque ad finem usque servabit. Hic est Filius hominis, corpus de Maria, quod ex nobis ad locum vitae deductum est. Debile corpus fortissimum factum est, et splendidiore atque illustriore quam in suo lapsu amisit Adam gloria donatum.

423 23, 61. Nos vero qui cognovimus unum Deum esse, maie- 701
statem eius debemus confiteri, adorare, laudare, exaltare, glori-

---

696. PS 1, 1030. 697. PS 1, 1031. 698. PS 2, 6.
699. PS 2, 94. 700. PS 2, 99. 701. PS 2, 127.

ficare, sanctificare, celebrare per Iesum, eius Filium, salvatorem nostrum, qui sibi nos elegit atque ad se vocavit, per quem cognovimus illum, et facti sumus illius adoratores, populus et ecclesia et congregatio sancta. Gloria et honor sit Patri et 141
eius Filio eiusque Spiritui vivo et sancto, ab ore omnium qui ipsum laudant sursum et infra, in saecula saeculorum.

702 23, 63. O tu qui iuras per caput tuum et mentiris! Si tibi 465
vera sunt tria nomina illa inclita et laudanda Patris et Filii et Spiritus Sancti, super caput tuum commemorata, quando vitae tuae signum accepisti; si verum tibi est baptisma, ne per caput tuum iuraveris, et scito potestatem tibi non esse per caput tuum iurandi.

S. EPHRAEM, ca 306—373[1].

Hymni et sermones.

703 *Hymni de Epiphania,* 10, 1. Adamus peccato suo omnes 300
dolores sibi adscivit, mundus eius vestigiis insistens omnia debita. Ac veluti si suus lapsus ei placuisset, de sua restitutione 415
non cogitabat. Gloria illi qui venit eum restituere! 2. Haec 459
causa impulit purissimum Dominum, ut ipse veniret baptismum 462
cum impuris peccatoribus suscepturus. Ad gloriam eius caeli aperti sunt. Qui omnes mundat, communi omnium baptismo ablui volens descendit in aquas, easque ad nostrum baptismum sanctificavit.

704 10, 14. Bonus Dominus hisce duobus allaborat: cogere 334
non vult libertatem nostram nec ut remissi simus permittit. 329
Si enim coactione utitur, potestatem arbitrii tollit; si vero relaxatione, privat animam auxilio suo. 15. Sciens Dominus 325
quod si cogit privat nos, si auxilium retrahit perdit nos, si docet acquirit nos, non cogit nec auxilium retrahit, ut facit Malus, sed docet, erudit et acquirit, utpote Bonus.

705 *Sermo de Domino nostro,* 33. Comprehende enim humili- 383
tatem Domini nostri ab utero ad sepulcrum, et vide quomodo veluti pedissequa adhaeret parvitati magnitudo, humiliationi exaltatio. Nam ubi variis in rebus magnitudo Domini se manifestavit, divinitas eius signis praeclaris revelata est, ut notum fieret illum unum, qui ibi aderat, non unum sed duos esse. Neque enim sola exstabat natura inferior neque sola natura superna, sed duae sunt naturae, quarum una alteri immixta erat, una sublimis, altera humilis; propterea duae 390
illae naturae exprimebant affectus suos, ut per affectus duarum

[1] Vide not. 1, p. 243.

702. PS 2, 134. 703. La (= Lamy) 1, 98. 704. La 1, 102.
705. La 1, 224.

homines duas eas esse discernerent, et non reputaretur unus et simplex qui duo erat per commixtionem, sed agnosceretur duo esse propter commixtionem qui unus erat propter essentiam.

54 *Sermones in hebdomadam sanctam,* 4, 1. Simon, discipule mi, 706
ego te constitui fundamentum ecclesiae sanctae. Petram vocavi te antea, quia tu sustinebis omnia aedificia; tu es inspector eorum, qui mihi aedificabunt ecclesiam in terra; si quid reprobum aedificare velint, tu fundamentum reprimas eos; tu es caput fontis a quo hauritur doctrina mea, tu es caput discipulorum meorum; per te omnes gentes potabo; tui est suavitas illa vivifica quam largior; te elegi ut sis in mea institutione velut primogenitus et heres efficiaris thesaurorum meorum; claves regni mei dedi tibi. Ecce principem te constitui super omnes meos thesauros.

486 4, 4. Accepit Iesus Dominus noster in manibus suis merum 707
493 in initio panem et benedixit, signavit ac sanctificavit eum in nomine Patris et in nomine Spiritus, et fregit atque distribuit discipulis suis minutatim in sua bonitate propitia, panem vocavit corpus suum vivum, et se ipso atque Spiritu replevit eum; extendens autem manum dedit iis panem quem dextera sua sanctificaverat: Accipite, manducate omnes ex hoc quod sancti-
485 ficavit verbum meum. Quod nunc vobis dedi ne panem existimetis, accipite, manducate hunc panem nec conteratis
492 micas eius; quod vocavi corpus meum, hoc revera est. Una particula e micis eius milia milium sanctificare valet et suf-
488 ficit ut vitam praebeat omnibus, qui manducant eam. Accipite, manducate in fide nihil haesitantes, quia hoc est corpus meum, et qui manducat illud in fide, ignem et spiritum in illo manducat; si quis autem dubitans manducat illud, merus panis fit
508 ei, at qui cum fide manducat panem in nomine meo sanctificatum, si purus sit, purus conservatur, si peccator, condonatur. Qui autem illum despicit aut spernit vel contumelia afficit, pro certo habeat quod contumelia afficit Filium, qui eum vocavit et realiter effecit corpus suum.

485 4, 6. Postquam manducaverunt discipuli panem novum et 708
493 sanctum et fide intellexerunt se per eum manducavisse Christi corpus, continuavit Christus explicare et tradere totum sacramentum. Accepit miscuitque calicem vini; deinde eum benedixit, signavit ac sanctificavit, profitens suum sanguinem esse qui effundendus erat.... Iussit eos bibere Christus et explicavit iis sanguinem suum esse calicem quem bibebant: Hic est verus sanguis meus, qui pro vobis omnibus effunditur; accipite, bibite ex eo omnes, quia novum testamentum est in sanguine meo. Sicut vidistis me facientem, sic facietis in meam com-

706. La 1, 412. 707. La 1, 416. 708. La 1, 422.

memorationem. Quando congregabimini in nomine meo in ecclesia ubique locorum, facite quod feci in mei memoriam; manducate corpus meum, et bibite sanguinem meum, testamentum novum et vetus.

709 6, 9. Sicut per corpus honoratur Christus, sic per illud 400
opprobriis afficitur. Si corpus flagellatur, per naturam suam corporalem ipse patitur. Corpus vitam non praestat et cadaver a flagellis nihil patitur. Pati nequit divinitas; nec mori et rursus vivere potest Deus, qui sempiterna est vita et inscrutabilis. In assumpto autem corpore Christus, unicum Dei Verbum, venit ad nativitatem et incrementum, formam visibilem et nutrimentum accepit, venit per successionem generationum temporibus subiectus et numeris. In divinitate et humanitate 385
quae hypostatice unitae fuerunt, in humanitate qua usus est divinitus et humanitus, in dominatione et subiectione, in re et actione Filius Dei, qui homo factus est, unus ipse est absque divisione. Impassibilis cum sit Deus, ipse passibilis et impassibilis fuit. Non, ut dicunt hodie, corpus tantum cruci 392
affixum fuit. Sed, sicut ego credo, Deus homo crucifixus est. Qui voce magna clamavit et exspiravit, latusque lancea perforatum habuit, ipse est Deus absconditus. Voce clamavit et obscuratus est sol; unus est in divinitate et humanitate absque divisione. Humana nostra natura gratias agat enti spirituali quod corpus induit, et confiteatur illum non duos sed unum esse ex Patre et ex Maria; qui in duos eum dividit, non gaudebit cum eo in Eden, et qui Patrem cum Filio confundit, ab ecclesia secedit et separatur, quia nulla est in divinitate separatio.

710 *Sermo de magis, incantatoribus, et divinis, et de fine et con-* 609
summatione, 11. Qui bona fecerint, transibunt in locum bonis 592
repletum; remanebunt autem mali in gehenna, ut fiant cibus ignis, abripient eos fluctus ignis, ut abeat unusquisque in habitaculum suum; hunc immergent in caenum, unde num- 594
quam extrahetur; illum immittent in ignem, ut ibi in aeternum 595
maneat; alter in tenebras egredietur et ignem numquam videbit; alius in abyssum descendet et inde numquam ascendet; alius 612
vero in locum sanctum abibit, ut maneat ibi in aeternum. Sunt qui sedebunt in secundo gradu, alii in tertio, alii exaltabuntur usque ad quintum gradum, alii ad decimum, alii ad trigesimum, alii sedebunt in supernis. . . . Unusquisque enim obtinebit ab ipsa iustitia mercedem iuxta laborem suum.

711 *Hymni de B. Maria,* 18, 12. In sinu Mariae infans factus 377
est, qui ab aeterno aequalis est Patri. Communicavit nobis magnitudinem suam et acquisivit infirmitatem nostram; factus 414
est nobiscum mortalis, ut, infusa nobis eius vita, non amplius

---

709. La 1, 476. 710. La 2, 424. 711. La 2, 608.

429 moriamur. . . . 20. Haec virgo facta est mater, servata vir-
430 ginitate et sigillis non solutis, gestat in utero fetum, integris virginalibus, et facta est Dei mater atque ancilla opusque eius sapientiae. . . . 32. Maria hominem non ita concepit, ut natura ingressum infantis sensu apprehenderet; etenim usque
383 in uterum ignis erat et spiritus, in utero matris suae homo factus est remanens Deus perfectus.

445 *Hymni de oleo et oliva,* 4. Gratum enim Spiritui Sancto 712
est illud oleum, quod ei ministrat eique ut discipulus adhaeret, quo designantur sacerdotes et uncti. Spiritus Sanctus enim oleo signum suum ovibus suis imprimit. Sicut anulus in ceram sigillum suum imprimit, sic occultum Spiritus sigillum per oleum imprimitur in baptismo, illa vero in baptismo signata sunt.

594 *Sermo de fine et admonitione,* 8. Scimus omnes, dilecti, 713
iudicium tremendum futurum esse. Et non est qui recogitet corde nec qui stultitiae suae memor sit; severissimum quippe de peccatore fiet iudicium, et tormentorum eius non erit finis,
596 nec parvo instante quiescet poena a plectendo peccato eius, quia in aeternum durabit et nullo umquam tempore solvetur ei; iudicium ultionis erit et cunctis retributionem debitam reddet.

148 *Hymnus de defunctis et Trinitate,* 11. Pater genitor et Filius 714
171 genitus e sinu eius, Spiritus Sanctus procedens a Patre et
189 Filio; Pater factor, qui fecit mundum e nihilo; Filius creator,
181 195 qui universa condidit cum genitore suo. 12. Spiritus Sanctus paracletus et miserator, quo perficitur omne quod fuit et erit et est; Pater mens, Filius autem verbum, Spiritus vox, tria nomina, una voluntas, una potestas.

302 *Hymni de instauratione ecclesiae.* 4, 1. Adam, suadente 715
serpente, iustitiae debitorem se constituit, et delicti poena in
433 omnes generationes transmissa est. Angelus et puella sese ordinaverunt, locuti sunt et audierunt et debitum solverunt. . . . 3. Deus constituit mediatores angelum et puellam, ut suis verbis rem converterent et reconciliatio fieret atque inter supernos et infimos chirographum debitorum dilaceraretur.

25 *Hymni dispersi.* 15, 1. Cum Dominus in terram descendit 716
non reliquit thronum caelestem, et cum habitavit in Maria non evacuavit caelum; ipso in navi dormiente non alius increpavit ventos; cum autem aquam vertit in vinum, separatum non erat Verbum ab illo corpore, sed hisce omnibus demonstravit se Deum esse.

302 22, 8. Transgressio mandati in horto chirographum Adamo 717
scripserat, quo reum declarabatur et morti subiectum omne

---

712. La 2, 805 not.; *Assemani,* Biblioth. orient. 1, 94.
713. La 3, 148. 714. La 3, 242. 715. La 3, 974.
716. La 4, 730. 717. La 4, 772.

genus humanum; iustitia Iesu ipsum sustulit in Golgotha; 415
sanguine et aqua lateris sui laceravit chirographum generis
nostri. Benedictus qui in cruce sua suspendit debitum mortis
voracis hominique iustificationem dedit [cf. Col 2, 12—14].

Carmina nisibena.

718 3 [scriptum a. 350], 1. Est aberratio, si investigamus quid 109
sit Deus et cui similis sit. Quomodo enim possumus pingere
in nobis imaginem illius essentiae, quae similis est menti?
2. Non possumus perscrutari aspectum eius, ita ut pingatur 113
in intellectu nostro; audit sine auribus, loquitur sine ore,
operatur sine manibus, videt sine oculis. Non potest eam
comprehendere animus noster et desistit ab ea, cum talis sit;
sed ipsa in bonitate sua induit formam humanam, ut nos
collegeret sibique similes redderet. 3. Discamus quomodo 414
haec essentia sit spiritualis et apparuerit tamquam corporalis,
et iterum sit pura et apparuerit tamquam irata. Fiebant enim
haec propter nostram utilitatem, quia essentia illa nobis similis
facta est, ut nos ei similes fieremus. Revera quidem unus
tantum ei similis est, Filius, qui processit ab ea eiusque
accuratissima imago est.

719 27 [scriptum a. 370], 8. Revera quidem tu [Domine] et mater 435
tua soli estis, qui omni ex parte omnino pulchri estis; non
enim in te, Domine, labes est, nec ulla in matre tua macula.
Infantes autem mei duabus his pulchritudinibus minime si-
miles sunt.

720 35 [scriptum a. 363/73], 8. Vidi prophetas et iustos, inquit 381
Malus sociis suis; et quamquam vires eorum valde fortes erant,
tamen iis inerat odor quidam meae naturae. Figmentum enim
hominum cognatum est fermento nostro. Hic autem indutus
est corpore Adami et perturbat nos, quia non dominatur in
eum fermentum nostrum. Certe et homo est et Deus, quia
humanitas eius mixta est cum divinitate eius.

721 73 [scriptum a. 363/73], 1. Ecce, dilecti mei, sub terra sunt 586
cadavera et corpora sepultorum, et in caelo sunt iusti. Hi
enim duo loci portant deposita hominum; itaque terra et
caelum clamarent, si iusti praemio suo resurrectionis frau- 598
darentur.

Interpretationes in s. scripturam, post 363.

722 In Gen 1. Adamum ad imaginem et similitudinem Dei 228
esse creatum tripliciter intellegimus. Non enim illam crea-
turam verbum vocaret similitudinem Dei, nisi propter eius

718. Bk (= Bickell) 78. 719. Bk 122. 720. Bk 143.
721. Bk 222. 722. AS 1, 128.

libertatem eiusque in creaturas dominium. Illud quoque talem esse imaginem tripliciter intellegimus. Primum: quia, sicut potestas Dei est in omnia, ita dominium Adam in omnia positum est. Secundo: quia animam puram accepit, quae in se recipit omnia genera virtutum divinaque charismata. Tertio: quia per rationalem partem intellectus et dirigentem se applicat ad omnem locum, et in se excitat imagines omnium quae vult.

226 2. *Accepit Deus costam de Adam et fecit mulierem* [Gn 2, 22], 723
227 ut esset unum caput mundo; quod autem ex eo sumpserit ut illud impleretur: *Masculum et feminam fecit eos* [Gn 1, 27]; haec, ne quis suspicaretur alium fuisse fabricatorem mulieris
224 illumque non insufflasse spiritum in Evam. Non enim anima ex anima generatur: *Os ex ossibus meis,* non: anima ex anima mea; *et erunt ambo corpus unum* [Gn 2, 23 sq], non: anima una.

598 9. Rursus tertium Phase, quod fecerunt filii Israel post 724
reditum in terram promissionis et divisionem hereditatum suarum, figurat resurrectionem mortuorum, atque omnium rationalium universale Phase, cum hominum tum angelorum,
601 et designationem hereditatum eorum. Verum, iuxta ordines eorum, qui ad illud legale Phase veniunt, rursus distingue tres ordines qui ad illud caelestium et terrestrium festum in resurrectione confluunt, eos scilicet qui sunt supra iudicium, et eos qui iudicandi sunt, et eos qui ad iudicium non veniunt. Supra iudicium illi sunt, qui cum apostolis perfecte splendent. Iudicandi illi, qui hic opera sua in igne paenitentiae probaverunt et ad vitam pervenerunt. Illi vero qui non veniunt ad iudicium, ii sunt qui nulla omnino bona egerunt et abeunt
594 in supplicium aeternum, secundum hoc: *Non resurgent impii in iudicio* [Ps 1, 5].

483 In Ioel 2, 24. *Et replebuntur areae vestrae frumento. . . .* 725
176 *Et redundabunt pariter torcularia vino et oleo. . . .* Mystice illud perfectum est a Messia, qui dedit populo a se redempto, ecclesiae scilicet suae, frumentum et vinum et oleum mysticum: frumentum quod est mysterium corporis eius sancti, et vinum sanguinem suum propitiatorium, et rursus oleum in unguentum suave, quo signati sunt baptizati induentesque arma Spiritus Sancti.

285 *Sermones exegetici:* In Is 26, 10. Ecce vita in ossibus mar- 726
tyrum: quis dicat ea non vivere? Ecce monumenta viva, et quis de hoc dubium moveat? Arces sunt inaccessibiles, a latronibus immunes, civitates munitae, a praedatoribus tutae, turres altae et validae ei qui in illis refugium habet, immunes

723. AS 1, 129. 724. AS 1, 255.
725. AS 2, 252. 726. AS 2, 349.

ab occisoribus, ad quas mors non appropinquat. Qui invidia et perfidia consumitur, animam corrumpente veneno, ex illis accipit auxilia ut cesset venenum neque noceat.

Adversus haereses, sermones, post 363.

727 Sermo 2. Potestatem enim fecit discipulis suis ut una vice 446
tantum per aquam peccata purificarent humanae naturae; atque 521
concessit ut solverent et ligarent, ut, qui ligatus est, petat coram illo, qui omnia condonat; qui enim omnia ignoscit, cum dolore nostro nobis ignoscit. Iustum est enim illum exagitari, qui delectando peccaverit.

728 3. Duos esse deos impossibile est, cum nomen adorandum 103
ἔχοντες τὰ σώματα, οὐ πάντες δὲ ὅμοια. Ἀλλ' εἰ μέν τίς ἐστι δίκαιος, λαμβάνει σῶμα ἐπουράνιον, ἵνα δύνηται μετὰ ἀγγέλων ἀναστρέφειν ἐπαξίως. Εἰ δέ τις ἁμαρτωλός ἐστι, λαμβάνει 592
σῶμα αἰώνιον, ὑπομονητικὸν τιμωρίας ἁμαρτιῶν, ἵνα ἐν πυρὶ αἰωνίως καιόμενος μηδέποτε ἀναλωθῇ. Καὶ δικαίως ἀμφοτέροις τοῖς τάγμασιν ὁ Θεὸς παρέχει τοῦτο· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν χωρὶς σώματός τι πέπρακται. Βλασφημοῦμεν διὰ στόματος, προσευχόμεθα διὰ στόματος· πορνεύομεν διὰ σώματος, ἁγνεύομεν διὰ σώματος· ἁρπάζομεν διὰ χειρός, ἐλεημοσύνας δίδομεν διὰ χειρός, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. Ἐπειδὴ τοίνυν εἰς πάντα ὑπηρετήσατο τὸ σῶμα, καὶ ἐν τοῖς μέλλουσι συναπολαύει τῶν γενομένων.

838 18, 23. Καθολικὴ μὲν οὖν καλεῖται [ἡ ἐκκλησία], διὰ τὸ 51
κατὰ πάσης εἶναι τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ περάτων γῆς ἕως πε-

---

vitam opus habebit, neque scalis ad ascensum; fiet enim spiritale, admirabile quidpiam, et quale pro dignitate dicere non sufficimus. *Tunc iusti,* inquit, *splendebunt ut sol et luna, et sicut splendor firmamenti.* Ac praesciens Deus hominum infidelitatem exiguissimis vermibus dedit ut aestate lucidos ex corpore radios emitterent; ut ex his quae conspiciuntur, crederetur id quod exspectatur. Qui enim partem attribuit, poterit et totum praestare; quique vermem splendere lumine fecit, multo magis iustum hominem splendere efficiet. 19. Resurgemus igitur, aeterna quidem omnes, non omnes 599
vero similia habentes corpora. Verum si quis iustus est, caeleste corpus accipiet, ut possit cum angelis digne una versari; si quis 592
autem peccator est, corpus accipiet aeternum perpetiendae peccatorum poenae capax, ut in igne aeterne combustus numquam absumatur. Et merito quidem utroque in ordine id praestat Deus. Nihil enim a nobis absque corpore est gestum. Blasphemamus per os, per os precamur; scortamur per corpus, per corpus puritatem custodimus; rapimus per manum, per manum eleemosynas largimur, et cetera similiter. Quando igitur ad omnia subserviit corpus, in futuris quoque obventurae sortis est particeps.

838 18, 23. Catholica enimvero vocatur [ecclesia], eo quod per totum 51
orbem ab extremis terrae finibus ad extremos usque fines diffusa

---

838. MG 33, 1044; R 2, 324.

ράτων· καὶ διὰ τὸ διδάσκειν καθολικῶς καὶ ἀνελλειπῶς ἅπαντα τὰ εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν ὀφείλοντα δόγματα, περί τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων πραγμάτων, ἐπουρανίων τε καὶ ἐπιγείων· καὶ διὰ τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων εἰς εὐσέβειαν ὑποτάσσειν,
49 ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, λογίων τε καὶ ἰδιωτῶν· καὶ διὰ τὸ καθολικῶς ἰατρεύειν μὲν καὶ θεραπεύειν ἅπαν τὸ τῶν ἁμαρτιῶν εἶδος, τῶν διὰ ψυχῆς καὶ σώματος ἐπιτελουμένων· κεκτῆσθαι δὲ ἐν αὐτῇ πᾶσαν ἰδέαν ὀνομαζομένης ἀρετῆς, ἐν ἔργοις τε καὶ λόγοις καὶ πνευματικοῖς παντοίοις χαρίσμασιν.

51 18, 26. Κἂν ποτε ἐπιδημῇς ἐν πόλεσι, μὴ ἁπλῶς ἐξέταζε 839
ποῦ τὸ κυριακόν ἐστι, καὶ γὰρ αἱ λοιπαὶ τῶν ἀσεβῶν αἱρέσεις κυριακὰ τὰ ἑαυτῶν σπήλαια καλεῖν ἐπιχειροῦσι· μηδὲ ποῦ ἔστιν ἁπλῶς ἡ ἐκκλησία, ἀλλὰ ποῦ ἔστιν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· τοῦτο γὰρ ἰδικὸν ὄνομα τυγχάνει τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μητρὸς ἡμῶν ἁπάντων.

493 19 *(mystagogica 1)*, 7. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος 840
496 τῆς εὐχαριστίας πρὸ τῆς ἁγίας ἐπικλήσεως τῆς προσκυνητῆς
489 Τριάδος ἄρτος ἦν καὶ οἶνος λιτός, ἐπικλήσεως δὲ γενομένης ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, ὁ δὲ οἶνος αἷμα Χριστοῦ· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον τὰ τοιαῦτα βρώματα τῆς πομπῆς τοῦ Σατανᾶ, τῇ ἰδίᾳ φύσει λιτὰ ὄντα, τῇ ἐπικλήσει τῶν δαιμόνων βέβηλα γίνεται.

---

est; et quia universe et absque defectu docet omnia quae in hominum notitiam venire debent dogmata, sive de visibilibus et invisibilibus, sive de caelestibus et terrestribus rebus; tum etiam eo quod omne hominum genus recto cultui subiciat, principes et
49 privatos, doctos et imperitos; ac denique, quia generaliter quidem omne peccatorum genus, quae per animam et corpus perpetrantur, curat et sanat; eadem vero omne possidet, quovis nomine significetur, virtutis genus, in factis et verbis et spiritualibus cuiusvis speciei donis.

51 18, 26. Et si quando peregrinatus fueris in civitatibus, ne 839
simpliciter requiras ubi sit dominicum; nam et ceterae impiorum sectae atque haereses suas ipsorum speluncas dominicorum nomine honestare nituntur; neque ubi sit simpliciter ecclesia, sed ubi sit catholica ecclesia; hoc enim proprium nomen est huius sanctae et matris omnium nostrum.

493 19 *(mystagogica 1)*, 7. Quemadmodum enim panis et vinum 840
496 eucharistiae ante sanctam adorandae Trinitatis invocationem nudus
489 panis et vinum erat, invocatione autem peracta panis fit corpus Christi et vinum sanguis Christi, ita et eiusmodi esculenta ad pompam Satanae pertinentia, cum ex natura sua nuda et communia sint, invocatione daemonum profana et contaminata reddantur.

---

839. MG 33, 1048; R 2, 328.
840. MG 33, 1072; R 2, 350.

841 21 *(myst. 3)*, 1. Ὑμῖν . . . ἀναβεβηκόσιν ἀπὸ τῆς κολυμ- 463
βήθρας τῶν ἱερῶν ναμάτων, ἐδόθη χρῖσμα, τὸ ἀντίτυπον οὗ 477
ἐχρίσθη Χριστός· τοῦτο δέ ἐστι τὸ Ἅγιον Πνεῦμα.

842 21 *(myst. 3)*, 3. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἄρτος τῆς εὐχαριστίας μετὰ 496
τὴν ἐπίκλησιν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος οὐκ ἔτι ἄρτος λιτός, ἀλλὰ
σῶμα Χριστοῦ, οὕτω καὶ τὸ ἅγιον τοῦτο μύρον οὐκ ἔτι ψιλόν, 476
οὐδ' ὡς ἂν εἴποι τις κοινὸν μετ' ἐπίκλησιν, ἀλλὰ Χριστοῦ
χάρισμα καὶ Πνεύματος Ἁγίου, παρουσίᾳ τῆς αὐτοῦ θεότητος
ἐνεργητικὸν γινόμενον· ὅπερ συμβολικῶς ἐπὶ μετώπου καὶ τῶν 478
ἄλλων σου χρίεται αἰσθητηρίων· καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ μύρῳ 482
τὸ σῶμα χρίεται, τῷ δὲ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι ἡ ψυχὴ
ἁγιάζεται.

843 22 *(myst. 4)*, 1. Καὶ αὕτη τοῦ μακαρίου Παύλου ἡ διδα- 509
σκαλία [1 Cor 11, 23] ἱκανὴ καθέστηκε πληροφορῆσαι ὑμᾶς περὶ
τῶν θείων μυστηρίων, ὧν καταξιωθέντες σύσσωμοι καὶ σύν-
αιμοι τοῦ Χριστοῦ γεγόνατε. Αὐτὸς γὰρ ἀρτίως ἐβόα· «Ὅτι
ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, κτλ.» [ib ; Mt 26. 26 sqq]. Αὐτοῦ οὖν 486
ἀποφηναμένου, καὶ εἰπόντος περὶ τοῦ ἄρτου· «Τοῦτό μου ἐστὶ
τὸ σῶμα», τίς τολμήσει ἀμφιβάλλειν λοιπόν; Καὶ αὐτοῦ βε-
βαιωσαμένου καὶ εἰρηκότος· «Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα», τίς
ἐνδοιάσει ποτέ, λέγων μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ αἷμα;

844 22 *(myst. 4)*, 2. Τὸ ὕδωρ ποτὲ εἰς οἶνον μεταβέβληκεν, 489
οἰκεῖον αἵματι, ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας [Io 2, 1 sqq]· καὶ οὐκ

---

841 21 *(myst. 3)*, 1. Vobis . . . postquam ex sacrorum laticum 463
piscina ascendistis, datum est chrisma, illius antitypum quo unctus 477
est Christus, quod est nimirum Spiritus Sanctus.

842 21 *(myst. 3)*, 3. Nam sicut panis eucharistiae post invocationem 496
Sancti Spiritus non est communis panis, sed corpus Christi, ita et 476
sanctum istud unguentum non amplius nudum neque, si quis ita
appellare malit, commune unguentum est post invocationem, sed
Christi donarium et Spiritus Sancti, praesentia divinitatis eius ef-
ficiens factum, quod quidem symbolice fronti aliisque sensibus tuis 478
illinitur; ac dum unguento visibili inungitur corpus, sancto et vivi- 482
fico Spiritu anima sanctificatur.

843 22 *(myst. 4)*, 1. Vel haec sola beati Pauli institutio [1 Cor 11, 23] 509
abunde sufficiens est, ut certam vobis de divinis mysteriis fidem
faciat, quibus digni habiti, concorporei et consangues Christi facti
estis. Ille enim modo clamabat: *Quod in ea nocte qua trade-*
batur, etc. Cum igitur ipse pronuntiaverit et dixerit de pane: 486
Hoc est corpus meum, quis audebit deinceps ambigere? Et cum
ipse asseveraverit et dixerit: *Hic est sanguis meus,* quis umquam
dubitaverit, aiens non esse eius sanguinem?

844 22 *(myst. 4)*, 2. Aquam olim in vinum, quod sanguini affine 489
est, in Cana Galilaeae transmutavit; et eum parum dignum existi-

---

841. MG 33, 1089; R 2, 366.
842. MG 33, 1089; R 2, 368.
843. MG 33, 1097; R 2, 372.
844. MG 33, 1097; R 2, 374.

ἀξιόπιστός ἐστιν, οἶνον μεταβαλὼν εἰς αἷμα; Εἰς γάμον σωματικὸν κληθεὶς ταύτην ἐθαυματούργησε τὴν παραδοξοποιίαν· καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ νυμφῶνος οὐ πολλῷ μᾶλλον τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος δωρησάμενος δμολογηθήσεται;

485 22 *(myst. 4)*, 3. Ὥστε μετὰ πάσης πληροφορίας ὡς σώ- 845
502 ματος καὶ αἵματος μεταλαμβάνωμεν Χριστοῦ. Ἐν τύπῳ γὰρ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα, καὶ ἐν τύπῳ οἴνου δίδοταί σοι τὸ αἷμα, ἵνα γένῃ, μεταλαβὼν σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ,
509 σύσσωμος καὶ σύναιμος αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ καὶ χριστοφόροι γινόμεθα, τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὰ ἡμέτερα ἀναδιδομένου μέλη. Οὕτω κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον «θείας κοινωνοὶ φύσεως» [2 Petr 1, 4] γινόμεθα.

485 22 *(myst. 4)*, 6. Μὴ πρόσεχε οὖν ὡς ψιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ 846
τῷ οἴνῳ· σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν δεσποτικὴν
256 τυγχάνει ἀπόφασιν. Εἰ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησίς σοι τοῦτο ὑποβάλλει, ἀλλὰ ἡ πίστις σε βεβαιούτω. Μὴ ἀπὸ τῆς γεύσεως κρίνῃς τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ἀπὸ τῆς πίστεως πληροφοροῦ ἀνενδοιάστως σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ καταξιωθείς.

478 22 *(myst. 4)*, 7. «Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου» 847
[Ps 22, 5]. Ἐλαίῳ ἐλίπανέ σου τὴν κεφαλὴν ἐπὶ μετώπου, διὰ
445 τὴν σφραγῖδα ἣν ἔχεις τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένῃ ἐκτύπωμα σφραγῖδος, ἁγίασμα Θεοῦ.

---

mabimus cui credamus, cum vinum in sanguinem transmutavit? Ad nuptias corporales vocatus stupendum hoc miraculum effecit; et non eum multo magis filiis thalami nuptialis corpus suum et sanguinem fruenda donasse confitebimur?

485 22 *(myst. 4)*, 3. Quare cum omni persuasione tamquam corpus 845
502 et sanguinem Christi sumamus. Nam in figura panis datur tibi corpus, et in figura vini datur tibi sanguis, ut, cum sumpseris
509 corpus et sanguinem Christi, concorporeus et consanguis ipsi efficiaris. Sic enim et christiferi efficimur, distributo in membra nostra corpore eius et sanguine. Sic iuxta beatum Petrum *divinae* fimus *consortes naturae*.

485 22 *(myst. 4)*, 6. Quam ob rem ne tamquam nudis pani et vino 846
attende; sunt enim corpus et sanguis Christi, secundum Domini
256 asseverationem; nam etiamsi illud tibi suggerat sensus, fides tamen te certum et firmum efficiat. Ne iudices rem ex gustu, sed ex fide sine ulla dubitatione certus esto te corporis et sanguinis Christi dono dignatum fuisse.

478 22 *(myst. 4)*, 7. *Impinguasti in oleo caput meum*. Oleo caput 847
445 tuum impinguavit in fronte, per signaculum quod habes Dei, ut efficiaris effigies signaculi, sanctificatio Dei.

---

845. MG 33, 1100; R 2, 374. 846. MG 33, 1101; R 2, 376.
847. MG 33, 1101; R 2, 376.

848 22 *(myst. 4)*, 9. Ταῦτα μαθών, καὶ πληροφορηθεὶς ὡς ὁ 485
φαινόμενος ἄρτος οὐκ ἄρτος ἐστίν, εἰ καὶ τῇ γεύσει αἰσθητός, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος οὐκ οἶνός ἐστιν, εἰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ αἷμα Χριστοῦ, καὶ ὅτι περὶ τούτου ἔλεγε πάλαι ὁ Δαβὶδ ψάλλων· «Καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει, τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ» [Ps 103, 15], στηρίζου τὴν καρδίαν, μεταλαμβάνων αὐτοῦ ὡς πνευματικοῦ, καὶ ἱλάρυνον τὸ τῆς ψυχῆς σου πρόσωπον.

848 23 (myst. 5), 1 sqq. De ritu eucharistico, v. K 528 sqq.*

849 23 *(myst. 5)*, 6. Μετὰ ταῦτα, μνημονεύομεν οὐρανοῦ καὶ 205
γῆς καὶ θαλάσσης, ἡλίου καὶ σελήνης, ἄστρων καὶ πάσης τῆς κτίσεως λογικῆς τε καὶ ἀλόγου, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου· ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, δυνάμεων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, θρόνων, τῶν χερουβὶμ τῶν πολυπροσώπων [cf. Ez 10, 21], δυνάμει λέγοντες τὸ τοῦ Δαβίδ· «Μεγαλύνατε τὸν Κύριον σὺν ἐμοί» [Ps 33, 4]. Μνημονεύομεν καὶ τῶν σεραφίμ, ἃ ἐν Πνεύματι Ἁγίῳ ἐθεάσατο Ἡσαΐας, παρεστηκότα κύκλῳ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ» [cf. Is 6, 2].

850 23 *(myst. 5)*, 7. Εἶτα, ἁγιάσαντες ἑαυτοὺς διὰ τῶν πνευ- 496
ματικῶν τούτων ὕμνων, παρακαλοῦμεν τὸν φιλάνθρωπον Θεόν, τὸ Ἅγιον Πνεῦμα ἐξαποστεῖλαι ἐπὶ τὰ προκείμενα· ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα Χριστοῦ, τὸν δὲ οἶνον αἷμα Χριστοῦ. Πάντως γὰρ οὗ ἐὰν ἐφάψαιτο τὸ Ἅγιον Πνεῦμα, τοῦτο ἡγίασται 489
καὶ μεταβέβληται. 182

---

848 22 *(myst. 4)*, 9. Isthaec edoctus, et certissima imbutus fide 485
quod qui videtur panis panis non est, tametsi gustu sensibilis sit, sed corpus Christi, et quod videtur vinum vinum non est, etiamsi ita gustui videatur, sed sanguis Christi, quodque ea de re antiquitus in psalmis aiebat David: *Et panis cor hominis confirmat ut exhilaret faciem in oleo,* confirma cor tuum, panem illum tamquam spiritualem sumens, et animae tuae faciem exhilara.

849 23 *(myst. 5)*, 6. Post haec mentionem facimus caeli et terrae 205
et maris, solis et lunae, astrorum et omnis creaturae rationalis et irrationalis, visibilis et invisibilis; angelorum, archangelorum, virtutum, dominationum, principatuum, potestatum, thronorum, cherubim multis faciebus, quasi dicentes illud Davidis: *Magnificate Dominum mecum.* Mentionem facimus et seraphim, quae in Spiritu Sancto contemplatus est Isaias, circumstantia thronum Dei.

850 23 *(myst. 5)*, 7. Deinde, postquam nosmetipsos per has spiri- 496
tuales laudes sanctificavimus, Deum benignum exoramus ut emittat Sanctum Spiritum super proposita, ut faciat panem quidem corpus Christi, vinum vero sanguinem Christi. Omnino enim, quodcumque attigerit Spiritus Sanctus, id sanctificatum et trans- 489
mutatum est. 182

---

848. MG 33, 1104; R 2, 378. 849. MG 33, 1113; R 2, 384.
850. MG 33, 1113; R 2, 384.

512 23 *(myst. 5)*, 8. Εἶτα, μετὰ τὸ ἀπαρτισθῆναι τὴν πνευ- 851
520 ματικὴν θυσίαν, τὴν ἀναίμακτον λατρείαν, ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν ὑπὲρ κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου εὐσταθείας, ὑπὲρ βασιλέων, ὑπὲρ στρατιωτῶν καὶ συμμάχων, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις, ὑπὲρ τῶν καταπονουμένων, καὶ ἁπαξαπλῶς ὑπὲρ πάντων βοηθείας δεομένων δεόμεθα πάντες ἡμεῖς καὶ ταύτην προσφέρομεν τὴν θυσίαν.

284 23 *(myst. 5)*, 9. Εἶτα μνημονεύομεν καὶ τῶν προκεκοιμη- 852
μένων, πρῶτον πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὅπως ὁ Θεὸς ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν καὶ πρεσβείαις προσδέξηται
588 ἡμῶν τὴν δέησιν· εἶτα καὶ ὑπὲρ τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων πατέρων καὶ ἐπισκόπων καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐν ἡμῖν προκεκοιμημένων, μεγίστην ὄνησιν πιστεύοντες ἔσεσθαι ταῖς ψυχαῖς, ὑπὲρ ὧν ἡ δέησις ἀναφέρεται, τῆς ἁγίας καὶ φρικωδεστάτης προκειμένης θυσίας.

588 23 *(myst. 5)*, 10. Καὶ βούλομαι ὑμᾶς ἀπὸ ὑποδείγματος 853
πεῖσαι. Οἶδα γὰρ πολλοὺς τοῦτο λέγοντας· Τί ὠφελεῖται ψυχὴ μετὰ ἁμαρτημάτων ἀπαλλασσομένη τοῦδε τοῦ κόσμου ἢ οὐ μεθ' ἁμαρτημάτων, ἐὰν ἐπὶ τῆς προσευχῆς μνημονεύεται; Ἆρα γὰρ εἴ τις βασιλεὺς προσκεκρουκότας αὐτῷ ἐξορίστους ποιήσειεν, εἶτα οἱ τούτοις διαφέροντες, στέφανον πλέξαντες, ὑπὲρ τῶν ἐν τιμωρίαις αὐτῷ τοῦτον προσενέγκωσιν, οὐκ ἂν αὐτοῖς ἄνεσιν
520 δῴη τῶν κολάσεων; Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ τῶν

---

512 23 *(myst. 5)*, 8. Postquam vero perfectum est spirituale sacri- 851
520 ficium, incruentus cultus, super illam propitiationis hostiam obsecramus Deum pro communi ecclesiarum pace, pro recta mundi compositione, pro imperatoribus, pro militibus et sociis, pro iis qui infirmitatibus laborant, pro his qui afflictionibus premuntur, et universim pro omnibus qui opis indigent precamur nos omnes et hanc victimam offerimus.

284 23 *(myst. 5)*, 9. Postea recordamur eorum quoque qui ob- 852
dormierunt: primum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, ut Deus eorum precibus et legationibus orationem
588 nostram suscipiat; deinde et pro defunctis sanctis patribus et episcopis et omnibus generatim qui inter nos vita functi sunt, maximum hoc credentes adiumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et tremenda hic iacet victima.

588 23 *(myst. 5)*, 10. Huius rei fidem vobis ab exemplo facere 853
volo; novi enim multos ita dicere: Quid iuvat animam ex hoc mundo in peccatis seu sine peccatis decedentem, quod eius in oratione mentio fiat? An vero si rex quispiam viros a quibus offensus fuerit relegarit in exsilium, posteaque illorum propinqui, coronam plectentes, eam regi pro suis poena ab ipso afflictis obtulerint, nonne ipsis suppliciorum relaxationem gratificaturus sit?

---

851. MG 33, 1116; R 2, 384. 852. MG 33, 1116; R 2, 386.
853. MG 33, 1116; R 2, 386.

κεκοιμημένων αὐτῷ τὰς δεήσεις προσφέροντες, κἂν ἁμαρτωλοὶ
ὦσιν, οὐ στέφανον πλέκομεν, ἀλλὰ Χριστὸν ἐσφαγιασμένον 517
ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων προσφέρομεν, ἐξιλεούμενοι
ὑπὲρ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν τὸν φιλάνθρωπον Θεόν.

S. HILARIUS, ca 315—367.

In Matthaeum commentarius, 353—355.

854 C. 4, n. 22. *Dictum est autem: quicumque dimiserit uxorem* 572
suam, det illi repudium, etc. [Mt 5, 31]. Aequitatem in omnes 573
concilians, manere eam maxime in coniugiorum pace praecepit, legi addens plura, nihil demens. Nec sane profectus argui potest. Nam cum lex libertatem dandi repudii ex libelli auctoritate tribuisset, nunc marito fides evangelica non solum voluntatem pacis indixit, verum etiam reatum coactae in adulterium uxoris imposuit, si alii ex discessionis necessitate nubenda sit, nullam aliam causam desinendi a coniugio praescribens, quam quae virum prostitutae uxoris societate polleret.

855 5, 12. Igitur requies nulla gentibus, neque mortis, ut volunt, 594
compendio quies dabitur; sed corporalis et ipsis aeternitas destinabitur, ut ignis aeterni in ipsis sit aeterna materies, et 592
in universis sempiternis exerceatur ultio sempiterna. Si igitur 609
gentibus idcirco tantum indulgetur aeternitas corporalis, ut mox igni iudicii destinentur, quam profanum est sanctos de gloria aeternitatis ambigere, cum iniquis aeternitatis opus praestetur ad poenam.

856 18, 10. Veniae assiduitas [cf. Mt 18, 22] docet nullum omnino 522
penes nos irae tempus esse oportere, quando omnium omnino peccaminum veniam Deus nobis suo potius munere quam nostro merito largiatur. Neque enim fas est nos ex praescripto legis dandae veniae numero concludi, cum per evangelii gratiam sine modo nobis a Deo fuerit indulta.

De Trinitate, 356—359.

857 L. 1, n. 5. *Ego sum qui sum* [Ex 3, 14]. . . . Admiratus sum 94
plane tam absolutam de Deo significationem, quae naturae

Ad eumdem modum et nos pro defunctis, etiamsi peccatores sint, 520
preces Deo offerentes, non coronam plectimus, sed Christum macta- 517
tum pro peccatis nostris offerimus, clementem Deum cum pro illis tum pro nobis propitiare satagentes.

---

854. ML 9, 939. 855. ML 9, 949. 856. ML 9, 1022.
857. ML 10, 28.

divinae incomprehensibilem cognitionem aptissimo ad intellegentiam humanam sermone loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo quam esse intellegitur; quia id ipsum quod est neque desinentis est aliquando neque coepti; sed id, quod cum incorruptae beatitudinis potestate perpetuum est, non potuit aut poterit aliquando non esse; quia divinum omne neque abolitioni neque exordio obnoxium est. Et cum in nullo a se Dei desit aeternitas, digne hoc solum, quod esset, ad protestationem incorruptae suae aeternitatis ostendit.

2, 1. Sufficiebat credentibus Dei sermo, qui in aures nostras 858
evangelistae testimonio cum ipsa veritatis suae virtute transfusus est, cum dicit Dominus: *Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*, etc. [Mt 28, 19 20]. Quid enim in eo de sacramento salutis humanae non continetur? . . . Baptizare iussit *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*, id est, in confessione et auctoris et unigeniti et doni. Auctor unus est omnium; unus est enim Deus Pater, ex quo omnia; et unus unigenitus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia; et unus Spiritus, donum in omnibus. Omnia ergo sunt suis virtutibus ac meritis ordinata: una potestas ex qua omnia, una progenies per quam omnia, perfectae spei munus unum. Nec deesse quidquam consummationi tantae reperietur, intra quam sit, in Patre et Filio et Spiritu Sancto, infinitas in aeterno, species in imagine, usus in munere.

2, 5. Immensum est autem quod exigitur, incomprehen- 859
sibile est quod audetur, ut ultra praefinitionem Dei sermo de Deo sit. Posuit naturae nomina Patrem, Filium, Spiritum Sanctum. Extra significantiam sermonis est, extra sensus intentionem, extra intellegentiae conceptionem, quidquid ultra quaeritur, non enuntiatur, non attingitur, non tenetur. Verborum significantiam rei ipsius natura consumit, sensus contemplationem imperspicabile lumen obcaecat, intellegentiae capacitatem quidquid fine nullo continetur excedit.

2, 6. Pater est, ex quo omne quod est constitit. Ipse in 860
Christo et per Christum origo omnium. Ceterum eius esse in sese est, non aliunde quod est sumens, sed id quod est ex se atque in se obtinens. Infinitus, quia non ipse in aliquo, sed intra eum omnia; semper extra locum, quia non continetur; semper ante aevum, quia tempus ab eo est. . . . Deus autem et ubique est et totus ubicumque est. Ita regionem intellegentiae excedit, extra quem nihil est, et cui est semper ut semper sit. Haec veritas est sacramenti Dei, hoc imperspicabilis naturae nomen in Patre. Deus invisibilis, ineffabilis,

858. ML 10, 50. 859. ML 10, 54. 860. ML 10, 54.

infinitus, ad quem et eloquendum sermo sileat, et investigandum sensus hebetetur, et complectendum intellegentia coartetur. Habet tamen, ut diximus, naturae suae nomen in Patre, sed Pater tantum est. Non enim humano modo habet aliunde quod Pater est. Ipse ingenitus, aeternus, habens in se semper ut semper sit.

861 2, 7. Atque haec senserim potius de Patre quam dixerim; 108
nam me non fugit, quod ad ea quae eius sunt eloquenda 109
sermo omnis infirmus sit. Sentiendus est invisibilis, incomprehensibilis, aeternus. Ceterum ipsum quod in semetipso et 95
a semetipso sit, et ipse per se sit; quod invisibilis et incomprehensibilis et immortalis; in his quidem honoris confessio est et sensus significatio et quaedam circumscriptio opinandi, sed naturae sermo succumbit, et rem ut est verba non explicant.... Deficit ergo in nuncupatione confessio, et quidquid illud sermonum aptabitur, Deum ut est, quantusque est, non eloquetur. Perfecta scientia est, sic Deum scire, ut, licet non ignorabilem, tamen inenarrabilem scias. Credendus est, intellegendus est, adorandus est, et his officiis eloquendus.

862 3, 4. Igitur perfecti Patris perfectus Filius, et ingeniti Dei 159
unigenita progenies, qui ab eo qui habet omnia accepit omnia, Deus a Deo, spiritus a spiritu, lumen a lumine, confidenter ait: *Pater in me, et ego in Patre* [Io 10, 38], quia, ut spiritus Pater, ita et Filius spiritus; ut Deus Pater, ita et Filius Deus; ut lumen Pater, ita et Filius lumen. Ex iis ergo, quae in Patre, sunt ea in quibus est Filius, id est, ex toto Patre totus Filius natus est; non aliunde, quia nihil ante quam Filius; non ex nihilo, quia ex Deo Filius; non in parte, quia plenitudo deitatis in Filio; neque in aliquibus, quia in omnibus; sed ut voluit qui potuit, ut scit qui genuit. Quod in Patre 156
est, hoc et in Filio est; quod in ingenito, hoc et in unigenito; alter ab altero, et uterque unum; non duo unus, sed alius in alio, quia non aliud in utroque; Pater in Filio, quia ex eo Filius; Filius in Patre, quia non aliunde quod Filius; unigenitus in ingenito, quia ab ingenito unigenitus.

863 3, 11. Multi nos filii Dei, sed non talis hic Filius; hic 393
enim et verus et proprius est Filius, origine non adoptione, veritate non nuncupatione, nativitate non creatione.

864 4, 42. Habes ergo Deum in terris visum et inter homines 147
conversatum, et requiro quomodo intellegendum existimes: *Deum nemo vidit umquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris* [Io 1, 18], cum Ieremias Deum praedicet, qui et visus in terris est, et inter homines conversatus est. Pater certe non nisi soli Filio visibilis est. Quis ergo iste est qui est

861. ML 10, 56. 862. ML 10, 77. 863. ML 10, 82.
864. ML 10, 127.

visus et conversatus inter homines? Deus certe noster est, et visibilis in homine et contrectabilis Deus.

50 7, 4. Cum ecclesia a Domino instituta et ab apostolis 865
confirmata una omnium sit, ex qua se diversarum impietatum furens error absciderit; nec negari possit ex vitio malae intellegentiae fidei exstitisse dissidium, dum, quod legitur, sensui potius coaptatur, quam lectioni sensus obtemperat; tamen, dum sibi partes singulae adversantur, non solum suis, sed adversantium est intellegenda doctrinis; ut, dum adversum unam eam omnes sunt, impiissimum tamen errorem omnium per id quod sola est atque una confutet. Haeretici igitur omnes contra ecclesiam veniunt; sed, dum haeretici omnes se invicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt. Victoria enim eorum ecclesiae triumphus ex omnibus est, dum eo haeresis contra alteram pugnat, quod in haeresi altera ecclesiae fides damnat (nihil enim est, quod haereticis commune est), et inter haec fidem nostram, dum sibi adversantur, affirmant.

153 7, 14. Et primum quaero, quam nativitas Filii naturae 866
158 novitatem potuerit inferre, ne Deus sit. Intellegentiae istud humanae sensus excludit, ut aliquid a natura originis suae nascendo diversum sit. . . . Quis, rogo, furor est, nativitatem unigeniti Dei ad degenerem ex Deo referre naturam, cum nativitas non nisi ex proprietate naturae sit; et iam nativitas non erit, si proprietas naturae in nativitate non fuerit? Hinc
152 ille omnis aestus et furor est, ut in Filio Dei non nativitas sit, sed creatio; ut non naturae suae originem subsistens teneat, sed alienam a Deo de non exstantibus sumat. . . . Dei autem Filius neque ex nihilo Deus coepit esse, sed natus est; neque aliud aliquid fuit, antequam Deus est. Atque ita qui in Deum natus est, nec coepit quod Deus est nec profecit. Tenet itaque nativitas eam ex qua substitit naturam, et Filius Dei non aliud quam quod Deus est subsistit.

178 7, 31. Non habet igitur fides apostolica duos deos, quia 867
nec duos patres habeat, nec duos filios. Confitendo Patrem confessa Filium est; credens in Filium credidit et in Patrem, quia et nomen Patris habet in se Filii nomen. Non enim nisi per Filium Pater est; et significatio Filii demonstratio Patris est, quia non nisi ex Patre sit Filius. In unius itaque confessione non unus est: dum et Patrem consummat Filius, et Filii ex Patre nativitas est. . . . 32. Naturam quoque diversam deputet ad utrumque, qui nesciat Patrem et Filium quod unum sint praedicatos. Deleant haeretici evangelicam Filii de se professionem: *Ego in Patre, et Pater in me* [Io 10, 38], ut possint vel duos deos praedicare, vel solum. Non sunt naturarum significationes in naturae unius proprietate,

865. ML 10, 202. 866. ML 10, 210. 867. ML 10, 226.

nec duos deos Dei ex Deo veritas perficit, nec singularem Deum Dei patitur nativitas, nec non unum sunt qui invicem sunt. Invicem autem sunt, cum unus ex uno est.

868 7, 37. *Qui me vidit, vidit et Patrem* [Io 14, 9]. . . . Agnitus 158
in eo Deus est, si quibus tamen ipse agnitus est, ex virtute naturae; et intellectus Deus Filius id praestat, ut intellectus et Pater sit; dum ita imago est, ut non differat genere, sed significet auctorem. . . . Viventis vivens imago est, et ex eo 162
natus non habet naturae diversitatem, et in nullo diversus tenet naturae eius ex qua non diversus est potestatem. Quod ergo imago est, eo proficit, ut Patrem Deum unigeniti Dei significet nativitas, significet autem ut forma ipse et imago invisibilis Dei; et per hoc non amittit naturae unitam similitudinem, quia nec careat virtute naturae.

869 8, 10. Extra evangelica promissa est quisquis extra fidem 263
eorum est, et impiae intellegentiae crimen spem simplicem perdidit. Habet enim non tam veniam quam praemium ignorare quod credas, quia maximum stipendium fidei est sperare quae nescias. At vero ultimae impietatis furor est, aut intellecta non credere, aut intellegentiam corrupisse credendi.

870 8, 14. De naturali in nobis Christi veritate quae dicimus, 484
nisi ab eo didicimus, stulte atque impie dicimus. Ipse enim ait: *Caro mea vere est esca, et sanguis meus vere est potus. Qui edit carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo* [Io 6, 56 57]. De veritate carnis et sanguinis non 485
relictus est ambigendi locus. Nunc enim et ipsius Domini professione et fide nostra vere caro est et vere sanguis est. Et haec accepta atque hausta id efficiunt, ut et nos in 509
Christo et Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non est? Contingat plane his verum non esse, qui Christum Iesum verum esse Deum denegant. Est ergo in nobis ipse per carnem, et sumus in eo; dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est.

871 8, 19. *Cum venerit advocatus ille, quem ego mittam vobis* 185
a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre meo procedit, ipse testificabitur de me [Io 15, 26]. Advocatus veniet, et hunc mittet Filius a Patre, et Spiritus veritatis est, qui a Patre procedit. . . . Qui mittit, potestatem suam in eo quod mittit ostendit. . . . 20. Neque in hoc nunc calumnior libertati intellegentiae, utrum ex Patre an ex Filio Spiritum paracletum putent esse. Non enim in incerto Dominus reliquit; nam sub iisdem dictis haec ita locutus est: *Adhuc multa habeo vobis dicere*, etc. [Io 16, 12—15]. A Filio igitur accipit, qui et ab eo mittitur, et a Patre procedit. Et interrogo utrum id ipsum sit a Filio

---

868. ML 10, 230. 869. ML 10, 242. 870. ML 10, 247.
871. ML 10, 250.

accipere quod a Patre procedere. Quodsi differre credetur inter accipere a Filio et a Patre procedere, certe id ipsum atque unum esse existimabitur, a Filio accipere, quod sit accipere a Patre.

357 8, 21. Spiritales omnes sumus, si in nobis est Spiritus Dei. 872
168 Sed hic Spiritus Dei et Spiritus Christi est. Et cum Christi Spiritus in nobis sit, eius tamen Spiritus in nobis est, qui
598 Christum suscitavit a mortuis, et qui suscitavit Christum a mortuis, corpora quoque nostra mortalia vivificabit propter habitantem Spiritum eius in nobis [cf. Rom 8, 11]. Vivificamur ergo propter habitantem in nobis Spiritum Christi per eum qui Christum suscitavit a mortuis.

376 9, 3. Nescit plane vitam suam, nescit qui Christum Iesum 873
ut verum Deum ita et verum hominem ignorat. Et eiusdem periculi res est Christum Iesum vel Spiritum Deum vel carnem
423 nostri corporis denegare. . . . Mediator ipse [Christus] in se ad salutem ecclesiae constitutus, et illo ipso inter Deum et homines mediatoris sacramento utrumque unus exsistens, dum
385 ipse ex unitis in idipsum naturis naturae utriusque res eadem est; ita tamen ut neutro careret in utroque, ne forte Deus esse homo nascendo desineret, et homo rursum Deus manendo non esset. Haec itaque humanae beatitudinis fides vera est, Deum et hominem praedicare, Verbum et carnem confiteri, neque Deum nescire quod homo sit, neque carnem ignorare quod Verbum sit.

384 9, 14. Non alius atque diversus est qui se exinanivit et 874
qui formam servi accepit; accepisse enim non potest eius esse qui non sit, quia eius sit qui subsistat accipere. Ergo evacuatio formae non est abolitio naturae; quia qui se evacuat non caret sese, et qui accipit manet. Et cum idem ipse sit evacuans et accipiens, habet quidem in eo sacramentum, quod se evacuat et accipit; non tamen habet interitum, ne non exstet evacuans, et ne non sit accipiens. Itaque evacuatio eo proficit, ut proficiat forma servi, non ut Christus, qui in forma Dei erat, Christus esse non maneat; cum formam servi non nisi Christus acceperit. Qui cum se evacuaverit, ut manens Spiritus Christus idem Christus homo esset, in corpore demutatio habitus et assumptio naturae, naturam manentis divinitatis non peremit; quia unus atque idem Christus sit, et demutans habitum et assumens.

377 10, 22. Sed ut per se [Dei Filius] sibi assumpsit ex virgine 875
378
224 corpus, ita ex se sibi animam assumpsit; quae utique numquam ab homine gignentium originibus praebetur. Si enim conceptum carnis nisi ex Deo virgo non habuit, longe magis

872. ML 10, 252. 873. ML 10, 282. 874. ML 10, 293.
875. ML 10, 359.

necesse est anima corporis, nisi ex Deo, aliunde non fuerit. Et cum ipse ille filius hominis ipse sit qui et Filius Dei, quia totus hominis filius totus Dei Filius sit, quam ridicule praeter Dei Filium, qui Verbum caro factum est, alium nescio quem tamquam prophetam Verbo Dei animatum praedicabimus, cum Dominus Iesus Christus et hominis filius et Dei Filius sit?

876 10, 23. Homo Iesus Christus unigenitus Deus, per carnem et Verbum ut hominis filius ita et Dei Filius, hominem verum secundum similitudinem nostri hominis, non deficiens a se Deo, sumpsit; in quo, quamvis aut ictus incideret aut vulnus descenderet aut nodi concurrerent aut suspensio elevaret, afferrent quidem haec impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent. . . . Passus quidem est Dominus Iesus Christus, dum caeditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum moritur; sed in corpus Domini irruens passio nec non fuit passio nec tamen naturam passionis exseruit; dum et poenali ministerio desaevit, et virtus corporis sine sensu poenae vim poenae in se desaevientis excepit. . . . Caro illa, id est panis ille, de caelis est, et homo ille de Deo est. Habens ad patiendum quidem corpus, et passus est, sed naturam non habens ad dolendum. Naturae enim propriae ac suae corpus illud est, quod in caelestem gloriam conformatur in monte, quod attactu suo fugat febres, quod de sputo suo format oculos.

877 12, 25. Erat igitur [Filius], atque est, quia ab eo est, qui quod est semper est. Ab eo autem esse, id est, ex Patre esse, nativitas est. Esse autem semper ab eo qui est semper aeternitas est; aeternitas vero non ex se, sed ab aeterno. Ex aeterno autem nihil aliud quam aeternum. Quod si non aeternum, iam nec Pater qui generationis est auctor aeternus est. Quod cum illi Patrem semper esse atque huius Filium semper esse sit proprium esse, et in eo quod est significatur aeternitas; per id quoque, cui quod est proprium est, proprium est et aeternum.

878 12, 56. Ut in eo quod ante aeterna tempora Unigenitus tuus ex te natus est, cessante omni ambiguitate sermonis atque intellegentiae difficultate, solum quod natus est manet: ita quod ex te per eum Sanctus Spiritus tuus est, etsi sensu quidem non percipiam, sed tamen teneo conscientia.

De synodis, 359.

879 59. Cum non ex voluntate, ut cetera, Filius subsistere doceretur, ne secundum voluntatem tantum, non etiam se-

876. ML 10, 361. 877. ML 10, 448. 878. ML 10, 470. 879. ML 10, 520.

cundum naturam haberet essentiam, data haereticis occasio videbatur, ut necessitatem Deo Patri gignendi ex se Filii adscriberent, tamquam naturae lege cogente invitus ediderit. Sed haec passionum non est in Deo Patre condicio: cum inenarrabili et perfecta nativitate Filii nec voluntas sola genuit Filium, nec demutata aut coacta imperio naturalis legis essentia est. Nec ad gignendum quaesita substantia est, nec gignentis in genito diversa natura est, nec in tempore paterni nominis solitudo, sed ante tempora omnia Pater ex naturae suae essentia, impassibiliter volens, Filio dedit naturalis nativitatis essentiam.

151 60. Filium innascibilem confiteri impiissimum est. Iam 880
158 enim non erit Deus unus, quia Deum unum praedicari natura unius innascibilis Dei exigit. Cum ergo unus Deus sit, duo innascibiles esse non possunt; cum idcirco Deus unus sit (cum et Pater Deus sit, et Filius Dei Deus sit), quia innascibilitas sola penes unum sit. Filius autem idcirco Deus, quia ex innascibili essentia natus exsistat. Respuit ergo innascibilem Filium praedicari fides sancta, ut per unum innascibilem Deum unum Deum praedicet, ut naturam unigenitam, ex innascibili genitam essentia, in uno innascibilis Dei nomine complectatur. Caput enim omnium Filius est, sed caput Filii Deus est. Et ad unum Deum omnia hoc gradu atque hac confessione referuntur, cum ab eo sumant universa principium, cui ipse principium sit.

159 71. Non est, fratres carissimi, una Patris et Filii neganda 881
substantia, sed nec irrationabiliter praedicanda. Sit una substantia ex naturae genitae proprietate; non sit aut ex portione, aut ex unione, aut ex communione. Potest una substantia pie dici et pie taceri. Habes nativitatem, habes similitudinem. Quid verbi calumniam suspiciose tenemus, rei intellegentia non dissidentes? Credamus et dicamus esse unam substantiam; sed per naturae proprietatem, non ad significationem impiae unionis. Una sit ex similitudine, non ex solitudine.

Tractatus super Psalmos, ca 365.

74 *Prolog.* 15[1]. [Canon scripturarum: Veteris testamenti libri 882
XXII: 1—5. Moysis libri quinque, 6. Iesu Nave, 7. Iud. et Ruth, 8. Regnorum I et II, 9. Regnorum III et IV, 10. Paral. I et II, 11. sermones dierum Esdrae, 12. liber Ps., 13—15. Salomonis Prov., Eccl., Cant. cant., 16. Prophetae minores XII, 17—22. Esaias, Ier. cum Lamentatione et Epistula, Dan., Ez.,

[1] Vide not. 1, p. 177.
880. ML 10, 521. 881. ML 10, 527.
882. CV 22 (ed. A. Zingerle, 1891), 13; ML 9, 241.

Iob, Hester.] Quibusdam autem visum est, additis Tobia et Iudith, viginti quattuor libros secundum numerum graecarum litterarum conumerare.

883 In Ps. 1, n. 18 (13). Iam non, sicut in Adam, donum eius 231
et statuta perturbabuntur, quia ille constitutae immortalitatis beatitudinem peccato transgressae legis amisit, sed per redemptionem ligni vitae, id est dominica passione, cum ipsi ligno vitae similes erimus, iam quidquid in nobis fiet aeternum 610
est, aeternum autem cum beatitudinis sensu. Prosperabuntur enim omnia illa quae fient, non demutatione incerta, non in natura infirma, cum incorruptio corruptionem et aeternitas infirmitatem et forma Dei formam terrenae carnis absorbuerit.

884 2, 15. Hominem, non quod officio eius in aliquo eguerit, 193
[Deus] instituit, sed quia bonus est; participem beatitudinis suae condidit et rationale animal in usum largiendae aeternitatis suae vita sensuque perfecit; et hoc ex ipsius dictis absolute intellegitur.

885 2, 41. Confracta reparabit [Deus], non ex alia aliqua, sed 610
ex vetere atque ipsa originis suae materie speciem illis complaciti sibi decoris impertiens, ut corruptibilium corporum in incorruptionis gloriam resurrectio non interitu naturam perimat, sed qualitatis condicione demutet. Non enim aliud corpus, 609
quamvis in aliud resurget, apostolo dicente: *Seminatur in corruptela, resurget in incorruptione*, etc. [1 Cor 15, 42 sqq]. Fit ergo demutatio, sed non affertur abolitio. Et cum id quod fuit, in id quod non fuit surgit, non amisit originem, sed profecit ad honorem.

886 2, 49 (48). Non morosa haec ira est, per quam a iusta via 584
pereunt, ne quis sibi interim poenae lucro inter moras iudicii 585
blandiatur. In brevi namque exardescit ira. Excipit enim nos 586
statim ultor infernus, et decidentes de corpore, si ita vixerimus, confestim viae rectae perimus. Testes nobis sunt evangelicus dives et pauper, quorum unum angeli in sedibus beatorum et in Abrahae sinibus locaverunt, alium statim poenae regio suscepit. Adeo autem statim poena mortuum excepit, ut etiam fratres eius adhuc in supernis manerent. Nihil illic dilationis aut morae est. Iudicii enim dies vel beatitudinis retributio est aeterna, vel poenae. Tempus vero mortis habet interim unumquemque suis legibus, dum ad iudicium unumquemque aut Abraham reservat aut poena.

887 51, 23. Non confessio peccatorum nisi in huius saeculi 584
tempore est, dum voluntati suae unusquisque permissus est et 586
per vitae licentiam habet confessionis arbitrium. Decedentes

883. CV 22, 32; ML 9, 258.
884. CV 22, 47; ML 9, 269.
885. CV 22, 68; ML 9, 285.
886. CV 22, 74; ML 9, 290.
887. CV 22, 116; ML 9, 323.

namque de vita simul et iure decedimus voluntatis. Tunc enim ex merito praeteritae voluntatis lex iam constituta aut quietis aut poenae excedentium ex corpore suscipit voluntatem. Cuius temporis non iam liberam, sed necessariam voluntatem ostendit propheta, cum dicit: *Non est mihi in diebus illis voluntas* [cf. Eccle 12, 1]. Cessante enim voluntatis libertate, etiam voluntatis, si qua erit, cessabit effectus.

86 52, 2. Stultus in corde suo dicit: *Non est Deus;* quia, si vellet 888
verbis oris hoc eloqui, stultus esse, sicuti est, publici assensus iudicio argueretur. Quis enim mundum contuens Deum esse non sentiat? Sed fit frequenter ut, cum nos veri necessitas ad confessionem Dei cogat, oblectatio tamen vitiorum Deum nobis non esse persuadeat, et, quod contra fidem credimus, id tamen de consilio impii cordis eloquamur.

417 53, 12. Quod autem et in crucem actum unigenitum Dei 889
Filium et morte damnatum eum qui, nativitate quae sibi ex aeterno Patre est naturalis, aeternus sit, frequenter, immo semper, praedicamus, non ex naturae necessitate potius quam ex sacramento humanae salutis passioni fuisse subditus intel-
403 legendus est et voluisse se magis passioni subici quam coactum....
392 Passus ergo est Deus, quia se subiecit voluntarius passioni; sed
400 suscipiens naturales ingruentium in se passionum, quibus dolorem patientibus necesse est eas inferri, virtutes, ipse tamen
413 a naturae suae virtute non excidit ut doleret. 13. ... Maledictorum se ergo obtulit morti, ut maledictum legis dissolveret, hostiam se ipse Deo Patri voluntarie offerendo, ut per hostiam voluntariam maledictum, quod ob hostiae necessariae et intermissae reatum erat additum, solveretur; cuius sacrificii alio loco meminit in psalmis: *Hostiam et oblationem noluisti, perficis autem mihi corpus* [Ps 39, 7], Deo Patri, legis sacrificia respuenti, hostiam placentem suscepti corporis offerendo; cuius oblationis beatus apostolus ita meminit: *Hoc enim fecit semel se ipsum offerens hostiam Deo* [Hebr 7, 27], omnem humani generis salutem oblatione sanctae huius et perfectae hostiae redempturus.

400 68, 23. Percussus ergo et Dominus peccata nostra suscipiens 890
415 et pro nobis dolens, ut in eo usque ad infirmitatem crucis mortisque percusso sanitas nobis per resurrectionem ex mortuis
379 redderetur.... Non pepercerat [Deus] primo illi de terrae limo Adae, quem de paradiso post culpam, ne lignum vitae attingens in aeternitate poenae maneret, eiecit, ut naturam corporis eius Adam e caelis secundus assumens parique morte percussus eam rursum in vitam aeternam iam sine poenae aeternitate revocaret. Hunc igitur ita a Deo percussum per-

888. CV 22, 119; ML 9, 325. 889. CV 22, 144; ML 9, 344.
890. CV 22, 332; ML 9, 484.

secuti sunt, super dolorem vulnerum dolorem persecutionis huius addentes; *pro nobis* enim secundum prophetam *dolet* [Is 53, 4], et idcirco est esse in doloribus aestimatus.

891 118, litt. 8 (Heth), n. 7. Cum in lege sciat [David] dictum 105
quod nemo faciem Dei videat et vivat, et ex evangelica beatitudine non ambigat omnes mundo corde Deum esse visuros, perfectae modestiae temperamento cupiditatem desiderii sui elocutus est dicens: *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo* [Ps 118, 58]. Scit nunc impossibile sibi esse quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, ut videat. Scit invisibilem esse carnalibus oculis gloriam Dei.

892 118, 14 (Nun), 20. Est quidem in fide manendi a Deo 314
munus, sed incipiendi a nobis origo est. Et voluntas nostra hoc proprium ex se debet ut velit: Deus incipienti incrementum dabit, quia consummationem per se infirmitas nostra non obtinet, meritum tamen adipiscendae consummationis est ex initio voluntatis.

893 118, 19 (Koph), 8. Non corporalibus locis Deus continetur, 100
neque finibus aut spatiis divinae virtutis immensitas coartatur. Adest ubique et totus ubicumque est; non pro parte usquam est, sed in omnibus omnis est. . . . Nihil a Deo vacat, nihil indiget. Ubique est modo animae corporalis, quae in membris omnibus diffusa a singulis quibusque partibus non abest.

894 129, 3. Primum intellegendum est Deum incorporalem 98
esse neque ex partibus quibusdam atque officiis membrorum, ex quibus unum corpus efficitur, consistere. Legimus enim in evangelio: *Quoniam Deus spiritus est* [Io 4, 24], invisibilis scilicet et immensa atque intra se manens et aeterna natura. Scriptum quoque est: *Quoniam spiritus carnem et ossa non habet* [Lc 24, 39]. Ex his enim corporis membra consistunt, quibus substantia Dei non eget. Deus autem, qui et ubique 100
et in omnibus est, totus audit, totus videt, totus efficit, totus incedit.

895 129, 7. Meminimus esse plures spiritales virtutes, quibus 200
angelorum est nomen, vel ecclesiis praesidentes. . . . Inter- 209
cessione itaque horum non natura Dei eget, sed infirmitas nostra. Missi enim sunt propter eos, qui hereditabunt salutem; Deo nihil ex his, quae agimus, ignorante, sed infirmitate nostra ad rogandum et promerendum spiritalis intercessionis ministerio indigente.

896 138, 17. Est maior Pater Filio, sed ut pater filio, gene- 160
ratione, non genere; Filius enim est et ex eo exivit. Et licet 153
paternae nuncupationis proprietas differat, tamen natura non 158

---

891. CV 22, 426; ML 9, 554.
892. CV 22, 486; ML 9, 598.
893. CV 22, 526; ML 9, 629.
894. CV 22, 649; ML 9, 719.
895. CV 22, 652; ML 9, 722.
896. CV 22, 756; ML 9, 801.

differt; natus enim a Deo Deus non dissimilis est a gignente
178 substantia. Non potest ergo ad eum, ex quo est [exaequari]; nam quamvis alter in altero per uniformem ac similem eiusdem naturae gloriam maneat, tamen ei, ex quo genitus est, non exaequari in eo videtur posse, quod genuit.

[?] POEMA ADVERSUS MARCIONEM, 360/70.

56 L. 3, c. 9. Hac cathedra, Petrus qua sederat ipse, locatum 897
maxima Roma Linum primum considere iussit.
Post quem Cletus et ipse gregem suscepit ovilis.
Huius Anacletus successor sorte locatus;
quem sequitur Clemens, is apostolicis bene notus.
Evaristus ab hoc rexit sine crimine legem.
Sextus Alexander Sixto commendat ovile:
post expleta sui qui lustri tempora tradit
Telesphoro; excellens hic erat, martyrque fidelis;
post illum socius legis, certusque magister.
. . . . . .
Constabat pietate vigens ecclesia Romae
composita a Petro, cuius successor et ipse
iamque loco nono cathedram suscepit Hyginus.
Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater
angelicus pastor, quia tradita verba locutus;
atque pio suscepit Anicetus ordine sortem.

S. PHOEBADIUS EP. AGINNENSIS, † post 392.

Liber contra Arianos, 357/8.

149 22. Tenenda est igitur, ut diximus, regula quae Filium in 898
Patre, Patrem in Filio confitetur; quae unam in duabus personis substantiam servans, dispositionem divinitatis agnoscit. Igitur Pater Deus et Filius Deus, quia in Patre Deo Filius Deus. Hoc si cui scandalum facit, audiat a nobis Spiritum esse de Deo; quia illi, cui est in Filio secunda persona, est et tertia in Spiritu Sancto. Denique Dominus: *Petam,* inquit, *a Patre meo, et alium advocatum dabit vobis* [Io 14, 16]. Sic alius a Filio Spiritus, sicut a Patre Filius. Sic tertia in Spiritu, ut in Filio secunda persona; unus tamen Deus omnia, tres
80 unum sunt. Hoc credimus, hoc tenemus, quia hoc accepimus
142 a prophetis, hoc nobis evangelia locuta sunt, hoc apostoli tradiderunt, hoc martyres passione confessi sunt; in hoc mentibus fidei etiam haeremus, contra quod *etiamsi angelus de caelo annuntiaverit, anathema sit* [Gal 1, 8].

897. ML 2, 1077. 898. ML 20, 30.

De fide orthodoxa, 360/1[1].

899 6. Quid est Filius de eo quod Pater est? Alius idem. 179
Nam et ob hoc Verbum nuncupatur, quia ex proprio divino 161
ore processit et nihil Pater sine eo aut iussit aut fecit. Virtus dicitur, quia vere de Deo et semper cum Deo est, et omnis potestas Patris in ipso consistit. Sapientia appellatur, quia 162
de corde Patris adveniens arcana caelestia credentibus reseravit. . . . Vides ergo per haec vocabula significationes et dispositionum et operum divinorum praeostensas, non tamen ipsum Deum proprie definitum? Est ergo Pater Deus immensus, aeternus, incomprehensibilis, inaestimabilis. Est et Filius eius Deus et Dominus noster, tantus quantus est et Pater; sed non aliunde quam de Patre; quia *Ego*, inquit, *de Patre exivi* [Io 16, 28], hoc est lumen de lumine.

[?] S. GREGORIUS ELIBERITANUS, † post 392.

[Dicti] Tractatus Origenis.

900 Tract. 1. Quidquid de eo [Deo] dixeris, efficientiam operum 108
suorum et dispensationes sacramentorum ipsius nominabis, non tamen ipsum qualis et quantus sit poteris explicare. Tunc enim aestimatur Deus, cum inaestimabilis dicitur.

901 2. Illic [in cruce] suspensus est Dominus, ut peccata nostra, 417
quae nobis ex transgressionis ligno obvenerant, in ligno crucis 410
rursus per eumdem hominem affixa punirentur.

902 6. Salvator noster qui . . . est . . . rex regum, propter 159
potentem virtutem qua in morte diabolum vicit, leo est ap- 153
pellatus. Sed quare hic [Gn 49, 9] catulum leonis nominavit, quem alibi de tribu Iuda victorem dixerat? Sed ideo catulum nominavit, ut non ipsum Patrem sed Dei Filium demonstraret. Nam et cum leo et catulus leonis dicitur, et Pater et Filius indicantur, in quibus non natura dividitur, sed personae distinctae monstrantur. Sicut enim ex leone leo nascitur, ita Deus de Deo et lumen ex lumine procedere dicitur. Sicut enim, cum ex leone leo nascitur, non natura mutatur, sed una origo ostenditur, sic et Deus ex Deo natus aliud non potest esse quam Deus.

903 14. Nemo vincit nisi qui Patrem et Filium et Spiritum 179
Sanctum aequali potestate et indifferenti virtute crediderit.

[1] Libellus iste potius Gregorio Eliberitano attribuendus est.

899. ML 20, 42.

900. *P. Batiffol*, Tractatus Origenis de libris ss. scripturarum, Parisiis 1900, 8°, p. 11.

901. Ib. 15. 902. Ib. 67. 903. Ib. 157.

Ecce quo sacramento militiae Gedeon hostes suos vicit, quo etiam nos credentes in Christo omnem nequitiam adversae potestatis triumphare consuevimus.

MARIUS VICTORINUS, saec. IV.

Adversus Arium, 356—361.

148 L. 1, c. 13. Dicit ergo [Christus]: *Ex meo accipiet* [Io 16, 14], 904
quod una motio, hoc est, actio agens Christus est, et Spiritus Sanctus, et primum est vivere, et ab ipso quod est vivere,
170 intellegere: vivere quidem Christus, intellegere Spiritus; ergo Spiritus a Christo accipit, ipse Christus a Patre, et idcirco et Spiritus a Patre. 14. Omnia igitur unum, sed a Patre.
382 1, 45. Si manet Trinitas sola, ipse homo et λόγος, quem 905
λόγον nos supra Filium demonstravimus. Non autem hoc significat: et λόγος caro factus est, corruptus λόγος in carnem conversus est, sed λόγος, per quem effecta sunt omnia, et omnia effectus, et caro factus est, ut in carne cum esset, totum hominem sua passione et morte iuxta passiones corporis mercaretur. Si enim non erat ipse homo de Maria, quare exinanivit semetipsum? Et quid est *formam servi accipiens* [Phil 2, 7]? et quid rursus est, *et* λόγος *caro factus est* [Io 1, 14]?
380 3, 3. Assumptus ergo homo totus, et assumptus et liberatus 906
419
422 est; in isto enim omnia universalia fuerunt, universalis caro, anima universalis, et in crucem sublata atque purgata sunt per salutarem Deum λόγον, universalium omnium universalem.
375 4, 33. Haec viris fidelibus satis probata sunt: et ante 907
carnem fuisse et in carne eumdem Filium fuisse illum qui ante saecula est genitus, illum qui ascendit in caelum et inde
182 descendit, illum qui nobis de caelo panis est. . . . Iam vero Spiritum Sanctum alio quodam modo ipsum esse Iesum Christum occultum, interiorem, cum animis fabulantem, docentem ista,
170 intellegentiasque tribuentem, et a Patre per Christum genitum,
174 et in Christo: quippe cum unigenitus Filius Christus sit, multis nos libris exposuimus, et quod exemplis plurimis approbavimus, satis clarum est. Hoc modo atque hac intellegentia ut Pater et Deus cum Filio ὁμοούσιον, et Filius quod ipse vita est cum eo. Quia autem ipse intellegentia est Christus, et Spiritus
148 Sanctus ὁμοούσιον intellegitur. Unde iuncto Patri Filioque
178 accepto, quod sit idem quod Spiritus Sanctus, eo quidem modo, quo Filius idem est quod Pater, ita tamen ut, quomodo Pater et Filius unum cum sint, sic tamen Pater sit etiam Filius, exsistentia unusquisque sua, sed ambo una eadem-

---

904. ML 8, 1048. 905. ML 8, 1075. 906. ML 8, 1101.
907. ML 8, 1137.

que substantia, sic Christus et Spiritus Sanctus cum ambo unum sint, exsistit tamen Christus sua exsistentia, et Spiritus Sanctus sua, sed ambo una substantia, ex quo omnes, id est, tota Trinitas una, atque eodem modo iuncto Patre cum Filio, Filioque cum Spiritu Sancto. Atque ista ratione Patre cum 149
Spiritu Sancto per Christum iuncto singulis quidem exsistentibus unum omnis Trinitas sit, atque exsistet illud ὁμοούσιος, cum sit omnibus una eademque simul ex aeternitate substantia. Haec nobis salus est, haec liberatio, haec totius hominis plena salvatio, sic Patrem omnipotentem Deum credere, sic Iesum Christum Filium, sic Spiritum Sanctum. Amen.

De generatione divini Verbi.

908 28. Quoniam non est invenire nomen dignum Deo, ab 110
iis quae scimus nominamus Deum; habentes in intellectu, 115
quoniam non proprie nominamus nec appellamus; quemadmodum dicimus: vivit Deus, intellegit Deus. Proinde a nostris actionibus nominamus actiones Dei, exsistente tamen illo super omnia; neque tantum exsistente, sed quasi exsistente, οὐδὲ ὄντως ὑπάρχοντος, ἀλλὰ ὄντος μικροῦ ὑπάρχοντος. Isto etiam modo substantiam, exsistentiam et cetera huiusmodi 112
apponimus Deo, et eius essentiae οὐσίαν aliter dicimus, aliter se habente substantia creata ad quod inest sibi et ad suum etiam esse.

S. EUSTATHIUS EP. ANTIOCHENUS, † med. saec. IV.

[?] In Lazarum, Mariam et Martham homilia.

909 15. Σὺ εἶ ὁ πρωτότοκος καὶ ὁ μονογενὴς καὶ μόνος σὺν 158
Ἁγίῳ Πνεύματι ὁμοούσιός τε καὶ ὁμότιμος καὶ ἰσοδύναμος τῷ 166
γεγεννηκότι, ἄναρχός τε καὶ συναΐδιος Θεῷ Πατρί· σὺ εἶ ὁ 393
Χριστός, οὐχ εἷς τῶν ὑπό σου κτισθέντων ὁρατῶν καὶ λειτουργικῶν σου δυνάμεων, ἀλλὰ φυσικῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. «Οὐ πρέσβυς γὰρ οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος», φησίν, ὡς εἶπεν Ἡσαΐας, «ἔσωσεν ἡμᾶς, ἔσωσεν αὐτούς» [Is 33, 22;

---

909 15. Tu es primogenitus et unigenitus et solus cum Sancto Spiritu 158
consubstantialis et pari honore habitus et aequalis potentiae cum 166
genitore, ineffabilis, sine principio et coaeternus Deo Patri; tu es 393
Christus, non una ex his a te creatis invisibilibus atque administratoriis potentiis, sed natura Filius Dei vivi, *non legatus neque angelus, sed ipse Dominus,* ait, quemadmodum dixit Isaias, *salvavit*

908. ML 8, 1033.
909. *F. Cavallera* (primum edidit, Parisiis 1905, Picard), p. 39.

63, 9]· ὥστε οὐκ εἰσὶν οἱ ἄγγελοι χριστοί· σὺ εἶ ὁ Χριστός, τοῦτ' ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος Χριστός, ἀλλὰ Θεὸς Χριστός, Θεὸς
408 ἐνανθρωπήσας, οὐκ ἄνθρωπος ἀποθεωθείς, ἀλλὰ χρίσας τὴν οἰκείαν καὶ ἑκούσιον σάρκωσιν τῇ οἰκείᾳ θεότητι . . .· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ παρὰ πάσης κτίσεως προσκυνούμενος, ὡς εἷς Κύριος καὶ Θεός, ὡς εἷς Υἱός, ὡς εἷς Δεσπότης σὺν Πατρὶ [καὶ] τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι.

150 153 157 430 382 29. Γένοιτο πάντας ἡμᾶς . . . προσκυνοῦντας Κύριον πρὸ αἰώνων συναϊδίως τε καὶ συνανάρχως ἀφραστῶς τε καὶ ἀρρεύστως ἐκ Πατρός, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς ἀκτίστου οὐσίας γεννηθέντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς ἀχράντου παρθένου ἀμεταβλήτως καὶ ἀσυγχύτως ὑπὲρ ἔννοιαν καὶ λόγον σαρκωθέντα, τυχεῖν τοῦ παρ' αὐτοῦ μακαρισμοῦ ἐν ἐλέει καὶ ζωῇ τῇ ἀπεράντῳ, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα σὺν Πατρὶ καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς ἀγηράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. 910

S. BASILIUS, ca 330—379.

Epistulae.

148 149 Ep. 8 [ad Caesarienses, a. 360], 2. Δέον ὁμολογεῖν Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱόν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ὡς οἱ θεῖοι λόγοι καὶ οἱ τούτους ὑψηλότερον νενοηκότες ἐδίδαξαν. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπηρεάζοντας ἡμῖν τὸ τρίθεον ἐκεῖνο λεγέσθω, ὅτιπερ ἡμεῖς ἕνα Θεὸν οὐ τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ φύσει ὁμολογοῦμεν. Πᾶν γὰρ ὃ ἓν ἀριθμῷ λέγεται, τοῦτο οὐχ ἓν ὄντως 911

---

nos, salvavit eos; quare non sunt angeli christi; tu es Christus, hoc est, non homo Christus, sed Deus Christus, Deus homo factus,
408 non homo Deus factus, sed qui propriam et liberam incarnationem unxit propria divinitate . . .; tu es Christus, qui a tota creatione adoraris ut unus Dominus et Deus, ut unus Filius, ut unus Herus cum Patre et Sancto Spiritu.

150 153 157 430 382 29. Utinam nos omnes . . ., adorantes Dominum, ante saecula coaeterne et una sine principio, modo ineffabili et supra sermonem, ex Patre, id est ex increata substantia, genitum et in fine temporum ex immaculata virgine sine mutatione et confusione supra cogitationem et sermonem incarnatum, possimus attingere quae ab eo est beatificationem in misericordia et vita perpetua, quia ipsi gloria cum Patre et Sancto Spiritu in infinita saecula saeculorum. 910

148 149 8, 2. Confiteri oportet Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, uti eloquia divina, et qui ea sublimius intellexere, docuerunt. Ceterum ad eos qui tres deos nobis exprobrant, illud dicatur: unum nos Deum non numero, sed natura confiteri. Quidquid enim unum numero dicitur, id vere unum non est, neque 911

910. Ib. 50. 911. MG 32, 248.

οὐδ' ἁπλοῦν τῇ φύσει ἐστίν· ὁ δὲ Θεὸς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος 97
παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖται.

912 8, 3. Καίτοι ἡμεῖς, κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, οὔτε ὅμοιον 158
οὔτε ἀνόμοιον λέγομεν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Ἑκάτερον γὰρ
αὐτῶν ἐπίσης ἀδύνατον. Ὅμοιον γὰρ καὶ ἀνόμοιον κατὰ τὰς
ποιότητας λέγεται· ποιότητος δὲ τὸ θεῖον ἐλεύθερον. Ταυτότητα
δὲ τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες καὶ τὸ ὁμοούσιον ἐνδεχόμεθα,
καὶ τὸ σύνθετον φεύγομεν, τοῦ κατ' οὐσίαν Θεοῦ καὶ Πατρὸς
τὸν κατ' οὐσίαν Θεὸν καὶ Υἱὸν γεγεννηκότος. Ἐκ γὰρ τούτου
τὸ ὁμοούσιον δείκνυται.

913 8, 7. Οἱ ἅγιοι μαθηταὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπέκεινα θεωρίας, 105
ὡς ἔνι ἀνθρώποις, ἐλθόντες, καὶ καθαρθέντες ἀπὸ τοῦ λόγου
[cf. Io 15, 3], τὸ τέλος ἐπιζητοῦσι, καὶ τὴν ἐσχάτην μακαριότητα
γνῶναι ποθοῦσιν, ὅπερ ἀγνοεῖν καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ καὶ
αὐτὸν ὁ Κύριος ἡμῶν ἀπεφήνατο, ἡμέραν μὲν λέγων πᾶσαν
τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν τῶν ἐπινοιῶν τοῦ Θεοῦ. . . . Εἰ τοίνυν 405
ἐκεῖνο λέγεται περὶ ἑαυτοῦ εἰδέναι ὁ Θεὸς ὅπερ ἐστί, κἀκεῖνο
μὴ εἰδέναι ὅπερ οὐκ ἔστιν· οὐκ ἔστι δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν κατὰ
τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐπίνοιαν, καὶ παχυτέραν διδασκαλίαν,
τὸ ἔσχατον ὀρεκτόν· οὐκ ἄρα οἶδεν ὁ σωτὴρ ἡμῶν τὸ τέλος
καὶ τὴν ἐσχάτην μακαριότητα. «Ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἄγγελοι», φησίν,
«ἴσασι» [Mc 13, 32]· τουτέστιν, οὐδὲ ἡ ἐν αὐτοῖς θεωρία καὶ
οἱ λόγοι τῶν διακονιῶν εἰσι τὸ ἔσχατον ὀρεκτόν. Παχεῖα γὰρ

---

natura simplex; Deum vero simplicem et incompositum confitentur 97
omnes.

912 8, 3. Nos, secundum veram doctrinam, neque similem neque 158
dissimilem Patri Filium dicimus. Nam aeque utrumque horum
repugnat. Enimvero simile et dissimile qualitatum habita ratione
dicuntur, Deus autem liber est a qualitate. Verum identitatem
naturae confitentes et consubstantiale admittimus et compositionem
fugimus; cum is qui secundum essentiam Deus et Pater est,
Deum secundum essentiam et Filium genuerit. Ex hoc enim con-
substantiale ostenditur.

913 8, 7. Sancti discipuli salvatoris nostri, cum ad summum con- 105
templationis, quantum hominibus fas est, pervenissent, et Christi
sermone expurgati fuissent, finem quaerunt et beatitudinem ex-
tremam nosse desiderant; id quod et a suis angelis et a se ipso
ignorari Dominus pronuntiavit, diem appellans accuratam omnem
consiliorum Dei comprehensionem. . . . Itaque si dicitur Deus 405
id quod est nosse de se ipso, atque id nescire quod non est,
non est autem Dominus noster secundum incarnationis conside-
rationem, et crassiorem doctrinam, extremum illud bonum de-
siderabile; non igitur cognovit salvator noster finem et extremam
beatitudinem. *Sed neque angeli,* inquit, *sciunt,* hoc est, neque
contemplatio quae in ipsis est, neque rationes ministeriorum sunt
extremum illud bonum desiderabile. Nam horum etiam scientia

---

912. MG 32, 249. 913. MG 32, 256.

καὶ τούτων ἡ γνῶσις συγκρίσει τοῦ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.
117 Μόνος δὲ ὁ Πατήρ, φησίν, ἐπίσταται [ib.]· ἐπεὶ καὶ αὐτός ἐστι τὸ τέλος καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης. Ὅταν γὰρ μηκέτι Θεὸν ἐν τοῖς κατόπτροις, μηδὲ διὰ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιγινώσκωμεν [cf. 1 Cor 13, 12], ἀλλ' αὐτῷ ὡς μόνῳ καὶ ἑνὶ προσέλθωμεν, τότε καὶ τὸ ἔσχατον τέλος εἰσόμεθα. Χριστοῦ γὰρ βασιλείαν φασὶν εἶναι πᾶσαν τὴν ἔνυλον γνῶσιν, τοῦ δὲ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὴν ἄϋλον καί, ὡς ἂν εἴποι τις, αὐτῆς τῆς θεότητος θεωρίαν. Ἔστι δὲ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ αὐτὸς τὸ τέλος καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης κατὰ τὴν τοῦ Λόγου ἐπίνοιαν.

175 8, 10. Κτίσμα λέγεις τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Πᾶν δὲ κτίσμα 914
δοῦλόν ἐστι τοῦ κτίσαντος· «Τὰ γὰρ σύμπαντα», φησί, «δοῦλα σά» [Ps 118, 91]. Εἰ δὲ δοῦλόν ἐστι, καὶ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα· πᾶν δὲ ὃ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα, οὐκ ἀνεπίδεκτόν ἐστι κακίας· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, κατ' οὐσίαν ὂν ἅγιον, πηγὴ ἁγιασμοῦ προσηγόρευται [cf. Rom 1, 4]· οὐκ ἄρα
166 κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Εἰ δὲ μὴ κτίσμα, ὁμοούσιόν ἐστι τῷ Θεῷ.

182 38 [Ad Gregorium fratrem, a. 369/70], 4. Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ 915
167 Ἅγιον Πνεῦμα, ἀφ' οὗ πᾶσα ἐπὶ τὴν κτίσιν ἡ τῶν ἀγαθῶν χορηγία πηγάζει, τοῦ Υἱοῦ μὲν ἤρτηται, ᾧ ἀδιαστάτως συγκαταλαμβάνεται, τῆς δὲ τοῦ Πατρὸς αἰτίας ἐξημμένον ἔχει τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ ἐκπορεύεται· τοῦτο γνωριστικὸν τῆς κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἰδιότητος σημεῖον ἔχει, τὸ μετὰ τὸν Υἱὸν καὶ σὺν

---

117 crassa est, si comparetur cum ea, quae est facie ad faciem. Solus autem Pater, inquit, novit, quippe ipse est et finis et extrema beatitudo. Cum enim non amplius Deum in speculis neque per aliena cognoscemus, sed ad ipsum veluti solum et unum accedemus, tunc et extremum finem sciemus. Nam Christi regnum esse ferunt omnem materialem cognitionem, Dei vero et Patris immaterialem et, ut ita dixerim, ipsius divinitatis contemplationem. Atque etiam Dominus noster et ipse finis est et extrema beatitudo secundum Verbi considerationem.

175 8, 10. Spiritum Sanctum creaturam dicis. Omnis autem creatura 914
serva est creatoris: *Omnia enim,* inquit, *sunt serva tua.* Si vero servus est, adventitiam quoque habet sanctitatem; quidquid autem adventitiam sanctitatem habet, capax est malitiae; at Spiritus Sanctus, cum secundum essentiam sanctus sit, fons appellatur
166 sanctitatis; non est igitur creatura Spiritus Sanctus. Quodsi creatura non est, consubstantialis est Deo.

182 38, 4. Quoniam igitur Spiritus Sanctus, a quo omnis in rem 915
167 creatam bonorum largitio scaturit, Filio quidem cohaeret ac coniunctus est, quocum simul sine ullo intervallo concipitur, habet vero esse ex ea causa, quae Pater est, conexum, unde et procedit; illius secundum hypostasim proprietas hoc signo declaratur, quod

---

914. MG 32, 261. 915. MG 32, 329.

αὐτῷ γνωρίζεσθαι, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑφεστάναι. Ὁ δὲ
Υἱός, ὁ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον Πνεῦμα δι' ἑαυτοῦ 178
καὶ μεθ' ἑαυτοῦ γνωρίζων, μόνος μονογενῶς ἐκ τοῦ ἀγεννήτου
φωτὸς ἐκλάμψας, οὐδεμίαν, κατὰ τὸ ἰδιάζον τῶν γνωρισμάτων,
τὴν κοινωνίαν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα ἢ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ
Ἅγιον· ἀλλὰ τοῖς εἰρημένοις σημείοις μόνος γνωρίζεται. Ὁ δὲ
ἐπὶ πάντων Θεὸς ἐξαίρετόν τι γνώρισμα τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως, 151
τὸ Πατὴρ εἶναι, καὶ ἐκ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι, μόνος ἔχει· 160
καὶ διὰ τούτου πάλιν τοῦ σημείου καὶ αὐτὸς ἰδιαζόντως ἐπι-
γινώσκεται. . . . Ἀλλ' ὁ τὸν Πατέρα νοήσας αὐτόν τε ἐφ' ἑαυτοῦ 149
ἐνόησε, καὶ τὸν Υἱὸν τῇ διανοίᾳ συμπαρεδέξατο. Ὁ δὲ τοῦτον
λαβὼν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐκ ἀπεμέρισεν, ἀλλ' ἀκολούθως
μὲν κατὰ τὴν τάξιν, συνημμένως δὲ κατὰ τὴν φύσιν τῶν τριῶν
κατὰ ταὐτὸν συγκεκραμένην ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν ἀνετυπώσατο.
Καὶ ὁ τὸ Πνεῦμα μόνον εἰπὼν συμπεριέλαβε τῇ ὁμολογίᾳ
ταύτῃ καὶ τὸν οὗ ἐστι τὸ Πνεῦμα. Καὶ ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ 168
ἐστι τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθώς φησιν ὁ Παῦλος
[Rom 8, 9], ὥσπερ ἐξ ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος καὶ
τὸ ἕτερον ἄκρον συνεπεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ Πνεῦμα ἑλκύσας,
καθώς φησιν ὁ προφήτης [Ps 118, 131], δι' αὐτοῦ καὶ τὸν Υἱὸν
καὶ τὸν Πατέρα συνεφειλκύσατο. Καὶ εἴ τὸν Υἱὸν ἀληθινῶς
τις λάβοι, ἕξει αὐτὸν ἑκατέρωθεν, πὴ μὲν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα,
πὴ δὲ τὸ ἴδιον Πνεῦμα συνεπαγόμενον. . . . Οὐ γὰρ ἔστιν 148
ἐπινοῆσαι τομὴν ἢ διαίρεσιν κατ' οὐδένα τρόπον, ὡς ἢ Υἱὸν
χωρὶς Πατρὸς νοηθῆναι, ἢ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ διαζευχθῆναι·

---

post Filium et cum Filio cognoscitur, et quod ex Patre subsistit. Filius vero, qui ex Patre procedentem Spiritum per sese ac secum 178
notum facit, ac solus unigenite ex ingenita luce effulsit, nullam, quod ad signorum quibus dignoscitur proprietatem attinet, cum Patre aut Spiritu Sancto communitatem habet; sed iis quae dixi signis solus agnoscitur. Qui autem est super omnia Deus, prae- 151
cipuam quamdam suae hypostasis notam, quod Pater est et quod 160
nulla subsistit ex causa, solus habet; hocque rursus indicio et ipse proprie cognoscitur. . . . Sed qui Patrem intellexit, et eum in se 149
ipso intellexit, et Filium animi perceptione simul est complexus. Qui autem percepit Filium, a Filio Spiritum non separavit, sed consequenter quidem secundum ordinem, coniuncte vero secundum naturam, trium simul permixtam in se ipso fidem expressit. Et qui Spiritum tantum dixit, comprehendit simul hac confessione et eum cuius Spiritus est. Et quia Christi est Spiritus, et ex Deo, 168
quemadmodum dicit Paulus, ut ex catena extremum unum qui apprehendit alterum etiam extremum simul attraxit, ita qui Spiritum attraxit, ut ait propheta, et Filium et Patrem per ipsum simul traxit. Quin etiam Filium si quis vere apprehenderit, habebit eum utrinque, hinc quidem Patrem suum, illinc vero Spiritum proprium una secum adducentem. . . . Non enim potest ullo modo 148
sectio aut divisio excogitari, ita ut aut Filius absque Patre intellegatur, aut Spiritus seiungatur a Filio; sed in his ineffabilis 150

150 ἀλλά τις ἄρρητος καὶ ἀκατανόητος ἐν τούτοις καταλαμβάνεται καὶ ἡ κοινωνία καὶ ἡ διάκρισις, οὔτε τῆς τῶν ὑποστάσεων διαφορᾶς τὸ τῆς φύσεως συνεχὲς διασπώσης, οὔτε τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν κοινότητος τὸ ἰδιάζον τῶν γνωρισμάτων ἀναχεούσης.

504 93 [ad Caesariam patriciam, ca a. 372]. Καὶ τὸ κοινωνεῖν δὲ καθ' 916
ἑκάστην ἡμέραν, καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ
484 αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν καὶ ἐπωφελές, αὐτοῦ σαφῶς
λέγοντος· «Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα,
508 ἔχει ζωὴν αἰώνιον» [Io 6, 55]. Τίς γὰρ ἀμφιβάλλει ὅτι τὸ
μετέχειν συνεχῶς τῆς ζωῆς οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ζῆν πολλαχῶς;
Ἡμεῖς μέντοιγε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν,
ἐν τῇ κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ
σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις ἐὰν ᾖ μνήμη ἁγίου τινός.
500 Τὸ δὲ ἐν τοῖς τοῦ διωγμοῦ καιροῖς ἀναγκάζεσθαί τινα, μὴ
παρόντος ἱερέως ἢ λειτουργοῦ, τὴν κοινωνίαν λαμβάνειν τῇ
ἰδίᾳ χειρί, μηδαμῶς εἶναι βαρὺ περιττόν ἐστι ἀποδεικνύναι, διὰ
τὸ καὶ τὴν μακρὰν συνήθειαν τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων
498 πιστώσασθαι. Πάντες γὰρ οἱ κατὰ τὰς ἐρήμους μονάζοντες,
ἔνθα μὴ ἔστιν ἱερεύς, κοινωνίαν οἴκοι κατέχοντες, ἀφ' ἑαυτῶν
μεταλαμβάνουσιν.

151 125 [Exemplar fidei cui subscripsit Eustathius episc. Sebastiae, 917
a. 373], 3. Οὔτε ἀγέννητον λέγομεν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον· ἕνα
174 γὰρ οἴδαμεν ἀγέννητον καὶ μίαν τῶν ὄντων ἀρχήν, τὸν Πατέρα
τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὔτε γεννητόν· ἕνα γὰρ

---

quaedam et incomprehensibilis deprehenditur cum societas tum distinctio, neque hypostaseon differentia naturae coniunctionem divellente, neque essentiae communitate indiciorum proprietatem confundente.

504 93. Singulis etiam diebus communicare, ac participem esse 916
sancti corporis et sanguinis Christi, bonum est et perutile, cum
484 ipse perspicue dicat: *Qui comedit meam carnem et bibit meum*
508 *sanguinem, habet vitam aeternam.* Quis enim dubitat quin vitae continenter esse participem nihil aliud sit quam multiplici ratione vivere? Nos quidem quater singulis hebdomadibus communicamus, dominica die, quarta die, in parasceve et sabbato, et aliis diebus
500 si sancti alicuius memoria recolatur. Quod autem persecutionum temporibus cogitur quis, absente sacerdote aut diacono, communionem sua ipsius manu accipere, id grave non esse supervacuum est ostendere, quia hoc diuturna consuetudo ipsis rebus
498 confirmat. Omnes enim in solitudinibus monachi, ubi non est sacerdos, communionem domi servantes, suis ipsorum manibus sumunt.

151 125, 3. Neque ingenitum dicimus Spiritum Sanctum; unum 917
enim novimus ingenitum et unum rerum principium, Patrem
174 Domini nostri Iesu Christi; neque genitum; unum enim esse uni-

---

916. MG 32, 484. 917. MG 32, 549.

μονογενῆ ἐν τῇ παραδόσει τῆς πίστεως δεδιδάγμεθα· τὸ δὲ 78
Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι διδαχθέντες, 167
ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι ὁμολογοῦμεν ἀκτίστως. . . . Ἀναγκαῖόν ἐστι 145
καὶ τοῦτο προσδιαστείλασθαι, ὅτι φεύγειν δεῖ καὶ τοὺς τὴν
ἀκολουθίαν ἣν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Κύριος ἐναμείβοντας, ὡς
φανερῶς μαχομένους τῇ εὐσεβείᾳ, καὶ Υἱὸν μὲν προτάσσοντας
τοῦ Πατρός, Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον προτιθέντας.
Ἀκίνητον γὰρ καὶ ἀπαρεγχείρητον φυλάσσειν προσήκει τὴν
ἀκολουθίαν, ἣν ἐξ αὐτῆς τοῦ Κυρίου τῆς φωνῆς παρελάβομεν
εἰπόντος· «Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτί-
ζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ
Ἁγίου Πνεύματος» [Mt 28, 19].

918 160 [ad Diodorum, ca a. 373], 2. Πρῶτον μὲν οὖν, ὃ μέγιστον 578
ἐπὶ τῶν τοιούτων [scil. de matrimonio] ἐστί, τὸ παρ' ἡμῖν ἔθος,
ὃ ἔχομεν προβάλλειν, νόμου δύναμιν ἔχον, διὰ τὸ ὑφ' ἁγίων
ἀνδρῶν τοὺς θεσμοὺς ἡμῖν παραδοθῆναι. Τοῦτο δὲ τοιοῦτόν
ἐστιν· ἐάν τις πάθει ἀκαθαρσίας ποτὲ κρατηθεὶς ἐκπέσῃ πρὸς
δυεῖν ἀδελφῶν ἄθεσμον κοινωνίαν, μήτε γάμον ἡγεῖσθαι τοῦτον,
μηθ' ὅλως εἰς ἐκκλησίας πλήρωμα παραδέχεσθαι πρότερον ἢ
διαλῦσαι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων.

919 188 [canonica 1, ad Amphilochium, a. 374], can. 1. Οἱ δὲ τῆς 553
ἐκκλησίας ἀποστάντες οὐκέτι ἔσχον τὴν χάριν τοῦ Ἁγίου Πνεύ- 450
ματος ἐφ' ἑαυτοῖς· ἐπέλιπε γὰρ ἡ μετάδοσις τῷ διακοπῆναι
τὴν ἀκολουθίαν. Οἱ μὲν γὰρ πρῶτοι ἀναχωρήσαντες παρὰ
τῶν πατέρων ἔσχον τὰς χειροτονίας, καὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως 561
439

---

genitum in fidei traditione didicimus; Spiritum autem veritatis ex 78
Patre procedere edocti, ex Deo esse confitemur citra creationem. . . . 167
Necesse est hoc quoque declarare, eos etiam qui ordinem nobis 145
a Domino traditum invertunt et Filium ante Patrem et Spiritum
Sanctum ante Filium collocant, fugiendos esse, ut qui aperte cum
pietate pugnent. Immotus enim et inviolabilis custodiendus ordo,
quem ex ipsa Domini voce traditum accepimus dicentis: *Euntes
docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et
Spiritus Sancti.*

918 160, 2. Primum itaque, quod in eiusmodi rebus [matrimonialibus] 578
maximum est, morem nostrum obicere possumus, ut vim legis
habentem, eo quod nobis a viris sanctis traditae sint regulae. Mos
autem ille est eiusmodi, ut, si quis impuritatis vitio aliquando victus
in illicitam duarum sororum coniunctionem inciderit, neque id
matrimonium existimetur, neque omnino in ecclesiae coetum ad-
mittantur priusquam a se invicem dirimantur.

919 188, 1. Qui ab ecclesia se separaverant, non habebant amplius 553
in se gratiam Spiritus Sancti; defecerat enim communicatio, inter- 450
rupta continuatione. Qui enim primi recesserant, ordinationem a
patribus habebant, et per manuum eorum impositionem habebant 561
439

---

918. MG 32, 624. 919. MG 32, 668.

554 τῶν χειρῶν αὐτῶν εἶχον τὸ χάρισμα τὸ πνευματικόν· οἱ δὲ ἀπορραγέντες, λαϊκοὶ γενόμενοι, οὔτε τοῦ βαπτίζειν, οὔτε τοῦ χειροτονεῖν εἶχον τὴν ἐξουσίαν, οὐκέτι δυνάμενοι χάριν Πνεύματος Ἁγίου ἑτέροις παρέχειν, ἧς αὐτοὶ ἐκπεπτώκασι.

165 189 [ad Eustathium archiatrum, a. 374/5], 7. Ἁγιάζει καὶ ζωο- 920
180 ποιεῖ καὶ φωτίζει καὶ παρακαλεῖ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὁμοίως ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Καὶ μηδεὶς κατ' ἐξαίρετον ἀπονεμέτω τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος τὴν ἁγιαστικὴν ἐξουσίαν, ἀκούσας τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τῶν μαθητῶν πρὸς τὸν Πατέρα λέγοντος· «Πάτερ, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου» [cf. Io 17, 17]. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ τὸ ἴσον ἐνεργεῖται τοῖς ἀξίοις παρὰ τοῦ Πατρός τε καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος· πᾶσα χάρις καὶ δύναμις, ἡ ὁδηγία, ἡ ζωή, ἡ παράκλησις, ἡ πρὸς τὸ ἀθάνατον μεταβολή, ἡ εἰς ἐλευθερίαν μετάστασις, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐστὶν
149 ἀγαθόν, ὃ μέχρις ἡμῶν καταβαίνει.... Οὐκοῦν ἡ τῆς ἐνεργείας ταυτότης ἐπὶ Πατρός τε καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος Ἁγίου δείκνυσι σαφῶς τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον. Ὥστε κἂν φύσιν σημαίνῃ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, κυρίως καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι τὴν προσηγορίαν ἐφαρμόζεσθαι ταύτην ἡ τῆς οὐσίας κοινότης συντίθεται.

580 199 [canonica 2, ad Amphilochium, a. 375], can. 18. Ὥσπερ 921
οὖν τὸν ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ συνιόντα μοιχὸν ὀνομάζομεν, οὐ πρότερον παραδεξάμενοι εἰς κοινωνίαν, πρὶν ἢ παύσασθαι τῆς ἁμαρτίας· οὕτω δηλονότι καὶ ἐπὶ τοῦ τὴν παρθένον ἔχοντος

---

554 donum spirituale; qui autem resecti sunt, laici effecti, nec baptizandi nec ordinandi habebant potestatem, ut qui non possent amplius Spiritus Sancti gratiam aliis praebere, a qua ipsi exciderant.

165 189, 7. Sanctificat et vivificat et illuminat et consolatur et omnia 920
180 eiusmodi pariter facit Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Nec quisquam praecipue tribuat Spiritui Sancto potestatem sanctificandi, cum audiat salvatorem in evangelio de discipulis dicentem Patri: *Pater, sanctifica eos in nomine tuo.* Similiter autem et reliqua omnia ex aequo peraguntur in iis, qui digni sunt, a Patre et Filio et Spiritu Sancto; omnis gratia et virtus, ductus, vita, consolatio, ad immortalitatem transmutatio, transitus ad libertatem, et si quid
149 aliud boni, quod ad nos usque pertingat.... Itaque operationis identitas in Patre et Filio et Spiritu Sancto perspicue ostendit absolutissimam naturae similitudinem. Quare etiamsi divinitatis nomen naturam indicet, proprie tamen appellationem illam Sancto quoque Spiritui aptari essentiae communio demonstrat.

580 199, 18. Quemadmodum igitur eum qui cum aliena est muliere, 921
adulterum nominamus, non prius admittentes ad communionem, quam a peccato cessaverit, ita profecto et de eo qui virginem

---

920. MG 32, 693. 921. MG 32, 720.

διατεθησόμεθα. Ἐκεῖνο δὲ νῦν προδιομολογεῖσθαι ἡμῖν ἀναγκαῖον, ὅτι παρθένος ὀνομάζεται ἡ ἑκουσίως ἑαυτὴν προσαγαγοῦσα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποταξαμένη τῷ γάμῳ, καὶ τὸν ἐν ἁγιασμῷ βίον προτιμήσασα.

922 199, can. 48. Ἡ δὲ ἐγκαταλειφθεῖσα παρὰ τοῦ ἀνδρός, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, μένειν ὀφείλει. Εἰ γὰρ ὁ Κύριος εἶπεν ὅτι «Ἐάν τις καταλίπῃ γυναῖκα ἐκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι» [Mt 5, 32], ἐκ τοῦ μοιχαλίδα αὐτὴν ὀνομάσαι ἀπέκλεισεν αὐτὴν τῆς πρὸς ἕτερον κοινωνίας. Πῶς γὰρ δύναται ὁ μὲν ἀνὴρ ὑπεύθυνος εἶναι, ὡς μοιχείας αἴτιος, ἡ δὲ γυνὴ ἀνέγκλητος εἶναι, ἡ μοιχαλὶς παρὰ τοῦ Κυρίου διὰ τὴν πρὸς ἕτερον ἄνδρα κοινωνίαν προσαγορευθεῖσα; 572 573

922* *217 [canonica 3, ad Amphilochium, a. 375], 75. De quattuor classibus paenitentium, v. K 593 sqq.*

923 234 [ad Amphilochium, a. 376], 1. Αἱ μὲν ἐνέργειαι [τοῦ Θεοῦ] ποικίλαι, ἡ δὲ οὐσία ἁπλῆ. Ἡμεῖς δὲ ἐκ μὲν τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζειν λέγομεν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τῇ δὲ οὐσίᾳ αὐτῇ προσεγγίζειν οὐχ ὑπισχνούμεθα. Αἱ μὲν γὰρ ἐνέργειαι αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσιν, ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος. 2. . . . Γίνωσκε τοίνυν ὅτι παιζόντων ἐστὶν ἡ φωνή· Εἰ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἀγνοεῖς, ὃ μὴ γινώσκεις σέβεις. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ἔστιν οἶδα· τί δὲ ἡ οὐσία, ὑπὲρ διάνοιαν τίθεμαι. Πῶς οὖν σῴζομαι; Διὰ τῆς πίστεως. Πίστις δὲ αὐτάρκης εἰδέναι ὅτι ἔστι Θεός, οὐχὶ τί ἐστι· καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. Εἴδησις ἄρα τῆς θείας οὐσίας ἡ αἴσθησις αὐτοῦ τῆς 97 114 109 108 246

---

habet statuemus. Illud autem nunc in antecessum statuere nobis necesse est, virginem vocari quae se sua sponte obtulit Domino, ac nuntium nuptiis remisit, et sanctimoniae institutum amplexa est.

922 199, 48. Quae a marito relicta est, mea quidem sententia, manere debet. Si enim Dominus dixit: *Si quis relinquat uxorem,* *excepta fornicationis causa, facit eam moechari,* ex eo quod eam adulteram vocet, praeclusit ei coniunctionem cum alio. Quomodo enim possit vir quidem esse reus, ut adulterii causa, mulier vero inculpata, quae adultera a Domino ob coniunctionem cum alio appellata est? 572 573

923 234, 1. Variae quidem operationes [Dei], essentia vero simplex. Nos autem ex operationibus cognosci a nobis dicimus Deum nostrum, sed ad ipsam essentiam accessuros non pollicemur. Ipsius siquidem operationes ad nos descendunt, essentia autem illius manet inaccessa. 2. . . . Scito itaque vocem esse ludificantium: Si essentiam Dei ignoras, quod ignoras colis. Ego vero illum esse novi; quid autem essentia, supra intellegentiam esse duco. Quomodo igitur salvor? Per fidem. Fides porro satis idonea est Deum esse scire, non quid sit; eumque remuneratorem esse eorum qui ipsum quaerunt. Cognitio igitur essentiae in hoc posita, ut 97 114 109 108 246

---

922. MG 32, 732. 923. MG 32, 869.

ἀκαταληψίας· καὶ σεπτὸν οὐ τὸ καταληφθὲν τίς ἡ οὐσία, ἀλλ' ὅτι ἔστιν ἡ οὐσία.

260 235 [ad Amphilochium, a. 376], 1. Τί πρότερον ἡ γνῶσις ἢ ἡ 924
πίστις; Ἡμεῖς δὲ λέγομεν ὅτι καθόλου μὲν ἐπὶ τῶν μαθημάτων πίστις γνώσεως προηγεῖται· ἐπὶ δὲ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, κἂν λέγῃ τις προκατάρχειν τὴν γνῶσιν τῆς πίστεως, οὐ διαφερόμεθα· γνῶσιν μέντοι τὴν τῇ ἀνθρωπίνῃ καταλήψει σύμμετρον. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν μαθημάτων πιστεῦσαι δεῖ πρῶτον ὅτι ἄλφα λέγεται, καὶ μαθόντα τοὺς χαρακτῆρας καὶ τὴν ἐκφώνησιν, ὕστερον λαβεῖν καὶ τὴν ἀκριβῆ κατανόησιν τῆς δυνάμεως τοῦ
86 στοιχείου· ἐν δὲ τῇ περὶ Θεοῦ πίστει ἡγεῖται μὲν ἡ ἔννοια ἡ
87 περὶ τοῦ ὅτι ἔστι Θεός· ταύτην δὲ ἐκ τῶν δημιουργημάτων συνάγομεν. Σοφὸν γὰρ καὶ δυνατὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ «πάντα αὐτοῦ τὰ ἀόρατα ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως νοούντες» [Rom 1, 20] ἐπιγινώσκομεν. Οὕτω δὴ καὶ δεσπότην ἑαυτῶν αὐτὸν καταδεχόμεθα. Ἐπειδὴ γὰρ παντὸς μὲν τοῦ κόσμου δημιουργὸς ὁ Θεός, μέρος δὲ κόσμου ἡμεῖς, καὶ ἡμῶν ἄρα δημιουργὸς ὁ Θεός. Ταύτῃ δὲ τῇ γνώσει ἡ πίστις ἀκολουθεῖ, καὶ τῇ τοιαύτῃ πίστει ἡ προσκύνησις.

404 236 [ad Amphilochium, a. 376], 2. Τὸ δὲ Μάρκου [13, 32], 925
ἐπειδὴ φανερῶς δοκεῖ καὶ τὸν Υἱὸν ἀπομερίζειν τῆς γνώσεως, οὕτω νοοῦμεν· ὅτι οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ,
160 ἀλλ' οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· τουτέστιν, ἡ αἰτία τοῦ εἰδέναι τὸν Υἱὸν παρὰ τοῦ Πατρός. Καὶ ἀβίαστός ἐστι

---

ipsum non posse comprehendi perspiciamus; illudque colimus, de quo cognovimus, non quid sit eius essentia, sed hanc exsistere essentiam.

260 235, 1. Priorne cognitio an fides? Nos porro dicimus generatim 924
quidem in disciplinis fidem cognitioni praeire; at in nostra doctrina, si quis dicat praeire cognitionem fidei, non contendemus: cognitionem quidem humano captui accommodatam. Nam in disciplinis quidem oportet primum credere hoc elementum alpha esse, et ubi figuras et pronuntiationem didiceris, tum demum accuratam per-
86 cipere notionem potestatis elementi. At in fide quae circa Deum
87 versatur, praeit illa cogitatio, Deum esse; hanc autem ex creaturis colligimus. Sapientiam namque et potentiam et bonitatem et *omnia eius invisibilia ex mundi creatione intellegentes*, sic cognoscimus. Ita sane illum ut nostrum ipsorum Dominum suscipimus. Quoniam enim totius mundi conditor Deus, nos autem mundi pars sumus, noster igitur etiam conditor Deus. Cognitionem istam fides sequitur, et fidem talem adoratio.

404 236, 2. Marci verba [13, 32], quia aperte videntur ipsum Filium 925
a cognitione excludere, ita intellegimus: Nemo novit, neque angeli
160 Dei, sed nec Filius nosset, nisi nosset Pater; hoc est, causa et principium cognitionis Filii a Patre est. Ac violenta quidem non

---

924. MG 32, 872. 925. MG 32, 880.

τῷ εὐγνωμόνως ἀκούοντι ἡ ἐξήγησις αὕτη, ἐπειδὴ οὐ πρόσκειται τὸ «μόνος», ὡς καὶ παρὰ τῷ Ματθαίῳ [24, 36]. Ἔστιν οὖν ὁ νοῦς ὁ παρὰ τῷ Μάρκῳ τοιοῦτος· Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὁ Υἱὸς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· ἐκ γὰρ τοῦ Πατρὸς αὐτῷ ὑπῆρχε δεδομένη ἡ γνῶσις.

926 236, 6. Οὐσία δὲ καὶ ὑπόστασις ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν 149
ἣν ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον, οἷον ὡς ἔχει τὸ ζῷον 178
πρὸς τὸν δεῖνα ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτο οὐσίαν μὲν μίαν ἐπὶ τῆς θεότητος ὁμολογοῦμεν, ὥστε τὸν τοῦ εἶναι λόγον μὴ διαφόρως ἀποδιδόναι, ὑπόστασιν δὲ ἰδιάζουσαν, ἵν' ἀσύγχυτος ἡμῖν καὶ τετρανωμένη ἡ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ Ἁγίου Πνεύματος ἔννοια ἐνυπάρχῃ. Μὴ γὰρ νοούντων ἡμῶν τοὺς ἀφωρισμένους περὶ ἕκαστον χαρακτῆρας, οἷον πατρότητα καὶ υἱότητα καὶ ἁγιασμόν, ἀλλ' ἐκ τῆς κοινῆς ἐννοίας τοῦ εἶναι ὁμολογούν- 175
των Θεόν, ἀμήχανον ὑγιῶς τὸν λόγον τῆς πίστεως ἀποδίδοσθαι. Χρὴ οὖν τῷ κοινῷ τὸ ἰδιάζον προστιθέντας οὕτω τὴν πίστιν ὁμολογεῖν· κοινὸν ἡ θεότης, ἴδιον ἡ πατρότης· συνάπτοντας δὲ λέγειν· Πιστεύω εἰς Θεὸν Πατέρα. Καὶ πάλιν ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ ὁμολογίᾳ τὸ παραπλήσιον ποιεῖν, τῷ κοινῷ συνάπτειν τὸ ἴδιον, καὶ λέγειν· Πιστεύω εἰς Θεὸν Υἱόν. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἐκφωνήσεως τὴν προφορὰν σχηματίζοντας λέγειν· Πιστεύω καὶ εἰς τὸ θεῖον 164
Πνεῦμα τὸ Ἅγιον· ὥστε δι' ὅλου καὶ τὴν ἑνότητα σῴζεσθαι

---

est, si quis aequo animo audiat, haec expositio, quandoquidem non adicitur *solus*, ut apud Matthaeum. Mens igitur Marci est eiusmodi: De die autem illa aut hora nemo scit, neque angeli Dei, sed nec Filius quidem nosset, nisi nosset Pater; siquidem ei a Patre data cognitio.

926 236, 6. Eadem est differentia inter essentiam et hypostasim 149
ac inter commune et singulare, inter animal et illum hominem. 178
Quapropter essentiam quidem unam in divinitate confitemur, adeo ut essentiae definitio non diverse reddatur, hypostasim vero propriam et singularem, ut inconfusa nobis et clara de Patre et Filio et Spiritu Sancto insit notio. Si enim non consideremus definitas uniuscuiusque proprietates, puta paternitatem, filiationem et sancti- 175
ficationem, sed ex communi essentiae ratione Deum confiteamur, fieri non potest ut sana fidei ratio reddatur. Oportet igitur ut communi proprium adiungentes ita fidem profiteamur: commune deitas, proprium paternitas; atque haec coniungendo dicamus: Credo in Deum Patrem. Ac rursus in Filii confessione faciendum est similiter; adiungendum est communi proprium, ac dicendum: Credo in Deum Filium. Pariter et de Spiritu Sancto ad appellationis rationem accommodanda pronuntiatio ac dicendum: Credo et in divinum Spiritum Sanctum; adeo ut omnino et unitas ser- 164

---

926. MG 32, 884.

ἐν τῇ τῆς μιᾶς θεότητος ὁμολογίᾳ, καὶ τὸ τῶν προσώπων ἰδιάζον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ ἀφορισμῷ τῶν περὶ ἕκαστον νοουμένων ἰδιωμάτων.

434 260 [ad Optimum episcopum, a. 377], 9. Ἐπειδὴ τοίνυν πᾶσα 927
ψυχὴ παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους οἱονεὶ διακρίσει τινὶ ὑπεβάλλετο, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν εἰπόντος ὅτι «Πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί» [Mt 26, 31]· προφητεύει ὁ Συμεὼν καὶ περὶ αὐτῆς τῆς Μαρίας ὅτι παρεστῶσα τῷ σταυρῷ καὶ βλέπουσα τὰ γινόμενα καὶ ἀκούουσα τῶν φωνῶν, μετὰ τὴν τοῦ Γαβριὴλ μαρτυρίαν, μετὰ τὴν ἀπόρρητον γνῶσιν τῆς θείας συλλήψεως, μετὰ τὴν μεγάλην τῶν θαυμάτων ἐπίδειξιν, γενή-
422 σεται, φησί, τὶς καὶ περὶ τὴν σὴν ψυχὴν σάλος. Ἔδει γὰρ τὸν Κύριον ὑπὲρ παντὸς γεύσασθαι θανάτου, καὶ ἱλαστήριον γενόμενον τοῦ κόσμου πάντας δικαιῶσαι ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. Καὶ σοῦ οὖν αὐτῆς, τῆς ἄνωθεν δεδιδαγμένης τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, ἅψεταί τις διάκρισις. Τουτέστι ἡ ῥομφαία [cf. Lc 2, 35].

376 261 [ad Sozopolitanos, a. 377], 2. Εἰ τοίνυν μὴ γέγονε τοῦ 928
Κυρίου ἡ ἐν σαρκὶ ἐπιδημία, οὐκ ἔδωκε μὲν ὁ λυτρωτὴς τὸ
380 ὑπὲρ ἡμῶν τίμημα τῷ θανάτῳ, οὐ διέκοψε δὲ τοῦ θανάτου
413
415 τὴν βασιλείαν δι' ἑαυτοῦ. Εἰ γὰρ ἄλλο μὲν ἦν τὸ βασιλευόμενον ὑπὸ τοῦ θανάτου, ἄλλο δὲ τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου προσληφθέν, οὐκ ἂν μὲν ἐπαύσατο τὰ ἑαυτοῦ ἐνεργῶν ὁ θάνατος, οὐκ ἂν δὲ ἡμέτερον κέρδος ἐγένετο τῆς σαρκὸς τῆς θεοφόρου τὰ πάθη, οὐκ ἀπέκτεινε δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, οὐκ

---

vetur in unius deitatis confessione, et id quod personarum proprium est confiteamur in discretione earum proprietatum, quae in unaquaque intelleguntur.

434 260, 9. Quoniam igitur omnis anima passionis tempore cuidam 927
veluti dubitationi subiecta fuit, secundum Domini vocem dicentis: *Omnes scandalizabimini in me;* vaticinatur Simeon et de ipsa Maria adstante cruci et vidente quae gerebantur et voces audiente; post Gabrielis testimonium, post arcanam divinae conceptionis cognitionem, post plurima exhibita miracula, erit, inquit, quaedam
422 et circa animam tuam fluctuatio. Oportebat enim Dominum pro omnibus gustare mortem, ac propitiationem mundi factum omnes iustificare in suo sanguine. Et te igitur ipsam, quae caelitus didicisti quae ad Dominum spectant, tanget quaedam dubitatio. Hoc designat gladius.

376 261, 2. Itaque si Domini in carne adventus non fuit, non dedit 928
redemptor pro nobis pretium morti, nec per se ipsum mortis
380 regnum resecuit. Si enim aliud esset quod mortis imperio sub-
413
415 iectum erat, aliud quod assumptum a Domino, non desiisset mors ea quae sua sunt operari, nec lucrum nostrum factae fuissent deiferae carnis passiones, non interemisset peccatum in carne, non

---

927. MG 32, 965. 928. MG 32, 969.

ἐζωοποιήθημεν ἐν τῷ Χριστῷ οἱ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθανόντες, οὐκ ἀνεπλάσθη τὸ διαπεπτωκός, οὐκ ἀνωρθώθη τὸ κατερραγμένον, οὐ προσῳκειώθη τῷ Θεῷ τὸ διὰ τῆς ἀπάτης τοῦ ὄφεως ἀλλοτριωθέν.

929 261, 3. Φαίνεται ὁ Κύριος τὰ μὲν φυσικὰ πάθη παρα- 402
δεξάμενος εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀληθινῆς καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν 396
ἐνανθρωπήσεως, τὰ δὲ ἀπὸ κακίας πάθη, ὅσα τὸ καθαρὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐπιρρυπαίνει, ταῦτα ὡς ἀνάξια τῆς ἀχράντου θεότητος ἀπωσάμενος. Διὰ τοῦτο εἴρηται «ἐν ὁμοιώματι γεγενῆσθαι σαρκὸς ἁμαρτίας» [Rom 8, 3]· οὐ γὰρ ἐν ὁμοιώματι σαρκός, ὡς τούτοις δοκεῖ, ἀλλ' «ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας». Ὥστε σάρκα μὲν τὴν ἡμετέραν ἀνέλαβε μετὰ τῶν φυσι- 398
κῶν αὐτῆς παθῶν, «ἁμαρτίαν δὲ οὐκ ἐποίησεν» [1 Petr 2, 22; cf. Is 53, 9].

Adversus Eunomium, 363—365.

930 L. 1, n. 10. Ἓν μὲν οὐδέν ἐστιν ὄνομα ὃ πᾶσαν ἐξαρκεῖ 110
τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν περιλαβὸν ἱκανῶς ἐξαγγεῖλαι· πλείω δὲ καὶ ποικίλα κατ' ἰδίαν ἕκαστον σημασίαν, ἀμυδρὰν μὲν παντελῶς καὶ μικροτάτην, ὡς πρὸς τὸ ὅλον, ἡμῖν γε μὴν ἐξαρκοῦσαν τὴν ἔννοιαν συναθροίζει. Ἐν τοίνυν τοῖς περὶ Θεοῦ λεγο- 116
μένοις ὀνόμασι, τὰ μὲν τῶν προσόντων τῷ Θεῷ δηλωτικά ἐστι, τὰ δὲ τὸ ἐναντίον, τῶν μὴ προσόντων. Ἐκ δύο γὰρ τούτων οἱονεὶ χαρακτήρ τις ἡμῖν ἐγγίνεται τοῦ Θεοῦ, ἔκ τε τῆς τῶν ἀπεμφαινόντων ἀρνήσεως καὶ ἐκ τῆς τῶν ὑπαρχόντων ὁμολογίας.

---

in Christo vivificati fuissemus, qui eramus in Adamo mortui, non resartum fuisset quod collapsum erat, non instauratum quod confractum, non coniunctum Deo quod serpentis fraude fuerat abalienatum.

929 261, 3. Liquet Dominum naturales quidem affectus suscepisse 402
ad confirmationem verae nec phantasticae incarnationis, vitiosos 396
vero affectus, qui nostrae vitae puritatem coinquinant, ut intaminata divinitate indignos reiecisse. Eam ob causam dictum est factum eum fuisse *in similitudine carnis peccati;* non utique in similitudine carnis, ut his videtur, sed *in similitudine carnis peccati.* Quare carnem nostram una cum naturalibus ipsius affectibus assumpsit, 398
peccatum vero *non fecit.*

930 1, 10. Nullum quidem nomen est quod totam Dei naturam 110
complexum sat eam possit enuntiare; plura vero et varia, singula in propria significatione, obscuram quidem omnino et perquam exiguam, si cum toto comparetur, nobis tamen sufficientem intellegentiam congerunt. Itaque inter nomina ea, quae de Deo di- 116
cuntur, aliqua significant quae Deo insunt; aliqua vero e contrario indicant quae ei non insunt. Ex his enim duobus, et ex eorum quae absunt negatione, et ex eorum quae adsunt confessione, velut quidam Dei character nobis imprimitur.

---

929. MG 32, 972. 930. MG 29, 533.

108 1, 14. Οἶμαι δὲ οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν 931
λογικὴν φύσιν ὑπερβαίνειν αὐτῆς [τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ] τὴν
117 κατάληψιν. Λογικὴν δὲ νῦν τὴν ἐν τῇ κτίσει λέγω. Υἱῷ γὰρ
μόνῳ γνωστὸς ὁ Πατὴρ καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι· ὅτι «Οὐδεὶς
οἶδε τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός» [Mt 11, 27], καὶ «Τὸ Πνεῦμα
πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ» [1 Cor 2, 10].... Εἰκὸς
αὐτὴν μὲν τὴν οὐσίαν ἀπερίοπτον εἶναι παντὶ πλὴν εἰ τῷ Μο-
114 νογενεῖ καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι· ἐκ δὲ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ Θεοῦ
ἀναγομένους ἡμᾶς, καὶ διὰ τῶν ποιημάτων τὸν ποιητὴν ἐν-
νοοῦντας, τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας λαμβάνειν
τὴν σύνεσιν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ ὃ πᾶσιν
ἀνθρώποις ὁ Θεὸς ἐφανέρωσεν [cf. Rom 1, 19].

95 1, 15. Ἐξετάζων γὰρ ἡμῶν ὁ νοῦς εἰ ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς 932
151 [cf. Rom 9, 5] ἑαυτοῦ τινα αἰτίαν ὑπερκειμένην ἔχει, εἶτα οὐ
δυνάμενος ἐπινοεῖν οὐδεμίαν, τὸ ἄναρχον αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἀγέν-
νητον προσηγόρευσεν.... Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος [ὁ Λουκᾶς] εἶπεν ὅτι
ὁ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ Θεοῦ [Lc 3, 38], οὕτως ἡμεῖς ἑαυτοὺς ἐρωτήσωμεν,
ὁ δὲ Θεὸς ἐκ τίνος; Ἆρα οὐχὶ πρόχειρόν ἐστιν ἐν τῇ ἑκάστῳ
διανοίᾳ ὅτι ἐξ οὐδενός; Τὸ δὲ ἐξ οὐδενὸς τὸ ἄναρχόν ἐστι
δηλονότι· τὸ δὲ ἄναρχον τὸ ἀγέννητον. Ὡς οὖν ἐπὶ ἀνθρώ-
πων οὐκ ἦν οὐσία τὸ ἔκ τινος, οὕτως οὐδὲ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν
ὅλων οὐσίαν ἐστὶν εἰπεῖν τὸ ἀγέννητον, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ ἐξ
οὐδενός.

---

108 1, 14. Ego vero ipsius [essentiae Dei] comprehensionem non 931
homines solum sed omnem etiam rationalem naturam excedere
117 arbitror. Nunc autem cum dico rationalem, creatam dico. Nam
soli Filio notus est Pater et Spiritui Sancto; *Nemo* enim *novit
Patrem nisi Filius*, et *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunditates
Dei*. . . . Constat ipsam quidem essentiam nulli nisi Unigenito et
114 Spiritui Sancto cogitabilem esse, sed ab operationibus Dei sub-
vectos nos et per ea, quae condita sunt, conditorem intellegentes,
sic bonitatem ac sapientiam eius percipere. De Deo enim notum
est quod cunctis hominibus Deus manifestavit.

95 1, 15. Nam cum mens nostra expendit, an Deus qui est super 932
151 omnia causam aliquam se superiorem habeat, nec tamen ullam
excogitare potest, eius vitam principio carentem ingenitam ap-
pellavit. . . . Quemadmodum igitur ille [Lucas] dixit Adam ex Deo
esse, sic nos nosmetipsos percontemur: Deus autem ex quo? Nonne
in uniuscuiusque mente promptum fuerit respondere: ex nullo?
Quod autem ex nullo est, utique sine principio est; et quod sine
principio est, id ingenitum est. Sicut ergo in hominibus origo ex
aliquo non est eorum essentia, sic neque in Deo universorum
ipsum esse ingenitum, quod idem est atque ex nullo esse, eius
essentiam dicere possumus.

---

931. MG 29, 544.
932. MG 29, 545.

933 2, 9. Τίς οὐκ οἶδεν ὅτι τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἀπολελυ- 116
μένως καὶ καθ' ἑαυτὰ προφερόμενα τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς
πραγμάτων ἐστὶ σημαντικά, τὰ δὲ πρὸς ἕτερα λεγόμενα τὴν
σχέσιν μόνην ἐμφαίνει τὴν πρὸς ἃ λέγεται; Οἷον, ἄνθρωπος
μέν, καὶ ἵππος, καὶ βοῦς, αὐτὸ ἕκαστον τῶν ὀνομαζομένων
παρίστησιν· υἱὸς δέ, ἢ δοῦλος, ἢ φίλος, μόνης τῆς πρὸς τὸ
συνεζευγμένον ὄνομα συναφείας ἐστὶ δηλωτικά. Ὁ τοίνυν
ἀκούσας γεννήματος οὐκ ἐπί τινα οὐσίαν τῇ διανοίᾳ φέρεται,
ἀλλ' ὅτι ἑτέρῳ ἐστὶ συναπτόμενον ἐννοεῖ. Τὸ γὰρ γέννημά τινος
λέγεται γέννημα.

934 2, 12. Ὁ δὲ Θεὸς τῶν ὅλων ἐξ ἀπείρου ἐστὶ Πατήρ, οὐκ 157
ἀρξάμενός ποτε τοῦ εἶναι Πατήρ. Οὔτε γὰρ τῇ τῆς δυνάμεως
ἐνδείᾳ πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ θελήματος ἐκωλύετο, οὔτε
αἰώνων τινῶν περίοδον ἀνέμενεν, ἵνα ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώ-
πων καὶ τῶν λοιπῶν ζῴων, μετὰ τὴν τῆς ἡλικίας συμπλήρωσιν
τῆς εἰς τὸ γεννᾶν αὐτῷ δυνάμεως προσελθούσης τὸ σπουδα-
ζόμενον περιγένηται (μαινομένων γὰρ ταῦτα καὶ ἐννοῆσαι καὶ
φθέγξασθαι), ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ ἀϊδιότητι συμπαρεκτεινομένην
ἔχει τήν, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, πατρότητα. Οὐκοῦν καὶ ὁ Υἱός,
πρὸ αἰῶνος ὢν καὶ ἀεὶ ὤν, οὐκ ἤρξατο τοῦ εἶναί ποτε, ἀλλ'
ἀφ' οὗ Πατήρ, καὶ Υἱός, καὶ εὐθὺς τῇ τοῦ Πατρὸς ἐννοίᾳ ἡ
τοῦ Υἱοῦ συνεισέρχεται. Ὁ γὰρ Πατὴρ Υἱοῦ Πατὴρ δηλονότι.
Ἀρχὴ μὲν οὖν Πατρὸς οὐδεμία, ἀρχὴ δὲ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατήρ· 151
μέσον δὲ τούτων οὐδέν.

---

933 2, 9. Quis nescit nomina ea, quae absolute et per se proferuntur, 116
subiectas sibi res significare, ea vero, quae respectu aliorum dicuntur, habitum solum, quem ad ea quae dicuntur habent, indicare? Exempli causa, homo, equus, bos, unamquamque rem quae nominatur indicant; filius vero, aut servus, aut amicus, solam quam cum coniuncto nomine habent affinitatem significant. Itaque qui genituram audit, non ad quamdam substantiam excogitandam mente fertur, sed cum alio iunctam eam esse intellegit. Genitura enim alicuius genitura dicitur.

934 2, 12. Deus universorum Pater est ex infinito, nec umquam 157
Pater esse coepit. Neque enim potentiae defectu, ne expleret voluntatem, detinebatur, neque ullorum saeculorum circuitus exspectavit, ut, sicut in hominibus et reliquis animalibus, ei generandi facultate post completam aetatem accedente, quod volebat assequeretur (insanientium enim est haec cogitare et loqui), sed, ut ita dicam, coextentam habet cum sua aeternitate paternitatem. Quamobrem et Filius, cum ante saecula sit et semper sit, numquam esse incepit, sed ex quo Pater est, et Filius est, et statim una cum Patris notione Filii quoque notio subrepit. Nam Pater Filii utique est Pater. Patris igitur origo nulla, origo vero Filii, 151
Pater; inter hos nihil est medii.

---

933. MG 29, 588. 934. MG 29, 593.

186 2, 14. Εὐνόμιος. Ἤτοι γὰρ ὄντα, φησίν, ἐγέννησεν ὁ 935
Θεὸς τὸν Υἱόν, ἢ οὐκ ὄντα. Ἀλλ' εἰ μὲν οὐκ ὄντα, μηδείς μοι, φησί, τόλμαν ἐπεγκαλείτω· εἰ δὲ ὄντα, οὐκ ἀτοπίας μόνον καὶ βλασφημίας, ἀλλὰ καὶ πάσης εὐηθείας ὑπερβολὴν ὁ λόγος ἔχει· τῷ γὰρ ὄντι οὐ δεῖ γεννήσεως. — Βασιλεῖος. . . .
157 Ἡμεῖς δὲ πρῶτον ἐκεῖνο τοὺς ἀκροατὰς ὑπομνήσομεν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἄγνοιαν ἀνθρωπικῶς ἐξακουόντων τῆς γεννήσεως τοῦ Υἱοῦ εἰς ἀνάγκην ἐληλυθὼς τῶν λόγων τούτων.

157 2, 17. Οὐδὲν γὰρ ἀλλοιότερον ἐρωτᾷ [Εὐνόμιος], ἢ εἰ καὶ 936
περὶ τοῦ Πατρὸς ἐπυνθάνετο, πότερον ὑπῆρχε πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως ἢ οὐχί. Ὡς γὰρ ἐκεῖ ἀνόητον τὸ ἐρώτημα, ἐπὶ
151 τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου ζητεῖν τὸ ἀνώτερον, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ἐπὶ τοῦ ἐξ ἀϊδίου τῷ Πατρὶ συνόντος, καὶ οὐδὲν ἔχοντος μέσον ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ γεννήσαντος, χρονικὰς ποιεῖσθαι τοῦ προτέρου τὰς ἐρωτήσεις, τῆς ἴσης ὄντως ἀνοίας. Παραπλήσιον γὰρ ἐρωτᾶν τί ἔσται μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ἀθανάτου, καὶ ἐπιζητεῖν τί ὑπῆρχε πρὸ τῆς γεννήσεως τοῦ ἀϊδίου. Οἱ δέ, ἐπειδὴ τὸ ἄναρχον τοῦ Πατρὸς ἄϊδιον ὀνομάζεται, ταὐτὸν τῷ ἀνάρχῳ τὸ ἄϊδιον ἀποφαίνουσι, καὶ ἐπειδὴ μὴ ἀγέννητος ὁ Υἱός, οὐδὲ ἄϊδιον εἶναι ὁμολογοῦσι. Πλεῖστον δὲ διαφέρει κατὰ τὴν ἔννοιαν. Ἀγέννητον μὲν γὰρ λέγεται τὸ μηδεμίαν ἀρχὴν ἑαυτοῦ μηδὲ αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι· ἄϊδιον δὲ τὸ χρόνου

---

186 2, 14. *Eunomius.* Aut enim exsistentem, inquit, genuit Deus 935
Filium, aut non exsistentem. Atqui si non exsistentem, nemo, inquit, incuset me temeritatis. Sin exsistentem, non absurditatem solum et blasphemiam, sed stoliditatem etiam omnem hic sermo excedit;
157 etenim qui est, generatione non indiget. — *Basilius.* . . . Nos illud primum auditores admonebimus, hunc illum esse qui, quod non pauci ex ignorantia generationem Filii humano more acciperent, coactus in hos sermones incidit.

157 2, 17. Nihil enim alienius quaerit [Eunomius], quam si de Patre 936
etiam percontaretur, utrum ante suam constitutionem fuerit annon.
151 Etenim ut illic quaestio stulta est, quaerere videlicet in eo, qui principio caret ac ingenitus est, superius quiddam, ita hic quoque de eo, qui ab aeterno est cum Patre nihilque habet medii inter se et genitorem, temporales facere de priore quaestiones, aequalis plane dementiae est. Nam perinde erit, ac si quis interroget quid futurum sit post obitum eius qui immortalis est, quaeratque quid exstiterit ante generationem sempiterni. Hi autem, quia principii in Patre privatio aeternitas nominatur, privationem principii decernunt idem esse atque aeternitatem, et quoniam Filius non est ingenitus, ne aeternum quidem esse profitentur. Sed tamen haec differunt plurimum significatione. Nam ingenitum dicitur quod neque principium sui ipsius neque causam ut sit habet; aeternum

---

935. MG 29, 597. 936. MG 29, 608.

παντὸς καὶ αἰῶνος κατὰ τὸ εἶναι πρεσβύτερον. Ὅθεν καὶ ὁ Υἱός, καὶ οὐκ ἀγέννητος, καὶ ἄϊδιος.

937 2, 18. Παντὶ οὖν δῆλον ὅτι ἔνθα καὶ ἄγγελος καὶ Θεὸς 147
ὁ αὐτὸς προσηγόρευται, ὁ Μονογενὴς ἐστι δηλούμενος, ἐμφανίζων ἑαυτὸν κατὰ γενεὰν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς τοῖς ἁγίοις ἑαυτοῦ διαγγέλλων. Ὥστε καὶ ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως ὄντα ἑαυτὸν ὀνομάσας, οὐκ ἄλλος τις παρὰ τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν ἐν ἀρχῇ ὄντα πρὸς τὸν Θεόν [cf. Io 1, 2], νοηθείη.

938 2, 22. Εὐνόμιος. Οὐ χρή, φησί, τῇ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ 186
Υἱοῦ προσέχοντας προσηγορίᾳ ἀνθρωπικὴν αὐτοῦ τὴν γέννησιν 112
ἐννοεῖν, κἀκ τῶν ἐν ἀνθρώποις γενέσεων ἀναγομένους, τοῖς τῆς μετουσίας ὀνόμασι καὶ πάθεσιν ὑπάγειν τὸν Θεόν. . . . 23. Βασιλεῖος. Καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνό γε ἂν εἴποι, ὡς κυρίως καὶ πρώτως ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τεταγμένων τῶν ὀνομάτων τούτων καταχρηστικῶς ἡμεῖς ἐπιλέγομεν τῷ Θεῷ. Ὁ γάρ τοι Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, πρὸς τὴν πάντων ἀρχὴν καὶ τὴν ἀληθῆ τῶν ὄντων αἰτίαν ἐπανάγων ἡμᾶς· «Ὑμεῖς δὲ μὴ καλέσητε, φησί, πατέρα ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστι Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος» [Mt 23, 9]. Πῶς οὖν ὡς σαρκικῶν παθῶν προηγουμένως ἐνδεικτικὰς ταύτας ἡμᾶς ἀξιοῖ τὰς φωνὰς ἀποπέμπεσθαι, ἃς ὁ Κύριος, ὡς τῇ ἀπαθείᾳ τοῦ Θεοῦ πρεπούσας, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων πρὸς αὐτὸν μετατίθησιν;

939 2, 28. Εἰ δ', ὅπερ ἐστὶν ἀληθές, γνωριστικάς τινας ἰδιότητας 178
ἐπιθεωρουμένας τῇ οὐσίᾳ δέχοιτό τις εἶναι τὸ γεννητὸν καὶ τὸ

---

vero, quod tempore omni et aevo secundum esse antiquius est. Unde et Filius, et est non ingenitus, et aeternus.

937 2, 18. Quare compertum est omnibus et exploratum, ubicumque 147
idem et angelus et Deus appellatus est, Unigenitum significari, cum se hominibus per singulas generationes manifestet, suisque sanctis Patris nuntiet voluntatem. Itaque qui et coram Moyse se ipse eum qui est nominavit, non alius praeter Deum Verbum, qui erat in principio apud Deum, intellegi poterit.

938 2, 22. *Eunomius.* Non oportet, inquit, cum Patris ac Filii 186
appellationem audimus, eius generationem humanam intellegere, 112
nec hominum generatione adductos Deum communionis nominibus aut passionibus subicere. . . . 23. *Basilius.* Neque vero illud dixerit, nomina haec, quae proprie ac primario de hominibus usurpata sunt, de Deo a nobis dici per abusum. Etenim Dominus noster Iesus Christus ad omnium principium et veram rerum causam nos reducens: *Vos autem nolite vocare,* inquit, *patrem vestrum in terra; unus enim est Pater vester caelestis.* Quomodo igitur voces has, tamquam si praecipue carnales affectus significarent, repudiandas censet, quas Dominus noster velut Dei apathiam decentes ab hominibus ad ipsum transfert?

939 2, 28. Quodsi quispiam, id quod verum est, genitum et in- 178
genitum vult esse indices quasdam proprietates, quae in substantia

---

937. MG 29, 612. 938. MG 29, 620. 939. MG 29, 637.

ἀγέννητον, πρὸς τὴν τρανὴν καὶ ἀσύγχυτον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ χειραγωγούσας ἔννοιαν, τόν τε τῆς ἀσεβείας διαφεύξεται κίνδυνον, καὶ τὸ ἐν τοῖς λογισμοῖς ἀκόλουθον διασώσει. Αἱ γάρ τοι ἰδιότητες, οἱονεὶ χαρακτῆρές τινες καὶ μορφαὶ ἐπιθεωρούμεναι τῇ οὐσίᾳ, διαιροῦσι μὲν τὸ κοινὸν τοῖς ἰδιάζουσι χαρακτῆρσι· τὸ δὲ ὁμοφυὲς τῆς οὐσίας οὐ διακόπτουσιν. Οἷον, κοινὴ μὲν ἡ θεότης, ἰδιώματα δέ τινα πατρότης καὶ υἱότης· ἐκ δὲ τῆς ἑκατέρου συμπλοκῆς, τοῦ τε κοινοῦ καὶ τοῦ ἰδίου, ἡ κατάληψις ἡμῖν τῆς ἀληθείας ἐγγίνεται.

160 3, 1. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ Πατρός, ὅτι 940
ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία, τῷ εἶναι αὐτοῦ Πατέρα, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης
166 ἐν ἑκατέρῳ μία· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν Υἱὸν τῇ τε τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι (ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν), οὐκέτ' ἂν εἰκότως, ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον
209 φύσεως, ἀκολουθεῖν, ἐκεῖθεν δῆλον. Ἄγγελοι πάντες, ὥσπερ προσηγορίας μιᾶς, οὕτω καὶ φύσεως πάντως τῆς αὐτῆς ἀλλήλοις τυγχάνουσιν· ἀλλ' ὅμως οἱ μὲν αὐτῶν ἐθνῶν προεστήκασιν, οἱ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πιστῶν εἰσι παρεπόμενοι.

206 3, 2. Ἀρχαὶ μὲν γὰρ καὶ ἐξουσίαι, καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη κτίσις, 941
353 ἐκ προσοχῆς καὶ ἐπιμελείας τὸν ἁγιασμὸν ἔχουσαι, οὐκ ἂν εἰκότως φύσει ἅγιαι εἶναι λέγοιντο. Ἐπορεγόμεναι γὰρ τοῦ

---

considerentur quaeque ad claram ac inconfusam Patris et Filii notionem quasi manu ducant, is et impietatis periculum effugiet et ratiocinationis consecutionem tuebitur. Nam proprietates, quae veluti quidam characteres ac formae in substantia considerantur, id quod commune est distinguunt quidem propriis characteribus, at substantiae communitatem non dirimunt. Exempli causa, deitas communis est, proprietates vero sunt paternitas et filiatio. Ex utriusque autem complexu, cum communis tum proprii, innascitur nobis comprehensio veritatis.

160 3, 1. Quemadmodum enim Filius ordine quidem a Patre se- 940
cundus est, quoniam ab illo est, ac dignitate, quoniam origo eius est et causa, ea re quod ipsius est Pater, et quoniam per ipsum accessus aditusque est ad Deum et Patrem, non autem
166 natura secundus, quoniam deitas in utroque una est, ita profecto et Spiritus Sanctus, etsi cum ordine tum dignitate secundus a Filio est (ut tandem hoc etiam concedamus), tamen non iure sequi ut
209 sit alienae naturae hinc patet. Nimirum angeli omnes, ut appellationem unam, ita etiam eamdem omnino inter se naturam habent; sed tamen ex iis alii quidem praefecti sunt gentibus, alii vero unicuique fidelium adiuncti comites sunt.

206 3, 2. Principatus enim et potestates ac reliquae eiusmodi crea- 941
353 turae, quae ex attentione ac studio sanctificationem habent, dici natura sanctae iure non possunt. Ita enim bonum appetunt, ut

---

940. MG 29, 656. 941. MG 29, 660.

καλοῦ, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης, καὶ τοῦ μέτρου τῆς ἁγιωσύνης μεταλαμβάνουσι. . . . Διαφορὰ δὲ αὐταῖς πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον αὕτη, ὅτι τῷ μὲν φύσις ἡ ἁγιωσύνη, ταῖς δὲ ἐκ μετουσίας ὑπάρχει τὸ ἁγιάζεσθαι. 175

942 4, 3 (Ὅτι οὐ κτίσμα ὁ Υἱός), 1. Εἰ κτίσμα Θεοῦ ὁ Υἱός, πᾶν δὲ κτίσμα δοῦλον τοῦ κτίστου· δοῦλος ὁ Χριστός, καὶ οὐχ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἔλαβεν οὖν μορφὴν δούλου, κύριος ὤν, ἀλλ' ἦν δοῦλος. Τὸ ποίημα τῷ ποιητῇ τῆς αὐτῆς δυνάμεως οὐ κοινωνεῖ· οὐδὲν ἄρα κοινόν ἐστιν Υἱοῦ καὶ Πατρός, οὐδὲ ἡ κτίσις, εἴπερ ποίημα καὶ οὐ γέννημα ὁ Υἱός. 152 153 190

De Spiritu Sancto, 375.

nec audiri, nec existimari, homo qui pro nihilo in mundo existimatur, cinis, faenum, vanitas, familiaris fit, in filii locum a Deo universorum assumptus. Quid gratia illa dignum est invenire ad gratiarum actionem? Quam vocem, quam cogitationem, quem animi motum, per quem gratia insuperabilis celebretur? Excedit suam naturam homo, immortalis factus ex mortali, incorruptibilis ex corruptibili, aeternus ex caduco, et in summa deus ex homine. Nam dignus habitus, qui Dei filius fiat, habebit omnino in se patris dignitatem, et omnium fit paternorum bonorum heres. O liberalitatem divitis Domini!

1026. MG 44, 1165. 1027. MG 44, 1280.

Oratio catechetica, 385 aut post.

1028 1. Δύναμίς τις καὶ ζωὴ καὶ σοφία περὶ τὸ ἀνθρώπινον 112
βλέπεται· ἀλλ' οὐκ ἄν τις ἐκ τῆς ὁμωνυμίας τοιαύτην καὶ ἐπὶ
τοῦ Θεοῦ τὴν ζωὴν ἢ τὴν δύναμιν ἢ τὴν σοφίαν ὑπονοήσειεν,
ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας μέτρον συνταπεινοῦνται
καὶ αἱ τῶν τοιούτων ὀνομάτων ἐμφάσεις. Ἐπειδὴ γὰρ φθαρτὴ
καὶ ἀσθενὴς ἡμῶν ἡ φύσις, διὰ τοῦτο ὠκύμορος ἡ ζωή, ἀνυπό-
στατος ἡ δύναμις, ἀπαγὴς ὁ λόγος. Ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερκειμένης 115
φύσεως τῷ μεγαλείῳ τοῦ θεωρουμένου πᾶν τὸ περὶ αὐτῆς
λεγόμενον συνεπαίρεται.

1029 3. Τὸν ἀκριβῶς τὰ βάθη τοῦ μυστηρίου διασκοπούμενον 149
ἐν μὲν τῇ ψυχῇ κατὰ τὸ ἀπόρρητον μετρίαν τινὰ κατανόησιν 150
τῆς κατὰ τὴν θεογνωσίαν διδασκαλίας λαμβάνειν, μὴ μέντοι
δύνασθαι λόγῳ διασαφεῖν τὴν ἀνέκφραστον ταύτην τοῦ μυ-
στηρίου βαθύτητα· πῶς τὸ αὐτὸ καὶ ἀριθμητόν ἐστι καὶ δια-
φεύγει τὴν ἐξαρίθμησιν, καὶ διηρημένως ὁρᾶται καὶ ἐν μονάδι
καταλαμβάνεται, καὶ διακέκριται τῇ ὑποστάσει καὶ οὐ διώρισται
τῷ ὑποκειμένῳ.

1030 8. Ἐπειδὴ δὲ σύνδεσίς τις καὶ κοινωνία τῶν κατὰ ἁμαρτίαν 583
παθημάτων γίνεται τῇ τε ψυχῇ καὶ τῷ σώματι, καί τις ἀναλογία
τοῦ σωματικοῦ θανάτου πρὸς τὸν ψυχικὸν ἐστὶ θάνατον· ὥσπερ
γὰρ ἐν σαρκὶ τὸ τῆς αἰσθητῆς χωρισθῆναι ζωῆς προσαγορεύομεν
θάνατον, οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τὸν τῆς ἀληθοῦς ζωῆς 296
χωρισμὸν θάνατον ὀνομάζομεν.

1028 1. Virtus quaedam et vita et sapientia in homine cernuntur, 112
sed nemo ex nominum identitate similem apud Deum vitam vel
virtutem vel sapientiam esse intelleget; sed secundum modum
naturae nostrae sensus similium nominum deprimuntur. Quia enim
corruptibilis et imbecilla est natura nostra, brevis est vita, infirma
virtus, inconstans sermo. In suprema autem natura quidquid de 115
ipsa dicitur, simul cum magnitudine spectati extollitur.

1029 3. Qui diligenter profunditatem mysterii considerat, in anima 149
quidem secreto mediocrem aliquam scientiae Dei doctrinam capit, 150
nequit tamen sermone manifestare ineffabilem illam mysterii pro-
funditatem: quomodo idem et sit numeratum et numerationem
fugiat, et divisim cernatur et in unitate comprehendatur, et di-
stinguatur hypostasi et non separetur subiecto.

1030 8. Quoniam autem et corpori est quaedam societas et com- 583
munio earum quae ex peccato exsistunt affectionum, et mortis
corporalis est quaedam analogia cum morte animae; quomodo
enim in carne a sensili vita separatum esse mortem dicimus, ita 296
etiam in anima appellamus mortem a vera vita separationem.

1028. Sr (= Srawley) 8; MG 45, 13. 1029. Sr 15; MG 45, 17.
1030. Sr 45; MG 45, 36.

381 11. Εἰ δὲ ζητεῖς πῶς κατακιρνᾶται θεότης πρὸς τὸ ἀν- 1031
θρώπινον, ὥρα σοι πρὸ τούτου ζητεῖν τί πρὸς τὴν σάρκα τῆς
ψυχῆς ἡ συμφυία. Εἰ δὲ τῆς σῆς ἀγνοεῖται ψυχῆς ὁ τρόπος
καθ' ὃν ἑνοῦται τῷ σώματι, μηδὲ ἐκεῖνο πάντως οἷου δεῖν
ἐντὸς γενέσθαι τῆς σῆς καταλήψεως· ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα καὶ
ἕτερον εἶναί τι παρὰ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν πεπιστεύκαμεν ἐκ
583 τοῦ μονωθεῖσαν τῆς ψυχῆς τὴν σάρκα νεκράν τε καὶ ἀνενέργη-
τον γίνεσθαι, καὶ τὸν τῆς ἑνώσεως οὐκ ἐπιγινώσκομεν τρόπον,
οὕτω κἀκεῖ διαφέρειν μὲν ἐπὶ τὸ μεγαλοπρεπέστερον τὴν θείαν
φύσιν πρὸς τὴν θνητὴν καὶ ἐπίκηρον ὁμολογοῦμεν, τὸν δὲ τῆς
ἀνακράσεως τρόπον τοῦ θείου πρὸς τὸν ἄνθρωπον συνιδεῖν
25 οὐ χωροῦμεν. Ἀλλὰ τὸ μὲν γεγενῆσθαι Θεὸν ἐν ἀνθρώπου
φύσει διὰ τῶν ἱστορουμένων θαυμάτων οὐκ ἀμφιβάλλομεν.

88 12. Ὥσπερ τοίνυν εἰς τὸ πᾶν ἀφορῶντες, καὶ τὰς κατὰ 1032
τὸν κόσμον οἰκονομίας ἐπισκοποῦντες καὶ τὰς εὐεργεσίας τὰς
θεόθεν κατὰ τὴν ζωὴν ἡμῖν ἐνεργουμένας, ὑπερκεῖσθαί τινα
δύναμιν ποιητικὴν τῶν γιγνομένων καὶ συντηρητικὴν τῶν ὄντων
25 καταλαμβάνομεν, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ διὰ σαρκὸς ἡμῖν φανερω-
θέντος Θεοῦ ἱκανὴν ἀπόδειξιν τῆς ἐπιφανείας τῆς θεότητος
τὰ κατὰ τὰς ἐνεργείας θαύματα πεποιήμεθα, πάντα τοῖς ἱστορη-
θεῖσιν ἔργοις, δι' ὧν ἡ θεία χαρακτηρίζεται φύσις, κατανοή-
σαντες.

602 26. Καθάπερ οἱ ἐπὶ θεραπείᾳ τεμνόμενοί τε καὶ καιόμενοι 1033
χαλεπαίνουσι τοῖς θεραπεύουσι, τῇ ὀδύνῃ τῆς τομῆς δριμυσ-

---

381 11. Si vero quaeris quomodo divinitas cum humanitate con- 1031
iungatur, tibi prius quaerendum est quae sit unio animae cum
carne. Si autem ignoratur modus quo tua anima unitur corpori,
ne putes illud omnino oportere a te comprehendi; sed sicut hic
583 credimus animam esse aliquid aliud ac corpus, eo quod caro
separata ab anima mortua fiat nec possit operari, et tamen modum
unionis ignoramus; ita etiam illic confitemur divinam naturam
differre quoad maiestatem a natura quae morti et interitui obnoxia
est, modum autem coniunctionis divinitatis cum humanitate per-
25 spicere non valemus. Deum tamen in hominis natura genitum
esse, propter ea quae narrantur miracula non dubitamus.

88 12. Quemadmodum in universum intuentes, et mundi guber- 1032
nationem considerantes, et beneficia quibus divinitus vita nostra
afficitur, apprehendimus summam esse virtutem effectricem eorum
25 quae fiunt et conservantem ea quae sunt; ita etiam de Deo nobis
per carnem manifestato sufficientem manifestationis divinitatis
demonstrationem fecimus per operationis miracula, animadvertentes
in narratis operibus omnia per quae divina natura insignitur.

602 26. Quo modo qui, ut curentur, secantur et uruntur, irascuntur 1033
iis qui curant, dolore sectionis excitati; quodsi acciderit ut per

---

1031. Sr 57; MG 45, 44. 1032. Sr 58; MG 45, 44.
1033. Sr 99; MG 45, 69.

σόμενοι, εἰ δὲ τὸ ὑγιαίνειν διὰ τούτων προσγένοιτο καὶ ἡ τῆς καύσεως ἀλγηδὼν παρέλθοι, χάριν εἴσονται τοῖς τὴν θεραπείαν ἐπ' αὐτῶν ἐνεργήσασι· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς μακραῖς περιόδοις ἐξαιρεθέντος τοῦ κακοῦ τῆς φύσεως, τοῦ νῦν αὐτῇ καταμιχθέντος καὶ συμφυέντος, ἐπειδὰν ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις τῶν νῦν ἐν κακίᾳ κειμένων γένηται, ὁμόφωνος ἡ εὐχαριστία παρὰ πάσης ἔσται τῆς κτίσεως, καὶ τῶν ἐν τῇ καθάρσει κεκολασμένων καὶ τῶν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐπιδεηθέντων καθάρσεως.

1034 31. Ἀλλ' οὐκ ἀποροῦσιν οὐδὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα [infideles] τῆς 334
ἐριστικῆς ἀντιλογίας. Λέγουσι γὰρ δύνασθαι τὸν Θεόν, εἴπερ ἐβούλετο, καὶ τοὺς ἀντιτύπως ἔχοντας ἀναγκαστικῶς ἐφελκύσασθαι πρὸς τὴν παραδοχὴν τοῦ κηρύγματος. Ποῦ τοίνυν ἐν τούτοις τὸ αὐτεξούσιον; Ποῦ δὲ ἡ ἀρετή; Ποῦ δὲ τῶν κατορθούντων ὁ ἔπαινος; Μόνων γὰρ τῶν ἀψύχων ἢ τῶν ἀλόγων ἐστὶ τῷ ἀλλοτρίῳ βουλήματι πρὸς τὸ δοκοῦν περιάγεσθαι.

1035 37. Δειχθέντος μὴ εἶναι δυνατὸν ἐν ἀθανασίᾳ γενέσθαι τὸ 510
ἡμέτερον σῶμα μὴ διὰ τῆς πρὸς τὸ ἀθάνατον κοινωνίας ἐν μετουσίᾳ τῆς ἀφθαρσίας γινόμενον, σκοπῆσαι προσήκει πῶς 492
ἐγένετο δυνατὸν τὸ ἓν ἐκεῖνο σῶμα ταῖς τοσαύταις τῶν πιστῶν μυριάσι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εἰς ἀεὶ καταμεριζόμενον ὅλον ἑκάστου διὰ τοῦ μέρους γίνεσθαι καὶ αὐτὸ μένειν ἐφ' ἑαυτοῦ ὅλον. . . . Τὸ δὲ σῶμα τῇ ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ Λόγου 489
πρὸς τὴν θεϊκὴν ἀξίαν μετεποιήθη. Καλῶς οὖν καὶ νῦν τὸν

---

eos sani fiant, et dolor transeat sectionis, habebunt gratiam iis qui ipsos curaverint; eodem modo cum per longum tempus ablatum fuerit naturae malum, quod nunc est ei immixtum et coalitum, et eorum, qui nunc iacent in malis, facta fuerit in antiquum statum restitutio, una voce agentur gratiae ab omni creatura, et ab iis qui castigati fuerunt in purgatione, et ab iis qui ne initio quidem purgatione opus habuerunt.

1034 31. Sed neque ad haec [infideles] in litigiosa deficiunt contra- 334
dictione. Dicunt enim Deum posse, si velit, eos etiam, qui resistunt, necessario compellendo attrahere ad suscipiendam praedicationem. Ubi est ergo in his liberum arbitrium? Ubi virtus? Ubi laus eorum, qui recte se gerunt? Est enim solum inanimorum aut irrationalium aliena voluntate ad id quod apparet adduci.

1035 37. Cum ostensum sit aliter fieri non posse ut nostrum corpus 510
sit in immortalitate, nisi per communionem cum immortali factum sit particeps incorruptionis, oportet considerare, quomodo fieri po- 492
tuerit ut unum illud corpus, quod tam multis fidelium milibus in universo orbe terrarum semper distribuitur, totum per partem sit unicuique, et ipsum in se totum maneat. . . . Corpus inhabitatione 489
Dei Verbi ad divinam transmutatum est dignitatem; recte ergo

1034. Sr 113; MG 45, 77.
1035. Sr 144; MG 45, 93.

τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ Λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἄρτος τῇ δυνάμει ἦν, ἡγιάσθη δὲ τῇ ἐπισκηνώσει τοῦ Λόγου τοῦ σκηνώσαντος ἐν τῇ σαρκί. Οὐκοῦν ὅθεν ὁ ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι μεταποιηθεὶς ἄρτος εἰς θείαν μετέστη δύναμιν, διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ νῦν τὸ ἴσον γίνεται. Ἐκεῖ τε γὰρ ἡ τοῦ Λόγου χάρις ἅγιον ἐποίει τὸ σῶμα ᾧ ἐκ τοῦ ἄρτου ἡ σύστασις ἦν,
497 καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸ ἄρτος ἦν· ἐνταῦθά τε ὡσαύτως ὁ ἄρτος, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἁγιάζεται διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, οὐ διὰ βρώσεως προϊὼν εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι τοῦ Λόγου, ἀλλ' εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα διὰ τοῦ λόγου μεταποιούμενος, καθὼς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Λόγου ὅτι «Τοῦτό ἐστι
509 τὸ σῶμά μου» [Mt 26, 26; Mc 14, 22; Lc 22, 19]. . . . Πᾶσι τοῖς πεπιστευκόσι τῇ οἰκονομίᾳ τῆς χάριτος ἑαυτὸν ἐνσπείρει
502 διὰ τῆς σαρκός, ἧς ἡ σύστασις ἐξ οἴνου τε καὶ ἄρτου ἐστί, τοῖς σώμασι τῶν πεπιστευκότων κατακιρνάμενος, ὡς ἂν τῇ πρὸς τὸ ἀθάνατον ἑνώσει καὶ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀφθαρσίας μέτοχος γένοιτο. Ταῦτα δὲ δίδωσι τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν.

592 40. Οὔτε μὴν ἡ ἀλγεινὴ τῶν πεπλημμεληκότων ζωὴ πρός 1036
τι τῶν τῇδε λυπούντων τὴν αἴσθησιν ὁμοτίμως ἔχει. Ἀλλὰ κἂν ἐπονομασθῇ τι τῶν ἐκεῖ κολαστηρίων τοῖς ὧδε γνωριζομένοις ὀνόμασιν, οὐκ ἐν ὀλίγῳ τὴν παραλλαγὴν ἔχει. Πῦρ γὰρ ἀκούων ἄλλο τι παρὰ τοῦτο νοεῖν ἐδιδάχθης ἐκ τοῦ προσκεῖσθαί

---

nunc quoque panem Dei verbo sanctificatum in Dei Verbi corpus credimus transmutari. Etenim panis erat potestate illud corpus; fuit autem sanctificatus habitatione Verbi, quod tamquam in tabernaculo habitavit in carne. Igitur unde panis in illo corpore transmutatus transit in divinam virtutem, per idem nunc fit similiter. Nam et illic gratia Verbi sanctum fecit corpus, cui ex pane erat substantia, et quodam modo ipsum quoque erat
497 panis; et hic similiter panis, sicut dicit apostolus, sanctificatur per verbum Dei et orationem, non eo quidem quod cibo mediante in Verbi corpus evadat, sed quod statim in corpus per verbum transmutatur, sicut dictum est a Verbo: *Hoc est corpus*
509 *meum*. . . . Per suae gratiae dispensationem se per carnem, quae
502 constat ex pane et vino, inserit omnibus credentibus, commixtus corporibus credentium, ut per unionem cum eo quod est immortale homo etiam fiat particeps incorruptionis. Haec autem dat transelementando in illud, per virtutem benedictionis, naturam eorum quae apparent.

592 40. Nec misera peccatorum vita ad aliquid eorum, quae sensum 1036
illic cruciant, aequiparatur. Sed etsi nominetur aliqua earum poenarum nominibus hic cognitis, non parvum discrimen habet. Ignem enim audiens, alium atque hunc intellegere didicisti, quia adiacet

---

1036. Sr 163; MG 45, 104.

τι τῷ πυρὶ ἐκείνῳ, ὃ ἐν τούτῳ οὐκ ἔστι· τὸ μὲν γὰρ οὐ σβέννυται, τούτου δὲ πολλὰ παρὰ τῆς πείρας ἐξεύρηται τὰ σβεστήρια, πολλὴ δὲ τοῦ σβεννυμένου πρὸς τὸ μὴ παραδεχόμενον σβέσιν ἡ διαφορά.

Quod non sint tres dii [Ad Ablabium].

1037 Πᾶσα ἐνέργεια ἡ θεόθεν ἐπὶ τὴν κτίσιν διήκουσα, καὶ κατὰ 180
τὰς πολυτρόπους ἐννοίας ὀνομαζομένη, ἐκ Πατρὸς ἀφορμᾶται καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ πρόεισι, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τῷ Ἁγίῳ τελειοῦται. Διὰ τοῦτο εἰς πλῆθος τῶν ἐνεργούντων τὸ ὄνομα τῆς ἐνεργείας οὐ διασχίζεται.

1038 Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς [θείας] φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν 172
κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου· καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος, πάλιν ἄλλην διαφορὰν ἐννοοῦμεν· τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, 167
τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ αὐτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης.

De communibus notionibus.

1039 Ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ πρόσωπον τοῦ Πατέρος, ἐξ οὗ ὁ Υἱὸς 153
γεννᾶται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκπορεύεται. Διὸ καὶ κυρίως 167

---

aliquid illi igni quod in hoc non est. Ille enim non exstinguitur, hunc autem multa per experientiam inventa sunt quae exstinguant; qui exstinguitur autem, a non admittente exstinctionem multum differt.

1037 Omnis operatio divinitus ad creaturam perveniens, et secundum 180
varios conceptus nominata, ex Patre oritur et per Filium progreditur et in Spiritu Sancto perficitur. In multitudinem operantium nomen operationis non dividitur.

1038 Naturam [divinam] absque varietate esse profitentes, non nega- 172
bimus causae et causati discrimen, in quo solo alterum ab altero distingui apprehendimus, quia alterum causa esse creditur, alterum ex causa; et in eo quod est ex causa, rursus aliud discrimen intellegimus; alterum enim ex primo continenter est; alterum per id quod est ex primo continenter; ita ut unigenitum esse maneat indubitate in Filio, et ex Patre esse Spiritum non dubitetur; quia 167
medietas Filii servat ei unigeniti proprietatem, et habitus ad Patrem naturalis non excludit Spiritum.

1039 Una enim est et eadem persona Patris, ex quo Filius gene- 153
ratur et Spiritus Sanctus procedit. Ideo proprie unum qui est 167

1037. MG 45, 125. 1038. MG 45, 133. 1039. MG 45, 180.

τὸν ἕνα αἴτιον ὄντα τῶν αὐτοῦ αἰτιατῶν, ἕνα Θεόν φαμεν·
180 ἐπεὶ καὶ συνυπάρχει αὐτοῖς. Οὔτε γὰρ χρόνῳ διαιρεῖται ἀλλήλων τὰ πρόσωπα τῆς θεότητος, οὔτε τόπῳ, οὐ βουλῇ, οὐκ ἐπιτηδεύματι, οὐκ ἐνεργείᾳ, οὐ πάθει οὐδενὶ τῶν τοιούτων,
178 οἵαπερ θεωρεῖται ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων· ἢ μόνον ὅτι ὁ Πατὴρ Πατήρ ἐστι, καὶ οὐχ Υἱός· Υἱὸς Υἱός ἐστι, καὶ οὐ Πατήρ· ὁμοίως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον οὐδὲ Πατὴρ οὐδὲ Υἱός.

Contra Eunomium.

151 L. 1. Πατὴρ μὲν ἄναρχος καὶ ἀγέννητος καὶ ἀεὶ Πατὴρ 1040
157 νοεῖται· ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὸ προσεχὲς ἀδιαστάτως ὁ μονο-
170 γενὴς Υἱὸς τῷ Πατρὶ συνεπινοεῖται· δι' αὐτοῦ δὲ καὶ μετ' αὐτοῦ, πρίν τι κενόν τε καὶ ἀνυπόστατον διὰ μέσου παρεμπεσεῖν νόημα, εὐθὺς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον συνημμένως
166 καταλαμβάνεται· οὐχ ὑστερίζον κατὰ τὴν ὕπαρξιν μετὰ τὸν Υἱόν· ὥστε ποτὲ τὸν Μονογενῆ δίχα τοῦ Πνεύματος νοηθῆναι· ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, καὶ αὐτὸ τὴν αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι, ὅθεν καὶ τὸ μονογενές ἐστι φῶς, διὰ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐκλάμψαν· οὔτε διαστήματι, οὔτε φύσεως ἑτερότητι τοῦ Πατρὸς ἢ τοῦ Μονογενοῦς ἀποτέμνεται.

97 1. Ἀλλ' οὔτε ἔστιν οὔτε μὴ γένηται δόγμα τοιοῦτον ἐν 1041
ἐκκλησίᾳ Θεοῦ· ὥστε τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον μὴ μόνον πολυειδῆ καὶ ποικίλον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐναντίων συγκείμενον ἀποφαίνεσθαι. Ἡ γὰρ ἁπλότης τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων τὸν

---

causa causatorum ipsius, unum Deum asserimus, quia coexsistit
180 illis. Neque enim tempore dividuntur ab invicem personae divinitatis, neque loco, neque voluntate, neque occupatione, neque operatione, neque ullo eorum affectuum quales conspiciuntur apud
178 homines; sed solum quia Pater Pater est et non Filius; Filius Filius est et non Pater; similiter et Spiritus Sanctus nec Pater nec Filius.

151 1. Pater principii expers et ingenitus et semper Pater intel- 1040
157 legitur; ex ipso constanter et indesinenter unigenitus Filius una
170 cum Patre intellegitur; per ipsum et cum ipso, antequam aliquid inane et non subsistens intellectum in medium incidat, statim
166 Spiritus Sanctus et coniunctim apprehenditur. Non posterior est Filio in exsistentia, quasi umquam Unigenitus absque Spiritu intellegeretur; sed ex Deo universorum ipse habet causam cur sit, ex quo unigenitum est lumen, per verum autem lumen lucet; nec igitur intervallo, nec naturae diversitate a Patre vel Unigenito separatur.

97 1. At nec est nec oriatur talis doctrina in ecclesia Dei, quae 1041
simplicem et incompositum non solum multiformem et varium praedicet, sed etiam ex contrariis constantem. Simplicitas enim

---

1040. MG 45, 369; O (= Oehler) 1, 98.
1041. MG 45, 461; O 1, 159.

Θεὸν ὅπερ ἔστιν ὑποτίθεται· οὔτε ὀνόματι, οὔτε διανοήματι, 108
οὔτε τινὶ ἄλλῃ καταληπτικῇ ἐπινοίᾳ περιληφθῆναι δυνάμενον·
οὐ μόνον ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ καὶ ἀγγελικῆς καὶ πάσης ὑπερ-
κοσμίου καταλήψεως ὑψηλότερον μένοντα, ἄφραστόν τε καὶ
ἀνεκφώνητον, καὶ πάσης τῆς διὰ λόγων σημασίας ἀνώτερον.
1042 3. Εἰ δέ τις ἀπαιτοίη τῆς θείας οὐσίας ἑρμηνείαν τινὰ 108
καὶ ὑπογραφὴν καὶ ἐξήγησιν, ἀμαθεῖς εἶναι τῆς τοιαύτης σο-
φίας οὐκ ἀρνησόμεθα· τοσοῦτον ὁμολογοῦντες μόνον, ὅτι οὐκ 99
ἔστι τὸ ἀόριστον κατὰ τὴν φύσιν ἐπινοίᾳ τινὶ ῥημάτων δια-
ληφθῆναι.
1043 4. Κἀκεῖνος τοίνυν τοῦτο πρῶτον ἐπιδειξάτω, τὸ μάτην 153
πεπιστευκέναι τὴν ἐκκλησίαν ἀληθῶς εἶναι τὸν μονογενῆ Υἱόν,
οὐ κατὰ θέσιν εἰσποιηθέντα ψευδωνύμῳ Πατρί, ἀλλὰ κατὰ
φύσιν γεννητῶς ἐκ τοῦ ὄντος ὄντα, μὴ ἀπεξενωμένον τῆς τοῦ 158
γεννήσαντος φύσεως. . . . Καί μοι μηδεὶς ὑποκρουέτω καὶ τὸ 80
παρ' ἡμῶν διομολογούμενον διὰ κατασκευῆς κυρωθῆναι· ἀρκεῖ
γὰρ εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἡμετέρου λόγου τὸ ἔχειν πατρόθεν
ἥκουσαν πρὸς ἡμᾶς τὴν παράδοσιν, οἷόν τινα κλῆρον δι' ἀκο-
λουθίας ἐκ τῶν ἀποστόλων διὰ τῶν ἐφεξῆς ἁγίων παρα-
πεμφθέντα.
1044 5. [Ἴσμεν] ὅτι ἡ μὲν θεία φύσις ἀεὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ καὶ 390
ὡσαύτως ἔχουσα· ἡ δὲ σὰρξ καθ' ἑαυτὴν μέν ἐστι τοῦτο ὅπερ
καταλαμβάνει περὶ αὐτῆς ὁ λόγος τε καὶ ἡ αἴσθησις· ἀνακρα-

---

doctrinae veritatis Deum ponit sicut est: nec nomine, nec cogi- 108
tatione, nec ulla alia mentis apprehensione comprehensibilem; non
solum humana, sed etiam angelica et omni suprahumana appre-
hensione altiorem manentem, ineffabilem et inenarrabilem, et omni
vocum significatione excelsiorem.
1042 3. Si quis postulat divinae substantiae interpretationem aliquam 108
et descriptionem et enarrationem, ignaros nos esse talis scientiae
non negabimus, hoc solum profitentes, quod infinitum secundum 99
naturam conceptu aliquo vocum comprehendi nequit.
1043 4. Ille igitur hoc primum ostendat, ecclesiam frustra credidisse 153
vere esse unigenitum Filium, non adoptione adscitum falsi nominis
Patri, sed secundum naturam per generationem ex eo qui est
exsistentem, non alienum ab eius qui genuit natura. . . . Neque 158
ullus mihi succrepet quod illud etiam, quod a nobis pro confesso 80
habetur, rationibus et argumentis indigeat confirmari et probari;
sufficit enim ad nostri sermonis demonstrationem quod habeamus
a patribus venientem ad nos traditionem, velut hereditatem quam-
dam per successionem ex apostolis per sanctos sequentes trans-
missam.
1044 5. [Scimus] quod divina quidem natura semper una et eadem 390
est et eodem modo se habet; caro autem per se illud est quod
de ipsa concipit ratio et sensus; sed coniuncta cum divinitate, non

1042. MG 45, 601; O 1, 254. 1043. MG 45, 653; O 1, 287.
1044. MG 45, 705; O 1, 320.

θεῖσα δὲ πρὸς τὸ θεῖον, οὐκέτι ἐν τοῖς ἑαυτῆς ὅροις τε καὶ ἰδιώμασι μένει, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἐπικρατοῦν τε καὶ ὑπερέχον ἀναλαμβάνεται. Διαμένει δὲ ἀσύγχυτος τῶν τε τῆς σαρκὸς καὶ τῶν τῆς θεότητος ἰδιωμάτων ἡ θεωρία, ἕως ἂν ἐφ' ἑαυτῶν θεωρεῖται τούτων ἑκάτερον· οἷόν τι λέγων· Ὁ Λόγος πρὸ τῶν αἰώνων ἦν, ἡ σὰρξ δὲ ἐπὶ τῶν ἐσχάτων ἐγένετο χρόνων. . . . Ποία μορφὴ ἐπὶ τοῦ πάθους ῥαπίζεται, καὶ ποία ἐξ ἀϊδίου δοξάζεται; Φανερὰ γὰρ ταῦτα κἂν μή τις ἐφερμηνεύσῃ τῷ λόγῳ, ὅτι αἱ μὲν πληγαὶ τοῦ δούλου, ἐν ᾧ ὁ δεσπότης, αἱ 92 δὲ τιμαὶ τοῦ δεσπότου περὶ ὃν ὁ δοῦλος· ὡς διὰ τὴν συνάφειάν τε καὶ συμφυΐαν κοινὰ γίνεσθαι ἑκατέρας τὰ ἀμφότερα, τοῦ δεσπότου τοὺς δουλικοὺς μώλωπας εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνοντος, καὶ τοῦ δούλου τῇ δεσποτικῇ δοξαζομένου τιμῇ· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ Κυρίου τῆς δόξης ὁ σταυρὸς λέγεται.

65 7. Ἡ θεόπνευστος γραφή, καθὼς ὁ θεῖος ἀπόστολος αὐτὴν 1045
67 ὀνομάζει, τοῦ Ἁγίου Πνεύματός ἐστι γραφή. Τὸ δὲ βούλημα ταύτης, ἡ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν ὠφέλεια. «Πᾶσα» γάρ, φησί, «γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος» [2 Tim 3, 16].

94 8. Ἕν γνώρισμα τῆς ἀληθινῆς θεότητος ὁ τῆς ἁγίας γραφῆς 1046 ὑποδείκνυσι λόγος, ὃ διὰ τῆς ἄνωθεν φωνῆς ἐδιδάχθη ὁ Μωσῆς, ἀκούσας τοῦ εἰπόντος ὅτι «Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν» [Ex 3, 14]. Οὐκοῦν τοῦτο μόνον θεῖον εἶναι ὡς ἀληθῶς πιστεύειν οἰόμεθα δεῖν, ὃ κατὰ τὸ ἀΐδιόν τε καὶ ἀόριστον ἐν τῷ εἶναι καταλαμβάνεται·

---

iam in suis terminis et proprietatibus manet, sed assumitur ad id quod validius et superius est. Adhuc tamen separatim considerari possunt proprietates carnis et divinitatis, si in se ipso utrumque spectatur, ut si dicitur: Verbum ante saecula erat, caro autem in extremis temporibus facta est. . . . Quae facies in passione colaphis caeditur, et quae ab aeterno glorificatur? Hoc clarum est, etiamsi quis sermone non explicet, quod plagae sunt servi, in quo est dominus, honores autem domini, circa quem est servus; ita ut 92 propter coniunctionem et unionem naturalem ambo fiant utriusque communia, domino serviles vibices in se ipsum assumente, et servo per domini honorem glorificato. Propterea enim crux quoque dicitur Domini gloriae.

65 7. Divinitus inspirata scriptura, sicut ipsam divinus apostolus 1045
67 nominat, Sancti Spiritus est scriptura; huius autem voluntas, hominum est utilitas. *Omnis* enim, inquit, *scriptura divinitus inspirata et utilis.*

94 8. Unum indicium verae divinitatis ostendit sermo sanctae scrip- 1046 turae, quod per supernam vocem didicit Moyses, audiens dicentem: *Ego sum qui sum.* Igitur illud solum divinum esse vere credendum arbitramur, cuius exsistentia aeterna et infinita apprehenditur;

1045. MG 45, 741; O 1, 345.
1046. MG 45, 768; O 1, 362.

καὶ πᾶν τὸ περὶ αὐτὸ θεωρούμενον ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει, οὔτε 101
προσγινόμενον οὔτε ἀπογινόμενον.

1047 12. Εἴρηται παρ' ἡμῶν, οἰκειοῦμαι γὰρ τοῦ διδασκάλου 119
τὸν λόγον, ὅτι τῆς θείας φύσεως ἀμυδρὰν μὲν καὶ βρα- 111
χυτάτην ἔχομεν διὰ τῶν λογισμῶν τὴν ἀντίληψιν· ἀποχρῶσαν
δ' ὅμως τῇ βραχύτητι τῆς δυνάμεως ἡμῶν διὰ τῶν ὀνομά-
των τῶν περὶ αὐτὴν εὐσεβῶς λεγομένων τὴν γνῶσιν ἐρανιζό-
μεθα. Τούτων δέ φαμεν τῶν ὀνομάτων οὐ μονοειδῆ πάντων 116
εἶναι τὴν σημασίαν, ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν προσόντων τῷ Θεῷ,
τὰ δὲ τῶν ἀποπεφυκότων ἔχει τὴν ἔμφασιν· οἷον, δίκαιον
αὐτὸν καὶ ἄφθαρτον λέγομεν, τῷ μὲν δικαίῳ τὸ προσεῖναι
δικαιοσύνην, τῷ δὲ ἀφθάρτῳ τὸ μὴ προσεῖναι φθορὰν ἐνδει-
κνύμενοι.

1048 12. Ἡ δὲ ἀνθρωπίνη διάνοια πολυπραγμονοῦσα καὶ διερευ- 110
νωμένη δι' ὧν ἂν ᾖ δυνατὸν λογισμῶν, ἐπορέγεται καὶ θιγγάνει
τῆς ἀπροσπελάστου καὶ ὑψηλῆς φύσεως· οὔτε τοσοῦτον ὀξυω- 103
ποῦσα, ὡς ἐναργῶς ἰδεῖν τὸ ἀόρατον, οὔτε καθάπαξ ἀπεσχοι-
νισμένη τῆς προσεγγίσεως ὡς μηδεμίαν δύνασθαι τοῦ ζητου-
μένου λαβεῖν εἰκασίαν. . . . Οὐ μὴν αὐτὴν ἐκείνην ἥτις ἐστὶ 113
περὶ ἣν ταῦτα λογίζεται, κατιδεῖν ἠδυνήθη, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν 115
προσόντων τε καὶ μὴ προσόντων γνώσεως εἶδεν, ὃ μόνον
ὀφθῆναι δυνατόν ἐστιν. . . . Ἐκ δὲ τῆς ἀρνήσεως τῶν μὴ
προσόντων καὶ ἐκ τῆς ὁμολογίας τῶν εὐσεβῶς περὶ αὐτοῦ
νοουμένων, ὅ τι ἐστί, καταλαμβάνεται.

---

et quidquid in ipso conspicitur, semper eodem modo se habet, 101
neque accedens neque deficiens.

1047 12. Dictum est a nobis, meum enim facio magistri sermo- 110
nem, divinae naturae confusam et perexiguam perceptionem nos
habere per ratiocinia; per nomina tamen quae de illa pie di- 111
cuntur, sufficientem exiguitati facultatis nostrae scientiam colligi-
mus. Omnium autem eorum nominum non uniformem esse 116
significationem praedicamus, sed alia indicant quae Deo insunt,
alia quae absunt; sic, quando iustum et incorruptibilem illum
dicimus, iusto inesse iustitiam ostendimus, incorruptibili non in-
esse corruptionem.

1048 12. Humanus intellectus, sollicite investigans, quibus potest 110
ratiociniis, expetit et attingit inaccessibilem et excelsam naturam;
nec tam acute cernens ut clare videat invisibile, nec omnino re- 109
motus ab appropinquatione ut nullam possit quaesiti capere simili-
tudinem. . . . Non tamen potuit videre qualis sit ea de qua haec 113
ratiocinatur, sed ex scientia eorum quae insunt et eorum quae 115
non insunt, vidit quod solum videri possibile est. . . . Ex negatione
eorum quae non insunt, et ex affirmatione eorum quae de eo [Deo]
pie intelleguntur, quid sit, apprehenditur.

1047. MG 45, 953; O 1, 484.
1048. MG 45, 956; O 1, 485.

109 12. Ὅ τί ποτε ἦν [ὁ Θεός] κατ' οὐσίαν διὰ τῶν εἰρημένων 1049
110 οὐ διδασκόμεθα. Φεύγοντες δὲ παντὶ τρόπῳ τῶν ἀτόπων
116 τινῶν νοημάτων ἐν ταῖς περὶ Θεοῦ δόξαις συνενεχθῆναι, πολ-
λαῖς καὶ ποικίλαις ἐπωνυμίαις κατ' αὐτοῦ κεχρήμεθα, κατὰ τὴν
τῶν ἐπινοιῶν διαφορὰν τὰς προσηγορίας ἁρμόζοντες.

87 12. Ἐπειδή, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, «ἡ ἀΐδιος αὐτοῦ 1050
114 δύναμις καὶ θειότης ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως νοουμένη
καθορᾶται» [Rom 1, 20], διὰ τοῦτο πᾶσα ἡ κτίσις, καὶ πρό γε
πάντων, καθώς φησιν ὁ λόγος, ἡ ἐν τοῖς οὐρανοῖς διακόσμησις,
διὰ τῆς ἐμφαινομένης τοῖς γεγονόσι τέχνης, τὴν τοῦ πεποιη-
κότος σοφίαν ἐνδείκνυται.

233 12. Ὥστε τὸ μὲν καθ' ὑπόστασιν ὂν πρᾶγμα τῆς τοῦ 1051
πεποιηκότος δυνάμεως ἔργον εἶναι, τὰς δὲ γνωριστικὰς τῶν
ὄντων φωνάς, δι' ὧν τὰ καθ' ἕκαστον πρὸς ἀκριβῆ τε καὶ
ἀσύγχυτον διδασκαλίαν ἐπισημειοῦται ὁ λόγος, ταῦτα τῆς λο-
γικῆς δυνάμεως ἔργα τε καὶ εὑρήματα· αὐτὴν δὲ ταύτην τὴν
λογικὴν δύναμίν τε καὶ φύσιν, ἔργον Θεοῦ.

Adversus Apollinarium, Antirrheticus.

380 17. Ὁ μονογενὴς Θεὸς αὐτὸς ἀνίστησι τὸν ἀνακραθέντα 1052
378 ἄνθρωπον αὐτῷ, καὶ χωρίσας τοῦ σώματος τὴν ψυχήν, καὶ
ἑνώσας πάλιν ἀμφότερα, καὶ οὕτως ἡ κοινὴ γίνεται σωτηρία
413 τῆς φύσεως· ὅθεν καὶ ἀρχηγὸς ζωῆς ὀνομάζεται· ἐν γὰρ τῷ
379 ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, τὸν κόσμον ἑαυτῷ κατήλ-
λαξεν ὁ μονογενὴς Θεός, οἷόν τινας δορυαλώτους, ἡμᾶς διὰ

---

109 12. Quid [Deus] sit secundum substantiam, per dicta non edo- 1049
110 cemur. Caventes omni modo ne falsos quosdam conceptus in
116 opinionibus de Deo conferamus, multis et variis cognominibus
quoad ipsum usi sumus, appellationes secundum cogitationum
differentiam accommodantes.

87 12. Quoniam, ut ait apostolus, *sempiterna eius virtus et divinitas* 1050
114 *a creatura mundi intellecta conspicitur,* propterea omnis creatura,
sed ante omnia, ut ait sermo, ornatus qui est in caelis, per artem
in factis ostensam, conditoris sapientiam demonstrat.

233 12. Quare res quidem quae substat virtutis conditoris opus est, 1051
voces autem quae res notificant, per quas sermo singulas res ad
exactam et inconfusam doctrinam designat, logicae virtutis opera
et inventa sunt; ipsa vero logica virtus et natura, opus Dei.

380 17. Unigenitus Deus ipse suscitavit hominem sibi unitum, et 1052
378 separans a corpore animam et illa inter se rursus coniungens; et
sic communis peragitur naturae nostrae salus; unde et princeps
413 vitae nominatur; nam in illo, qui pro nobis mortuus est et resurrexit,
379 mundum sibi ipsi reconciliavit unigenitus Deus, nos omnes, qui
communem cum illo habemus carnem et sanguinem, tamquam

1049. MG 45, 957; O 1, 487. 1050. MG 45, 985; O 1, 504.
1051. MG 45, 993; O 1, 510. 1052. MG 45; 1156.

τοῦ συγγενοῦς ἡμῶν αἵματος, πάντας τοὺς κεκοινωνηκότας αὐτῷ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος ἐξωνησάμενος.

1053 29. «Ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, καὶ ὁ 159
Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ» [Io 5, 21], οὐχ ὥς τινων ἀποβαλλομένων τοῦ ζωοποιοῦ θελήματος, ἐκ τούτου νοοῦμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ εἶναι καὶ ἠκούσαμεν καὶ πιστεύομεν, δηλονότι καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός, ὡς ἓν τῶν πάντων, ἐν τῷ Υἱῷ καθορῶμεν. Εἰ οὖν ἐν τῷ Υἱῷ τὸ 125
πατρικόν ἐστι θέλημα, ὁ δὲ Πατήρ, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, 140
«πάντας θέλει σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν» [1 Tim 2, 4], δηλαδὴ ὁ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς κεκτημένος, καὶ ὅλον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ὅλον ἔχει πάντως ἐν ἑαυτῷ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν τοῦ Πατρὸς ἀγαθῶν καὶ τὸ σωτήριον θέλημα. Εἰ οὖν οὐκ ἀπολείπεται τοῦ τελείου θελήματος, πάντως δῆλον ὅτι οὓς ὁ Πατὴρ θέλει ζωοποιηθῆναι, καὶ αὐτὸς ζωοποιεῖ, οὐκ ἐλαττούμενος ἐν τῷ φιλανθρώπῳ θελήματι, καθώς φησιν ὁ Ἀπολινάριος, ὅτι τινὰς ἠθέλησεν, οὐ πάντας, ζωοποιηθῆναι. Οὐ γὰρ παρὰ τὴν τοῦ κυριακοῦ θελήματος αἰτίαν οἱ μὲν σῴζονται, οἱ δὲ ἀπόλλυνται· ἢ οὕτω γ' ἂν εἰς ἐκεῖνο ἐπανίοι ἡ τῶν ἀπολλυμένων αἰτία· ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν τῶν δεχομένων τὸν λόγον, συμβαίνει τὸ σῴζεσθαί τινας ἢ ἀπόλλυσθαι.

1054 42. Καθάπερ ἐπὶ τοῦ πελάγους γίνεται, εἰ γάρ τις σταγόνα 382
ὄξους ἐπιβάλῃ θαλάττῃ, καὶ ἡ σταγὼν θάλασσα γίνεται, συμμεταποιηθεῖσα τῇ θαλασσίᾳ ποιότητι, οὕτως ὁ ἀληθινὸς Υἱὸς

---

captivos quosdam redimens per suum sanguinem, qui eiusdem naturae est ac noster.

1053 29. *Pater suscitat mortuos et vivificat, et Filius quos vult vivificat;* haec non ita accipimus, ac si qui a vivificante voluntate reiciantur; sed quia omnia quae Patris sunt Filii esse audivimus et credimus, profecto et voluntatem Patris, quae est unum ex his omnibus, in Filio conspicimus. Si igitur in Filio paterna est 125
voluntas, Pater autem, sicut ait apostolus, *omnes vult salvos fieri* 140
et ad agnitionem veritatis venire, profecto qui omnia quae Patris sunt possidet et totum habet in se Patrem, totam habet omnino in se cum ceteris Patris bonis et salvificam voluntatem. Si igitur non caret perfecta voluntate, profecto patet quod eos, quos Pater vult vivificari, et ipse vivificat; non inferior benefica in homines voluntate, sicut ait Apollinarius, quia aliquos voluit, non omnes, salvos fieri. Non enim dominica voluntas causa est cur alii salventur, alii pereant, secus ad eam referenda esset causa horum perditionis, sed ex electione accipientium verbum contingit salvari aliquos aut perire.

1054 42. Sicut in pelago accidit, si quis aceti guttam in illud inicit 382
et gutta transmutata in marinam qualitatem fit mare, sic verus

1053. MG 45, 1188.
1054. MG 45, 1221.

καὶ μονογενὴς Θεός, . . . ὁ διὰ σαρκὸς φανερωθεὶς τοῖς ἀνθρώποις ἐστί. Τῆς δὲ σαρκὸς τῇ ἰδίᾳ φύσει σαρκὸς οὔσης, μεταποιηθείσης δὲ πρὸς τὸ τῆς ἀφθαρσίας πέλαγος, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὅτι «κατεπόθη τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς» [2 Cor 5, 4], συμμετεβλήθη καὶ πάντα τὰ κατὰ τὴν σάρκα τότε φαινόμενα πρὸς τὴν θείαν τε καὶ ἀκήρατον φύσιν.

383 55. Ἡ θεότης καὶ οὐ τέθνηκε καὶ ἐγήγερται· οὐ τέθνηκε 1055
387 γὰρ ὅτι τὸ μὴ συντεθὲν οὐ διαλύεται, ἐγήγερται δὲ ὅτι ἐν τῷ λυθέντι οὖσα, ἑαυτῇ συνεπαρθῆναι τὸν κατὰ τὸν νόμον τῆς
380 ἀνθρωπίνης πεσόντα φύσεως παρεσκεύασεν, ὡς ἂν ἑκατέρῳ μέρει τὸ οἰκεῖον προφερομένῳ παροῦσα, τὴν τῶν σωμάτων φύσιν διὰ τοῦ σώματος, τὴν δὲ τῶν ψυχῶν διὰ τῆς ψυχῆς ἐξιάσαιτο· πάλιν δὲ δι' ἑαυτῆς τὸ διακεκριμένον ἑνώσασα, ἐν τῷ ἐπαιρομένῳ ἀνίσταται.

De anima et resurrectione.

219 Ψυχή ἐστιν οὐσία γεννητή, οὐσία ζῶσα, νοερά, σώματι 1056
ὀργανικῷ καὶ αἰσθητικῷ, δύναμιν ζωτικὴν καὶ τῶν αἰσθητῶν ἀντιληπτικὴν δι' ἑαυτῆς ἐνιοῦσα, ἕως ἂν ἡ δεκτικὴ τούτων συνέστηκε φύσις.

266 Ἡ γὰρ ἐλπὶς μέχρι ἐκείνου κινεῖται, ἕως ἂν μὴ παρείη τῶν 1057
268 ἐλπιζομένων ἀπόλαυσις, καὶ ἡ πίστις ὡσαύτως ἔρεισμα τῆς τῶν
263 ἐλπιζομένων ἀδηλίας γίνεται. Οὕτω γὰρ αὐτὴν καὶ [ὁ Παῦλος]

Filius et unigenitus Deus, . . . qui per carnem hominibus manifestatus est. Caro autem, quae quidem sua propria natura caro est, transmutata est in incorruptibilitatis pelagus secundum illud apostoli: *Absorptum est a vita quod mortale est,* atque quaecumque tunc secundum carnem apparuerunt, commutata sunt in divinam et incontaminatam naturam.

383 55. Divinitas et non mortua est et resurrexit; non mortua est, 1055
387 quia incompositum non dissolvitur, resurrexit vero, quia in eo quod erat dissolutum exsistens, effecit, ut id, quod secundum leges humanae naturae ceciderat, una secum suscitaretur, in hunc finem
380 ut, in utraque parte naturae suae proprietates exhibente manens, naturam corporum per corpus et naturam animarum per animam sanaret; atque rursus divinitas per se ipsam quod disiunctum erat uniens, in eo qui exaltatur resurgit.

219 Anima est essentia generata, essentia vivens, intellectualis, cor- 1056
poreis sensuum instrumentis vivendi, atque ea, quae cadunt sub sensus, percipiendi facultatem per sese suggerens, quamdiu capax earum rerum natura constare videatur.

266 Nam spes interim movetur, dum non licet potiri iis rebus, quae 1057
268 sperantur, et itidem fides sustentaculum ac firmamentum est inevi-
263 dentiae earum rerum quae sperantur. Nam et ita eam definivit [Paulus],

---

1055. MG 45, 1257. 1056. MG 46, 29.
1057. MG 46, 96.

ὡρίσατο λέγων· «Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις» [Hebr 11, 1]. Ἐπειδὰν δὲ ἔλθῃ τὸ ἐλπιζόμενον, τῶν ἄλλων 243
εὐτηρεμόντων [1] πάντων, ἡ κατὰ τὴν ἀγάπην ἐνέργεια μένει, τὸ διαδεχόμενον αὐτὴν οὐχ εὑρίσκουσαν.

1058 Τὸ δὲ ζητούμενον ἦν εἰ προϋφεστήκασιν αἱ ψυχαὶ τῶν σω- 223
μάτων, πότε ἢ πῶς γίνονται.... Εἰ γὰρ δοθείη τὸ πρὸ τοῦ σώματος ἐν ἰδιαζούσῃ τινὶ καταστάσει τὴν ψυχὴν βιοτεύειν, ἀνάγκη πᾶσα τὰς ἀτόπους ἐκείνας δογματοποιίας ἴσχυν ἔχειν νομίζειν τῶν διὰ κακίας τὰς ψυχὰς εἰσοικιζόντων τοῖς σώμασιν.... Λείπεται οὖν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ψυχῆς τε καὶ σώματος ἀρχὴν τῆς συστάσεως οἴεσθαι.

De infantibus qui praemature abripiuntur.

1059 Τὸν γὰρ ἐγνωκότα ἐπίσης τῷ παρεληλυθότι τὸ μέλλον, ἐπι- 118
κωλύειν εἰκὸς τὴν ἐπὶ τὸ τέλειον τῆς ζωῆς τοῦ νηπίου πρόοδον, 123
ὡς ἂν μὴ τῇ προγνωστικῇ δυνάμει τὸ κατανοηθὲν κακὸν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος οὕτως βιώσεσθαι τελειωθείη, καὶ γένηται τῷ τῇ τοιαύτῃ προαιρέσει συζήσεσθαι μέλλοντι ὕλη κακίας ὁ βίος.... Ὃ δὴ καὶ περὶ τοῦ θανάτου τῶν ἀρτιτόκων ὑπενοήσαμεν, ὅτι ὁ λόγῳ τὰ πάντα ποιῶν ὑπὸ φιλανθρωπίας ἀφαιρεῖται τῆς κακίας τὴν ὕλην, μὴ διδοὺς καιρὸν τῇ προαιρέσει τῇ διὰ τῆς προγνωστικῆς δυνάμεως γνωρισθείσῃ διὰ τῶν ἔργων ἐν κακίας ἐξοχῇ δειχθῆναι οἷα ἐστίν, ὅταν πρὸς τὸ κακὸν τὴν ὁρμὴν ἔχοι.

---

cum diceret: *Est autem fides rerum quae sperantur substantia.* Cum autem venerit id quod speratur, aliis omnibus quiescentibus, 243
caritatis efficientia manet, quippe cum non inveniat quod in locum eius succedat.

1058 Quaestio erat, an praeexstiterint animae corporibus, quando et 223
quomodo fiant.... Si enim detur animam ante corpus in propria quadam condicione vivere, prorsus necesse est existimemus valere absurdas illas sententias eorum, qui propter peccatum animas inhabitare faciunt corporibus.... Restat igitur unum et idem animae et corporis initium subsistentiae putare.

1059 Consentaneum est eum, qui futurum aeque ac praeteritum co- 118
gnoscit, progressum infantis ad adultam aetatem prohibere, ne 123
malum perficeretur, quod in eo, si ita victurus fuisset, vi praescia cognitum est, atque ei qui tali voluntate libera victurus fuisset, nequitiae materia vita fiat.... Hoc de morte infantium opinamur, quod, qui ratione omnia facit, ex benignitate sua materiam subtrahit improbitatis, non concedens tempus liberae electioni per vim praesciam cognitae, ut per opera in nequitiae fastigio sese exsereret, cum ad malum impetum habeat.

---

[1] Lege ἀτρεμούντων vel ἠρεμούντων.

1058. MG 46, 125. 1059. MG 46, 184.

Adversus eos qui castigationes aegre ferunt.

594 Ἐπιμελεῖς εἰσι καὶ μὴ παιζόμενοι οἱ τῆς βασιλείας θυρωροί· 1060
ὁρῶσι τὴν ψυχὴν τὰ τοῦ ἀφορισμοῦ φέρουσαν σύμβολα. . . .
Ἡ δὲ ἀθλία τότε πολλὰ τῆς ἀβουλίας ἑαυτὴν καταμεμφομένη,
οἰμώζουσα δὲ καὶ ὀδυρομένη, καὶ στένουσα, καὶ σκυθρωπῷ
τινι τόπῳ, οἷον γωνίᾳ, προσερριμμένη διατελέσει, τὸν ἄληκτον
ὀδυρμὸν καὶ ἀπαραμύθητον εἰς αἰῶνας ἐκτίνουσα.

Orationes.

587 *Or. de mortuis.* Εἰ μὲν [ὁ ἄνθρωπος] διακρίνοιτο τοῦ ἀλόγου 1061
τὸ ἴδιον, καὶ πρὸς ἑαυτὸν βλέποι διὰ τῆς ἀστειοτέρας ζωῆς,
καθάρσιον τῆς ἐμμιχθείσης κακίας τὸν παρόντα βίον ποιήσεται,
κρατῶν διὰ τοῦ λόγου τῆς ἀλογίας. Εἰ δὲ πρὸς τὴν ἄλογον
τῶν παθημάτων ῥοπὴν ἐπικλιθείη, τῷ τῶν ἀλόγων δέρματι
συνεργῷ χρησάμενος πρὸς τὰ πάθη, ἄλλως μετὰ ταῦτα βου-
λεύσεται πρὸς τὸ κρεῖττον, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον
γνοὺς τῆς ἀρετῆς τὸ πρὸς τὴν κακίαν διάφορον, ἐν τῷ μὴ
δύνασθαι μετασχεῖν τῆς θειότητος, μὴ τοῦ καθαρσίου πυρὸς
τὸν ἐμμιχθέντα τῇ ψυχῇ ῥύπον ἀποκαθήραντος.

493 *Or. in diem luminum* sive *in baptismum Christi* (a. 383). 1062
489 Ὁ ἄρτος πάλιν ἄρτος ἐστὶ τέως κοινός· ἀλλ' ὅταν αὐτὸν τὸ
μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα Χριστοῦ λέγεταί τε καὶ γίνεται.
477 Οὕτως τὸ μυστικὸν ἔλαιον, οὕτως ὁ οἶνος· ὀλίγου τινὸς ἄξια
ὄντα πρὸ τῆς εὐλογίας, μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὸν τοῦ Πνεύματος,

---

594 Diligentes sunt neque ludunt illius regni [caelestis] ianitores; 1060
vident animam separationis notas ferentem. . . . Misera vero tum
suae se temeritatis vehementer accusans, lugensque ac plorans et
gemens, in locum quemdam tristem, tamquam angulum, abiecta
permanebit, luctu numquam finituro ac insolabili in aeternum
poenas luens.

587 *Or. de mortuis.* Si [homo] distinxerit ab irrationali quod sui 1061
proprium est et sibi invigilaverit per urbaniorem vitam, praesenti
hac vita peccatum admixtum expiabit, superans per rationem ir-
rationale. Si vero ad irrationalem passionum impetum declinaverit,
pelle irrationalium cooperanti utens ad passiones, aliter post ea
decernet ut ad bonum perveniat, post exitum e corpore, cognoscens
virtutis discrimen a peccato; non enim poterit participare divini-
tatem, nisi ignis purgatorius maculam animo immixtam purgaverit.

493 *Or. in diem luminum* sive *in baptismum Christi.* Panis rursus 1062
489 panis est initio communis; sed ubi eum mysterium sacrificaverit,
477 dicitur et fit corpus Christi. Sic mysticum oleum, sic vinum, cum
sint res exigui pretii ante benedictionem, post sanctificationem

---

1060. MG 46, 312. 1061. MG 46, 525.
1062. MG 46, 581.

ἑκάτερον αὐτῶν ἐνεργεῖ διαφόρως. Ἡ αὐτὴ δὲ τοῦ λόγου 438
δύναμις καὶ τὸν ἱερέα ποιεῖ σεμνὸν καὶ τίμιον, τῇ καινότητι 554
τῆς εὐλογίας τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς κοινότητος χωριζόμενον. 554
Χθὲς γὰρ καὶ πρώην εἷς ὑπάρχων τῶν πολλῶν καὶ τοῦ δήμου, 567
ἀθρόον ἀποδείκνυται καθηγεμών, πρόεδρος, διδάσκαλος εὐσε-
βείας, μυστηρίων λανθανόντων μυσταγωγός.

1063 *In Christi resurrectionem,* or. 1. Ὁ γὰρ πάντα κατὰ τὴν 403
δεσποτικὴν αὐθεντίαν οἰκονομῶν οὐκ ἀναμένει τὴν ἐκ τῆς προ-
δοσίας ἀνάγκην, καὶ τὴν λῃστρικὴν ἔφοδον τῶν Ἰουδαίων, καὶ
τὴν τοῦ Πιλάτου παράνομον κρίσιν, ὥστε τὴν ἐκείνων κακίαν
ἀρχηγὸν καὶ αἰτίαν τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας γε-
νέσθαι· ἀλλὰ προλαμβάνει τῇ οἰκονομίᾳ τὴν ἔφοδον, κατὰ τὸν 418
ἄρρητον τῆς ἱερουργίας τρόπον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀόρατον,
καὶ ἑαυτὸν προσήνεγκε προσφορὰν καὶ θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ
ἱερεὺς ἅμα, καὶ «ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν
τοῦ κόσμου» [Io 1, 29]. Πότε τοῦτο; Ὅτε βρωτὸν ἑαυτοῦ τὸ 512
σῶμα [καὶ[1] πότιμον τὸ αἷμα τοῖς συνοῦσιν ἐποίησεν· παντὶ γὰρ 483
τοῦτο δῆλόν ἐστιν, ὅτι οὐκ ἂν βρωθείη παρὰ ἀνθρώπου πρό- 485
βατον, εἰ μὴ τῆς βρώσεως ἡ σφαγὴ καθηγήσαιτο. Ὁ τοίνυν
δοὺς τὸ σῶμα τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ] εἰς βρῶσιν σαφῶς ἐν-
δείκνυται τῷ ἤδη γεγενῆσθαι ἐντελῆ τοῦ ἀμνοῦ τὴν θυσίαν
[al. τῷ εἴδει τοῦ ἀμνοῦ τὴν θυσίαν ἐντελῆ γεγενῆσθαι]. . . .
Ἤδη κατὰ τὸ θελητὸν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ τὸ μυστήριον οἰκονο-
μοῦντος ἀρρήτως τε καὶ ἀοράτως τὸ σῶμα ἐτέθυτο.

---

quae a Spiritu procedit utrumque eorum excellenter operatur. Eadem verbi vis etiam sacerdotem augustum et honorandum facit, 438
novitate benedictionis a communitate vulgi segregatum. Cum enim 553
heri et antea unus e multitudine ac plebe esset, repente redditur 554
praeceptor, praeses, doctor pietatis, mysteriorum latentium praesul. 567

1063 *In Christi resurrectionem,* or. 1. Qui enim potestate sua cuncta 403
disponit, non necessitatem sibi ex proditione impendentem, non Iudaeorum quasi praedonum impetum, non iniquam Pilati sententiam exspectat, ut eorum malitia sit communis hominum salutis principium et causa; sed consilio suo antevertit, et arcano sacri- 418
ficii genere, quod ab hominibus cerni non poterat, se ipsum pro nobis hostiam offert, et victimam immolat, sacerdos simul exsistens et *agnus Dei, ille qui mundi peccatum tollit.* Quando id prae- 512
stitit? Cum corpus suum edendum [et sanguinem bibendum di- 483
scipulis congregatis praebuit. Cuivis enim hoc perspicuum est, ab 485
hominibus comedi ovem non posse, nisi, antequam comedatur, mactatio praecedat. Qui ergo corpus discipulis suis tradit] in cibum, aperte declarat figura agni sacrificium iam esse perfectum. . . . Iam arcana et invisibili ratione corpus erat immolatum, ut ipsius mysterium peragentis potestati placuerat.

---

[1] Haec intra cancellos posita desunt in MG et etiam in editione benedictina antiqua, sed inveniuntur in alq. mss. (cf. not. in MG 46, 1207).

1063. MG 46, 612.

598 Or. 3. Ὡς οὖν τὸ σπέρμα ὑπάρχον ἄμορφον ἐν ἀρχαῖς, 1064
εἰς σχῆμα τυποῦται, καὶ εἰς ὄγκους ἀδρύνεται, τῇ ἀπορρήτῳ
τοῦ Θεοῦ κατασκευαζόμενον τέχνῃ· οὕτως οὐδὲν ἀπεικός, ἀλλὰ
καὶ πάνυ ἀκόλουθον, τὴν ἐν τοῖς τάφοις ὕλην, τήν ποτε οὖσαν
ἐν εἴδει, αὖθις εἰς τὴν παλαιὰν ἀνακαινισθῆναι διάπλασιν, καὶ
πάλιν γενέσθαι τὸν χοῦν ἄνθρωπον, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ πρῶτον
ἐκεῖθεν ἔσχε τὴν γένεσιν.

598 Or. 3. Εἰ τοίνυν ἐν κατορθώμασι [τὸ σῶμα] συμμοχθεῖ τῇ 1065
ψυχῇ, καὶ ἐν ἁμαρτήμασιν οὐκ ἀπολιμπάνεται, πόθεν ὁρμώμενος
μόνην τὴν ἀσώματον ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἄγεις; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν
οὔτε δίκαιος οὔτε σωφρονούντων ὁ λόγος. Εἰ μόνη καὶ γυμνὴ
διήμαρτε, μόνην καὶ κολάσει· εἰ δὲ φανερὸν ἔχει τὸν συνεργόν,
593 οὐκ ἀφήσει τοῦτον ὁ κριτὴς δίκαιος ὤν. Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο
τῆς γραφῆς ἀκούω λεγούσης ὅτι τοῖς κατεγνωσμένοις ἐπιτε-
θήσονται δίκαιαι τιμωρίαι, πῦρ καὶ σκότος καὶ σκώληξ. Ἅπαντα
τῶν συνθέτων καὶ ὑλικῶν σωμάτων κολάσεις εἰσίν. . . . Καὶ
διὰ τοῦτο τοῖς ἀκολούθοις λογισμοῖς πανταχόθεν συνελαυνό-
μεθα πρὸς συγκατάθεσιν τῆς ἐγέρσεως τῶν νεκρῶν, ἣν τοῖς
καθήκουσι χρόνοις ἐκτελέσει ὁ Θεός, ἔργοις βεβαιῶν τὰς ἰδίας
ἐπαγγελίας.

DIDYMUS ALEXANDRINUS, ca 313—398.

De Spiritu Sancto, ante 381.

97 35. Deus simplex et incompositae spiritualisque naturae 1066
98 neque aures neque organa, quibus vox emittitur, habet; sed
solitaria incomprehensibilisque substantia nullis membris parti-

---

598 Or. 3. Igitur sicut semen, exsistens initio informe, figuratur in 1064
speciem et in corpora crescit, ineffabili Dei arte praeparatum;
sic minime absonum est, sed prorsus consentaneum, materiam,
quae in sepulcris est, quae olim formam habuit, rursus in pristinam
renovari constitutionem, et iterum fieri pulverem hominem, quem-
admodum primo inde habuit generationem.

598 Or. 3. Si in praeclaris factis [corpus] compatitur animae, et in 1065
peccatis non abest, unde proficiscens solam incorpoream in iudi-
cium adducis? At nec iustus est nec sapientium sermo. Si sola
et nuda peccavit, solam puniet; si vero manifestum habet coope-
593 rantem, non hunc iustus iudex dimittet. Etiam scripturam audio
dicentem quod condemnatis apponentur iusta supplicia, ignis et
tenebrae et vermis. Quae omnia compositorum et materialium
corporum poenae sunt. . . . Propterea consentaneis rationibus ex
omni parte compellimur ad comprobandam resurrectionem mor-
tuorum, quam convenientibus temporibus perficiet Deus, operibus
firmans suas promissiones.

1064. MG 46, 668. 1065. MG 46, 677. 1066. MG 39, 1064.

busque componitur. Quae quidem de Filio et de Spiritu Sancto similiter accipienda.

1067 37. *De meo accipiet* [Io 16, 15]. Quomodo igitur supra de naturis incorporalibus disputantes intelleximus, sic et nunc Spiritum Sanctum a Filio accipere id quod suae fuerat naturae cognoscendum est, et non dantem et accipientem, sed unam significare substantiam. Siquidem et Filius eadem a Patre accipere dicitur, quibus ipse subsistit. Neque enim quid aliud est Filius, exceptis his quae ei dantur a Patre, neque alia substantia est Spiritus Sancti praeter id, quod datur ei a Filio. Propterea autem ista dicuntur, ut eamdem in Trinitate credamus esse naturam Spiritus Sancti, quae est Patris et Filii. 171 178

De Trinitate, post 381.

1068 L. 1, c. 15. Ὥσπερ γὰρ ἀδύνατόν ἐστιν μὴ τὸν Πατέρα ἀνάρχως τε καὶ ἀληθῶς εἶναι Πατέρα (οὐ γὰρ χρόνῳ, οὐδ' ἐπίθετον ἔσχεν τὸ ὄνομα τοῦτο), οὕτως ἀδύνατόν ἐστιν μὴ τὸν Υἱὸν Λόγον καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἀνάρχως τε καὶ φύσει εἶναι ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· ἅμα γὰρ Πατήρ (συγχωρηθῇ δὲ τὸ οὕτως εἰπεῖν), ἀδιαστάτως ὁ μὲν ἐγεννήθη, τὸ δὲ ἐξεπορεύθη. Καὶ τοῦ εἶναι οὖν Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τοῦ ἔχειν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἐκπορευόμενον παρ' αὐτοῦ, οὐ παρῄρηται· καὶ διὰ τὸ εἶναι Πατέρα, οὔτε χρόνῳ, οὔτε οὐσίᾳ, διαφέρει τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. 148 174

1069 2, 4. Πῶς τοῦ πνεύματος πνεῦμα τὸ Ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν; Ὅτι δὲ τοῦτο γέγραπται, δέδεικται· τὸ δὲ πῶς, νοῦ καὶ λόγου τοῦ καθ' ἡμᾶς, ἔτι δὲ καὶ ἀγγέλων γνώσεως, ἐπέκεινα τυγχάνει. Ὡς γὰρ πνεύματος ὑπάρχοντος αὐτοῦ, ἐγεννήθη ἐξ αὐτοῦ ὁ Θεὸς Λόγος, οὕτως ἐξ αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ ἐξεφάνη τὸ Ἅγιον 150 166

1068 1, 15. Sicut impossibile est Patrem non esse ab aeterno et vere Patrem (non enim in tempore, nec superadditum habuit hoc nomen), ita impossibile est Filium Verbum et Spiritum ipsius non esse ab aeterno et natura ex hypostasi eius: simul enim ac Pater fuit (concedatur ita loqui), continue alter genitus est, alter processit. Et esse Patrem Unigeniti, et habere Spiritum ipsius procedentem ab ipso, non ablatum est; et ex eo quod est Pater, nec tempore nec substantia differt a Filio et Spiritu ipsius. 148 174

1069 2, 4. Quomodo potest Spiritus Sanctus esse spiritus illius qui est spiritus? Quod hoc scriptum sit, ostensum est; quomodo vero id fiat intellegere excedit mentem et rationem nostram, immo etiam angelorum cognitionem. Nam sicut cum ipse Pater esset spiritus, genitus ex ipso fuit Deus Verbum, ita ex ipso et cum ipso eluxit Spiritus Sanctus. . . . Non potest autem Spiritus non esse con- 150 166

1067. MG 39, 1065. 1068. MG 39, 320.
1069. MG 39, 481.

Πνεῦμα.... Οὐκ ἐγχωρεῖ δὲ τὸ Πνεῦμα μὴ εἶναι ὁμοούσιον καὶ ἰσότιμον ἐκείνου ἐξ οὗ ἔστι· διόπερ ἐστὶν καὶ ἅγιον φυσικῶς.

201 2, 6, 2. Οὐδὲν κτιστὸν πληροῖ τὴν οἰκουμένην, ἢ συνέχει 1070
100 τὰ πάντα, καὶ ἐν πᾶσιν τυγχάνει· ἀλλὰ καὶ τῶν νοερῶν δυνάμεων πέρας ἐστίν, καὶ ὡρισμένη ποσότης· μόνως γὰρ ταῦτα
165 τῆς θεότητος ἴδια. Ἡ δὲ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος μεγαλωσύνη, ἀδιάλυτος, ἀπέραντος, καὶ πανταχοῦ καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν ἀεί ἐστιν· πληροῦσα μὲν τὸν κόσμον καὶ συνέχουσα κατὰ τὴν θεότητα, ἀχώρητος δὲ κατὰ τὴν δύναμιν, καὶ μετροῦσα μέν, οὐ μετρουμένη δέ.

357 2, 6, 7. Ἡ κτίσις ἀμέθεκτός ἐστιν οὐσιωδῶς τῇ λογικῇ 1071
ψυχῇ, ὡς ἐνοικίζεσθαι αὐτήν· μόνου γὰρ Θεοῦ ἴδιον τὸ οὕτως μετέχεσθαι. Τὸ δ' Ἅγιον Πνεῦμα μεθεκτὸν οὐσιωδῶς ὑπάρχει, ὡς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός, καθὰ ἐν τῷ πρώτῳ εἴρηται λόγῳ.
180 Ἐπεὶ κἀνταῦθα, τοῦ Πατρὸς ἅπαξ ἐνοικοῦντος τοῖς ἀξίοις, ποῖον ἦν ἀναγκαῖον, εἰ μὴ δι' ἑνότητα τῆς θεϊκῆς φύσεως καὶ πλήρωσιν τὴν εἰς ἡμᾶς, συνεισβάλλειν καὶ συνειστρέχειν καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα; Ἀμέλει τοι οὐκ ἄν τίς ποτε
149 ἕλοιτο φάναι πληθὺν οἱονεἱπως θεῶν κατοικεῖν ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ἕνα κατά γε τὸ ἓν ἑνάδι θεότητος ὑπάρχειν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις.

158 3, 2, 8. Εἰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀνειδέου καὶ ἀοράτου καὶ ἀν- 1072
162 άρχου, ὡς Παῦλος Ἑβραίοις γράφει, «ἀπαύγασμά ἐστιν τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως» [Hebr 1, 3], καὶ εἰκὼν

---

substantialis et aequalis illi ex quo exsistit; ideoque est etiam natura sanctus.

201 2, 6, 2. Nulla res creata implet orbem terrarum, aut continet 1070
100 omnia et in omnibus exsistit; sed intellegentium quoque virtutum terminus quidam est et quantitas definita; quae vero dixi, solius
165 deitatis propria sunt. At vero Spiritus Sancti maiestas perpetua est, interminata, et ubique et per omnia et in omnibus semper exsistit, mundum quidem implens et continens secundum divinitatem, sed incapabilis secundum potentiam, et mensurans quidem, sed non mensurata.

357 2, 6, 7. Creatura nequit ita participari substantialiter anima 1071
rationali, ut in hac inhabitet; solius enim Dei proprium est ita participari. Sanctus autem Spiritus participabilis substantialiter exsistit, ut Pater et Filius, sicut in primo sermone dictum est. Nam
180 etiam simulac Pater inhabitat in iis qui sunt digni, quid est necesse, nisi, per unitatem divinae naturae et plenitudinem in nos, congrediantur et concurrant et Filius et Sanctus Spiritus? Sane nemo umquam vellet dicere multitudinem quodammodo deorum habitare
149 in nobis, sed unum in unitate divinitatis exsistere tres personas.

158 3, 2, 8. Si Dei carentis forma et invisibilis et aeterni, ut Paulus 1072
162 Hebraeis scribit, *splendor* est *gloriae et figura substantiae* et imago

---

1070. MG 39, 509. 1071. MG 39, 529.
1072. MG 39, 789.

ὁ Μονογενής, καὶ εἰ αὐτὸς ἀληθεύει λέγων· «Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακεν τὸν Πατέρα» [Io 14, 9], καὶ «Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν» [Io 10, 30], ὁμοούσιός ἐστιν καὶ συνάναρχος καὶ ἴσος καὶ ἀπαράλλακτος τῷ Θεῷ Πατρί. Καὶ γὰρ ἐκ φωτὸς φῶς οὐχ ἑτεροουσίως οὐδὲ μετέπειτα γεννᾶται· καὶ χαρακτὴρ ὑποστάσεως τὸ ταὐτὸν καὶ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως καὶ δόξης καὶ παντοκρατορίας δηλοῖ.

1073 3, 4. Συναντιλαμβάνεται δὲ ἡμῖν εἰς μὲν τὸ πρωτότοκος καὶ 432
μονογενὴς τὸ διηγήσασθαι τὸν εὐαγγελιστὴν ὅτι ἔμεινε παρθένος «ἕως ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον» [Mt 1, 25]· οὔτε γὰρ ἐγαμήθη τινὶ ἡ τιμιωτέρα πάντων καὶ εὐκλεεστάτη Μαρία, οὔτ' ἄλλου μήτηρ ἐγένετό ποτε· ἔμεινε δὲ καὶ μετὰ κυοφορίαν ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς ἄμωμος παρθένος.

1074 3, 12. Καὶ τὸ «Ἐγὼ καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα 388
ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός» [Io 6, 38 sq], τοῦτο δηλοῖ. Οὐχ ἵνα τὸ τῆς ἀνθρωπότητος, φησί, θέλημα πράττω ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει, ἀλλὰ τὸ τῆς θεότητος. Οὐ γάρ ἐστι θέλημα τοῦ ἀγαπητοῦ Υἱοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κεχωρισμένον· ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ θέλημά ἐστι τῇ Τριάδι.

1075 3, 16. Ὁ δὲ Θεὸς ὑπὲρ τὸ ἀόρατον καὶ ἀφανέστατον, καὶ 105
ὑπὲρ πάντα νοῦν ὑπάρχων, οὐ μόνον ὄψει καὶ συνόλως αἰσθήσει 108
μὴ ὑποπίπτειν, ἀλλὰ μήτε νῷ αὐτῶν ἀγγέλων ἐνορᾶσθαι, διὰ 98

Unigenitus, et si ipse verax est dicens: *Qui videt me, videt et Patrem,* et *Ego et Pater unum sumus,* consubstantialis est et coaeternus et aequalis et perfecte similis Deo Patri. Etenim ex lumine lumen non alterius naturae nec posterius generatur; et figura substantiae identitatem et perfectam similitudinem naturae et gloriae et omnipotentiae ostendit.

1073 3, 4. Suffragatur nobis quoad denominationes quidem primo- 432
geniti et unigeniti evangelista, narrans Mariam mansisse virginem *donec peperit filium suum primogenitum;* nam neque cuiquam nupsit Maria prae omnibus honoranda et maxime inclita, nec alterius mater umquam facta est; sed post puerperium quoque mansit semper et omni tempore immaculata virgo.

1074 3, 12. Verba illa: *Ego descendi de caelo, non ut faciam volun-* 388
ἐξουσίαν οἱ τῶν Ἰουδαίων ἱερεῖς· καὶ οἶσθα πῶς περιμάχητον ἦν τὸ τῶν ἱερέων τότε. Οὗτοι δὲ οὐ λέπραν σώματος, ἀλλ' ἀκαθαρσίαν ψυχῆς, οὐκ ἀπαλλαγεῖσαν δοκιμάζειν, ἀλλ' ἀπαλλάττειν παντελῶς ἔλαβον ἐξουσίαν. . . . Οὐ γὰρ ἐν τῷ κο- 467
λάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν εὖ, μείζονα τοῖς ἱερεῦσιν ἔδωκε δύναμιν τῶν φυσικῶν γονέων ὁ Θεός· καὶ τοσοῦτον ἀμφοτέρων τὸ διάφορον, ὅσον τῆς παρούσης καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς. Οἱ μὲν γὰρ εἰς ταύτην, οἱ δὲ εἰς ἐκείνην γεννῶσι· κἀκεῖνοι μὲν οὐδὲ τὸν σωματικὸν αὐτοῖς δύναιντ' ἂν ἀμῦναι θάνατον, οὐ νόσον ἐπενεχθεῖσαν ἀποκρούσασθαι, οὗτοι δὲ καὶ κάμνουσαν καὶ ἀπόλλυσθαι μέλλουσαν τὴν ψυχὴν πολλάκις ἔσωσαν, τοῖς μὲν πραοτέραν τὴν κόλασιν ἐργασάμενοι, τοὺς δὲ οὐδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἀφέντες ἐμπεσεῖν, οὐ τῷ διδάσκειν μόνον καὶ νουθετεῖν, ἀλλὰ καὶ τῷ δι' εὐχῶν βοηθεῖν. Οὐ γὰρ ὅταν ἡμᾶς ἀναγεννῶσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα συγχωρεῖν ἔχουσιν ἐξουσίαν ἁμαρτήματα. «Ἀσθενεῖ γάρ τις», φησίν, «ἐν ὑμῖν; Προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου· καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος· κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς, ἀφεθήσονται αὐτῷ» [Iac 5, 14 sq].

---

potestas fuerit? *Omne iudicium dedit Pater Filio,* videoque ipsum omne illis traditum a Filio esse.

1120 3, 6. Corporis lepram purgare, immo potius nullatenus purgare 545
sed purgatos probare tantum, Iudaeorum sacerdotibus licebat; et 567
tamen nosti quanta tunc esset pro sacerdotali dignitate concertatio. Hi vero non lepram corporis, sed immunditiam animae, non purgatam probandi sed prorsus purgandi potestatem acceperunt. . . . Non enim in puniendo solum, sed etiam in benefaciendo maiorem 467
sacerdotibus quam parentibus potestatem dedit Deus; tantaque est inter utrosque differentia, quanta inter praesentem et futuram vitam. Nam illi quidem in hanc vitam, hi in futuram gignunt; atque illi ne corporalem quidem interitum a liberis amoliri possunt, non ingruentem morbum depellere, hi vero aegram et mox interituram animam saepe servarunt, aliis remissiorem poenam reddentes, alios prorsus labi non sinentes; idque non docendo solum et admonendo, sed etiam orationibus auxiliando. Neque enim tantum cum nos regenerant, sed etiam post regenerationem admissa peccata condonare possunt. Nam: *Infirmatur,* inquit, *quis in vobis? Advocet presbyteros ecclesiae, et orent super eo, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei salvabit infirmum, et excitabit eum Dominus, et si peccata fecerit remittentur ei.*

1120. N 56; MG 48, 644.

De incomprehensibili, 386/7.

109 Hom. 1, n. 3. Εἰπὼν γάρ· «Ὅτε ἤμην νήπιος» [1 Cor 13, 11], 1121
247 ἐπήγαγε· «Βλέπομεν νῦν δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι» [ib. 12]. Ἰδοὺ γὰρ δεύτερον ὑπόδειγμα τῆς παρούσης ἀσθενείας, καὶ τοῦ ἀτελῆ τὴν γνῶσιν εἶναι· τρίτον πάλιν τὸ «ἐν αἰνίγματι». Καὶ γὰρ τὸ παιδίον ὁρᾷ μὲν πολλὰ καὶ ἀκούει καὶ φθέγγεται, τρανὸν δὲ οὐδὲν οὔτε ὁρᾷ, οὔτε ἀκούει, οὔτε φθέγγεται· καὶ φρονεῖ μέν, οὐδὲν δὲ διηρθρωμένον. Οὕτω καὶ ἐγὼ οἶδα μὲν πολλά, οὐκ ἐπίσταμαι δὲ αὐτῶν τὸν τρόπον. Ὅτι μὲν γὰρ πανταχοῦ ἔστιν ὁ Θεὸς οἶδα, καὶ ὅτι ὅλως ἔστι πανταχοῦ οἶδα· τὸ δὲ πῶς οὐκ οἶδα· ὅτι ἄναρχός ἐστι καὶ ἀγέννητος καὶ ἄϊδιος, οἶδα· τὸ δὲ πῶς οὐκ οἶδα· οὐ γὰρ δέχεται λογισμὸς εἰδέναι πῶς οἷόν τε οὐσίαν εἶναι, μήτε παρ' ἑαυτῆς μήτε παρ' ἑτέρου τὸ εἶναι ἔχουσαν. Οἶδα ὅτι ἐγέννησεν Υἱόν, τὸ δὲ πῶς ἀγνοῶ· οἶδα ὅτι τὸ Πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ πῶς ἐξ αὐτοῦ οὐκ ἐπίσταμαι.

109 1, 5. [Τὸν Θεὸν] οὖν καὶ ἐκ μέρους γινώσκει [1 Cor 13, 9]. 1122
110 «Ἐκ μέρους» δὲ εἶπεν, οὐχ ὅτι τὸ μὲν αὐτοῦ τῆς οὐσίας γι-
97 νώσκει, τὸ δὲ ἀγνοεῖ, ἁπλοῦς γὰρ ὁ Θεός· ἀλλ' ἐπειδὴ ὅτι μὲν ἔστι Θεὸς οἶδε, τὸ δὲ τί τὴν οὐσίαν ἐστὶν ἀγνοεῖ.

105 1, 6. Ἀλλὰ γάρ, εἰ δοκεῖ, τὸν Παῦλον ἀφέντες καὶ τοὺς 1123
προφήτας, ἀνέλθωμεν εἰς τοὺς οὐρανούς· μή ποτε ἐκεῖ τινές εἰσιν εἰδότες τί τὴν οὐσίαν ἐστὶν ὁ Θεός. Μάλιστα μὲν γάρ,

---

109 1, 3. Postquam dixerat enim: *Cum essem parvulus,* intulit: 1121
247 *Videmus autem nunc per speculum in aenigmate.* En quippe secundum exemplum infirmitatis praesentis, quodque imperfecta sit scientia; tertio probatur his verbis: *In aenigmate.* Namque parvulus multa quidem videt, audit et loquitur, nihil tamen dilucide vel videt vel audit vel loquitur; et sapit quidem, sed nihil integre. Ita et ego scio quidem multa, sed eorum non novi modum. Deum enim ubique esse novi, totum item ubique esse novi, quomodo autem nescio; sine principio, non genitum, sempiternum novi, quomodo autem nescio. Neque humana ratio capere valet, quomodo possit esse substantia, quae nec a se ipsa nec ab alio quopiam esse acceperit. Scio ipsum genuisse Filium, quomodo autem ignoro; novi Spiritum ex ipso esse, quomodo autem ex ipso sit nescio.

109 1, 5. [Deum] igitur ex parte cognoscit; *ex parte* vero dixit, non 1122
110 quod aliud ex eius substantia cognoscat, aliud ignoret, Deus enim
97 simplex est; sed quod quidem sciat Deum esse, quid autem quoad substantiam sit ignoret.

105 1, 6. Verum, si placet, dimisso Paulo atque prophetis, ascenda- 1123
mus in caelos: an forte quipiam ibi sint qui Dei substantiam norint. Licet si qui ibi sint qui norint, nihil commune nobiscum

---

1121. MG 48, 704. 1122. MG 48, 706.
1123. MG 48, 707.

κἂν εὑρεθῶσιν εἰδότες, οὐδὲν κοινὸν πρὸς ἡμᾶς· πολὺ γὰρ τὸ μέσον ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων· πλὴν ἀλλ' ἵνα ἐκ περιουσίας μάθῃς, ὅτι οὐδὲ ἐκεῖ τις οἶδε κτιστὴ δύναμις τοῦτο, ἀκούσωμεν τῶν ἀγγέλων. Τί οὖν; Περὶ τῆς οὐσίας ταύτης ἐκεῖ διαλέγονται, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ζητοῦσιν; Οὐδαμῶς.

1124 2, 3. Ἐτόλμησεν ἄνθρωπος εἰπεῖν ὅτι· Θεὸν οἶδα ὡς αὐτὸς 108
ὁ Θεὸς ἑαυτὸν οἶδε. Ταῦτα οὖν ἐλέγχου δεῖται; Ταῦτα ἀποδείξεως; Οὐκ ἀρκεῖ μόνη ἡ προφορὰ τῶν ῥημάτων δεῖξαι πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν; Καὶ γὰρ μανία τίς ἐστι ταῦτα σαφής, παραπληξία ἀσύγγνωστος, καινότερος ἀσεβείας τρόπος. Οὐδεὶς τοιοῦτον οὐδὲν οὐδέποτε οὔτε εἰς νοῦν βαλέσθαι, οὔτε διὰ τῆς γλώττης προενεγκεῖν ἐτόλμησεν.

1125 3, 1. Καλῶμεν τοίνυν αὐτὸν τὸν ἀνέκφραστον τὸν ἀπερι- 108
νόητον Θεόν, τὸν ἀόρατον, τὸν ἀκατάληπτον, τὸν νικῶντα 105
γλώττης δύναμιν ἀνθρωπίνης, τὸν ὑπερβαίνοντα θνητῆς διανοίας κατάληψιν, τὸν ἀνεξιχνίαστον ἀγγέλοις, τὸν ἀθέατον τοῖς σεραφίμ, τὸν ἀκατανόητον τοῖς χερουβίμ, τὸν ἀόρατον ἀρχαῖς, ἐξουσίαις, δυνάμεσι, καὶ ἁπλῶς πάσῃ τῇ κτίσει, ὑπὸ δὲ Υἱοῦ μόνου καὶ Πνεύματος Ἁγίου γνωριζόμενον.

1126 3, 3. «Καὶ τὰ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, ἓξ πτέ- 105
ρυγες τῷ ἑνί, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί, καὶ ταῖς μὲν δυσὶ κατεκάλυπτον τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας» [Is 6, 2]. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, καλύπτουσι τὰ πρόσωπα καὶ προβάλλονται τὰς πτέρυγας; Τίνος δὲ ἕνεκεν ἑτέρου ἀλλ' ἢ διὰ τὸ μὴ φέρειν τὴν ἐκ τοῦ θρόνου πηδῶσαν ἀστραπὴν καὶ τὰς

---

habent; magnum enim discrimen angelos inter et homines. Verum ut ex abundanti discas nullam ibi creatam virtutem id nosse, ipsos audiamus angelos. Quid igitur? an de substantia illa ibi disserunt et quaestionem mutuo habent? Minime.

1124 2, 3. Ausus est homo dicere: Deum novi ut ipse Deus se ipsum 108
novit. Haeccine confutatione indigent? Haeccine demonstratione? Annon satis est haec solum verba proferre, ut tota eorum impietas reveletur? Etenim haec insania est perspicua, amentia inexcusabilis, novus impietatis modus. Nemo quidpiam huiusmodi vel mente concipere vel lingua proferre ausus est.

1125 3, 1. Vocemus itaque ipsum ineffabilem, inintellegibilem Deum, 108
invisibilem, incomprehensibilem, humanae linguae vim superantem, 105
mortalis mentis comprehensionem excedentem, angelis non vestigabilem, seraphinis invisibilem, cherubinis inintellegibilem, inaspectabilem principatibus, potestatibus, virtutibus ac simpliciter omni creaturae, a solo autem Filio et a Spiritu Sancto cognitum.

1126 3, 3. *Et seraphim stabant in circuitu eius, sex alae uni et sex* 105
alae alteri, et duabus quidem obvelabant facies suas, et duabus pedes. Dic, quaeso, cur obvelant facies suas alasque praetendunt? Cur, inquam, nisi quia fulgur e throno progrediens radiosque illos ferre

---

1124. MG 48, 712. 1125. MG 48, 720. 1126. MG 48, 721.

μαρμαρυγὰς ἐκείνας; Καίτοι γε οὐκ αὐτὸ ἄκρατον εὑρων τὸ φῶς, οὐδ' αὐτὴν ἀκραιφνῆ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ συγκατάβασις ἦν τὰ ὁρώμενα. Τί δέ ἐστι συγκατάβασις; Ὅταν μὴ ὡς ἔστιν ὁ Θεὸς φαίνηται, ἀλλ' ὡς ὁ δυνάμενος αὐτὸν θεωρεῖν οἷός τέ ἐστιν, οὕτως ἑαυτὸν δεικνύῃ, ἐπιμετρῶν τῇ τῶν ὁρώντων ἀσθενείᾳ τῆς ὄψεως τὴν ἐπίδειξιν.

108 4, 2. Καὶ ἐγὼ τοίνυν καθάπερ βιβλίον ἀναπτύξας τὴν μνήμην 1127
τῆς διανοίας τῆς ὑμετέρας, ὥσπερ δακτύλῳ τινὶ τῷ λόγῳ τὰ καταβληθέντα ἐπιδείξας, ἐπὶ τὰ λειπόμενα βαδιοῦμαι λοιπόν. Τί οὖν ἦν τὸ ὑπολελειμμένον; Δεῖξαι ὅτι οὔτε ἀρχαί, οὔτε ἐξουσίαι, οὔτε κυριότητες, οὔτε εἴ τις ἑτέρα κτιστὴ δύναμίς ἐστιν, ἣ ἔχει τοῦ Θεοῦ τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν.

105 4, 3. Πῶς οὖν ὁ Ἰωάννης φησὶν ὅτι «τὸν Θεὸν οὐδεὶς 1128
108 ἑώρακε πώποτε» [Io 1, 18]; Ἵνα μάθῃς ὅτι τὴν ἀκριβῆ αὐτοῦ κατάληψιν καὶ τὴν τετρανωμένην γνῶσιν λέγει. Ὅτι γὰρ πάντα ἐκεῖνα συγκατάβασις ἦν, καὶ ἀκραιφνῆ τὴν οὐσίαν οὐδεὶς εἶδεν
97 ἐκείνων, δῆλον ἐκ τοῦ διαφόρως ἕκαστον ὁρᾶν. Ὁ γὰρ Θεὸς
98 ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος καὶ ἀσχημάτιστος· οὗτοι δὲ ἅπαντες σχήματα ἔβλεπον διάφορα.... Ὥστε ὅταν ἀκούσῃς ὅτι «Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε», ἐκεῖνο νόμιζε ἀκούειν, ὅτι τὸν Θεὸν οὐδεὶς ἔγνω οὐσιωδῶς μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης.... Ὅταν οὖν λέγῃ ὁ προφήτης ὅτι [τὰ σεραφὶμ καὶ χερουβίμ] συγκαταβαίνοντα τὸν Θεὸν ἰδεῖν οὐκ ἤνεγκαν, οὐδὲν ἄλλο λέγει ἀλλ' ἢ ὅτι τὴν γνῶσιν αὐτοῦ τετρανωμένην καὶ ἀκριβῆ τῆς καταλήψεως ἐνεγκεῖν

---

non possunt? Quamquam non ipsum sine temperamento lumen, neque ipsam puram substantiam videbant, sed quae videbantur attemperata erant. Quid autem est illa attemperatio? Quando Deus non sicut est apparet, sed ad modum eius, qui ipsum visurus est, sese attemperat videntiumque infirmitati sese accommodat.

108 4, 2. Ego similiter, aperto memoriae vestrae libro, atque iis 1127
quae iam soluta sunt quasi digito demonstratis, ad reliqua demum propero. Quid igitur residuum erat? Ut ostenderemus neque principatus, neque potestates, neque dominationes, neque aliam ullam creatam virtutem esse, quae Deum perfecte comprehendat.

105 4, 3. Cur ergo Ioannes ait: *Deum nemo vidit umquam?* Ut 1128
108 ediscas eum de perfecta comprehensione et clara cognitione loqui. Quod enim illa omnia per attemperationem facta sint, neque puram illius substantiam quisquam illorum viderit, hinc palam est quod
97 varie quisque viderit. Etenim Deus simplex est, incompositus et
98 figurae expers; illi vero figuras viderunt varias.... Itaque cum audis: *Deum nemo vidit umquam*, id intellege, nullum esse qui Deum substantialiter omnino perfecte cognoscat.... Cum itaque propheta dicit illas virtutes Deum quamvis sese attemperantem non ferre potuisse, nihil aliud significat quam eius cognitionem claram et accuratam comprehensionemque ferre non posse, neque

---

1127. MG 48, 729. 1128. MG 48, 730.

οὐ δύνανται, οὐδὲ τολμῶσιν ἀτενὲς ἰδεῖν πρὸς τὴν ἀκραιφνῆ καὶ ἀκέραιον οὐσίαν, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς αὐτὴν τὴν συγκατάβασιν. Τὸ δὲ ἀτενὲς ἰδεῖν τὸ γνῶναί ἐστι.

1129 5, 3. Ἕνα Θεὸν τὸν Πατέρα ἐκάλεσεν [ὁ Παῦλος, cf. 1 Cor 8, 6], 142
οὐκ ἐκβάλλων τὸν Υἱὸν τῆς θεότητος, ὥσπερ οὖν καὶ ἕνα Κύριον τὸν Υἱόν, οὐκ ἐκβάλλων τῆς κυριότητος τὸν Πατέρα, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων [τῶν Κορινθίων] ἀσθένειαν διορθούμενος, καὶ μηδεμίαν αὐτοῖς δοῦναι λαβὴν βουλόμενος. Τοῦτο γοῦν καὶ αἴτιον γέγονε τοῦ μὴ σαφῶς μηδὲ φανερῶς, ἀλλ' ἀμυδρῶς πως καὶ σπανίως διὰ τῶν προφητῶν γνωρισθῆναι τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Ἄρτι γὰρ τῆς πολυθέου πλάνης ἀπαλλαγέντες, εἰ πάλιν ἤκουσαν Θεὸν καὶ Θεόν, πρὸς τὴν αὐτὴν ἂν ὑπέστρεψαν νόσον. Διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω συνεχῶς οἱ προφῆται λέγουσιν ὅτι «εἷς Θεός, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν» [cf. Dt 4, 35]· οὐχὶ τὸν Υἱὸν ἀθετοῦντες, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν θεραπεῦσαι βουλόμενοι, καὶ πεῖσαι τέως τῆς τῶν πολλῶν θεῶν καὶ οὐκ ὄντων ὑπονοίας ἀπαλλαγῆναι.

1130 5, 5. Ὅτι γὰρ τοσοῦτον ἀπαιτούμεθα μόνον εἰδέναι ὅτι 86
ἔστι Θεός, οὐχὶ περιεργάζεσθαι αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, ἄκουσον τί 109
φησιν ὁ Παῦλος· «Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ ὅτι ἔστι» [Hebr 11, 6]. Καὶ πάλιν ὁ προφήτης ἐγκαλῶν ἀσέβειάν τινι, οὐ τοῦτο ἐγκαλεῖ, ὅτι οὐκ οἶδε τί ἐστιν ὁ Θεός, ἀλλ' ὅτι οὐκ οἶδεν ὅτι ἔστι Θεός. «Εἶπε γάρ», φησίν, «ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός» [Ps 13, 1].

---

audere puram illam perfectamque substantiam intueri, ne quidem cum sese attemperat. Nihil autem aliud est intueri quam cognoscere.

1129 5, 3. Unum Deum Patrem vocavit [Paulus, cf. 1 Cor 8, 6], non 143
ut eiceret Filium a deitate; sicut et Filium unum Dominum, non ut eiceret Patrem a dominatione, sed ut illorum [Corinthiorum] infirmitatem emendaret nullamque illis praeberet ansam. Quod ipsum in causa fuit, cur Iudaeis non clare et manifeste, sed obscure raroque Filius Dei a prophetis significaretur. Cum enim nuper ab errore plurium deorum abducti essent, si rursum audissent Deum et Deum, rursus in eumdem recidissent morbum. Ideo frequenter prophetae dicunt: *Unus est Deus, et praeter eum nullus est;* non quod Filium negent, absit; sed ut illorum infirmitatem curarent ipsisque interim suaderent, ut a multorum nec vere exsistentium deorum opinione absisterent.

1130 5, 5. Quod autem id solum requiratur a nobis, ut sciamus 86
Deum esse, non ut eius substantiam curiose scrutemur, audi Pau- 109
lum loquentem: *Credere enim oportet eum, qui ad Deum accedit, quia est.* Rursum propheta, cum impietatis quempiam accusaret, non ei vitio vertit, quod ignoraret quid sit Deus, sed quod eum esse nesciret. Nam ait: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.*

1129. MG 48, 740. 1130. MG 48, 743.

537 5, 7. Παρακαλῶ καὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ ἐξομολογεῖσθαι 1131
τῷ Θεῷ συνεχῶς. Οὐδὲ γὰρ εἰς θέατρόν σε ἄγω τῶν συν-
δούλων τῶν σῶν, οὐδὲ ἐκκαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκάζω
τὰ ἁμαρτήματα· τὸ συνειδὸς ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ,
καὶ αὐτῷ δεῖξον τὰ τραύματα, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ φάρμακα
αἴτησαι· δεῖξον τῷ μὴ ὀνειδίζοντι, ἀλλὰ θεραπεύοντι· κἂν γὰρ
σὺ σιγήσῃς, οἶδεν ἐκεῖνος ἅπαντα.

De Lazaro homiliae, 388.

537 Hom. 4, n. 4. Εἰ δὲ καὶ μέχρι τούτου ῥαθυμήσαιμεν, ἐξ- 1132
531 ελθοῦσαν εἰς ἔργον τὴν ἁμαρτίαν ἀποκτείνειν πάλιν δι' ἐξ-
540 ομολογήσεως καὶ δακρύων, διὰ τοῦ κατηγορεῖν ἑαυτῶν. Οὐδὲν
γὰρ οὕτως ὀλέθριον τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς κατηγορία καὶ κατάγνωσις
σὺν μετανοίᾳ καὶ δάκρυσι. Κατέγνως σου τὴν ἁμαρτίαν; Ἀπέθου
τὸ φορτίον. Καὶ τίς ταῦτά φησιν; Αὐτὸς ὁ δικάζων Θεός.
«Λέγε σὺ τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς» [Is 43, 26].
Τίνος γὰρ ἕνεκεν αἰσχύνῃ καὶ ἐρυθριᾷς, εἰπέ μοι, τὰ ἁμαρτήματα
εἰπεῖν; Μὴ γὰρ ἀνθρώπῳ λέγεις, ἵνα ὀνειδίσῃ σε; Μὴ γὰρ τῷ
συνδούλῳ ὁμολογεῖς, ἵνα ἐκπομπεύσῃ; Τῷ Δεσπότῃ, τῷ κηδε-
μόνι, τῷ φιλανθρώπῳ, τῷ ἰατρῷ τὸ τραῦμα ἐπιδεικνύεις. . . .
Ἂν μὴ εἴπῃς τοῦ χρέους τὸ μέγεθος, οὐκ ἐπιγινώσκεις τῆς
χάριτος τὴν ὑπερβολήν. Οὐκ ἀναγκάζω, φησίν, εἰς μέσον ἐλθεῖν
σε θέατρον, καὶ μάρτυρας περιστῆσαι πολλούς· ἐμοὶ τὸ ἁμάρ-
τημα εἰπὲ μόνῳ κατ' ἰδίαν, ἵνα θεραπεύσω τὸ ἕλκος, καὶ ἀπαλ-
λάξω τῆς ὀδύνης.

---

537 5, 7. Etiam atque etiam hortor, rogo et oro, ut frequenter 1131
Deo confiteamini. Non te in theatrum conservorum tuorum duco,
neque hominibus peccata revelare cogo; conscientiam tuam ex-
pande coram Deo, ostende ipsi vulnera et ab eo medicamenta
postula; ostende non exprobranti, sed curanti; licet enim taceas,
ipse novit omnia.

537 4, 4. Si huc usque fuerimus neglegentes, iniquitatem in opus 1132
531 progressam mox occidamus per confessionem, per lacrimas, per
540 propriorum commissorum accusationem. Nihil enim tam exitiale
peccato quam peccati accusatio condemnatioque cum paenitudine
lacrimisque coniuncta. Condemnasti tuum peccatum? Deposuisti
sarcinam. Quis haec dicit? Ipse iudex Deus: *Dic tu peccata tua
prior, ut iustificeris.* Cur igitur te, quaeso, pudet, et erubescis
dicere peccata tua? Num enim homini dicis, ut te probro af-
ficiat? Num conservo confiteris, ut in publicum proferat? Ei qui
Dominus est, qui de te curat, qui humanus est, qui medicus
est, ostendis vulnera. . . . Nisi dixeris debiti magnitudinem, non
agnosces gratiae eminentiam. Non, inquit, cogo te in medium
prodire theatrum ac multos adhibere testes; mihi soli dic peccatum
privatim, ut sanem ulcus teque dolore liberem.

1131. MG 48, 746. 1132. MG 48, 1012.

De consubstantiali, contra Anomoeos, 386—404.

1133 Hom. 7 [habita a. 387], 6. Οὔτε γὰρ ἀγωνίαν μόνον ἐμφαίνει 388
τὰ ῥήματα, ἀλλὰ καὶ δύο θελήματα, ἓν μὲν Υἱοῦ, ἓν δὲ Πατρός, ἐναντία ἀλλήλοις· τὸ γὰρ εἰπεῖν· «Οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ» [Mt 26, 39], τοῦτό ἐστιν ἐμφαίνοντος. Τοῦτο δὲ οὐδὲ ἐκεῖνοί ποτε συνεχώρησαν, ἀλλ' ἡμῶν ἀεὶ λεγόντων τό· «Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν» [Io 10, 30], ἐπὶ τῆς δυνάμεως, ἐκεῖνοι ἐπὶ τῆς θελήσεως τοῦτο εἰρῆσθαί φασι, λέγοντες Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μίαν εἶναι βούλησιν. Εἰ τοίνυν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μία βούλησίς ἐστι, πῶς φησιν ἐνταῦθα· «Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ»; Ἂν μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος τὸ εἰρημένον ᾖ τοῦτο, ἐναντιολογία τις γίνεται, καὶ πολλὰ ἄτοπα ἐκ τούτου τίκτεται· ἂν δὲ ἐπὶ τῆς σαρκός, ἔχει λόγον τὰ εἰρημένα, καὶ οὐδὲν γένοιτ' ἂν ἔγκλημα.

1134 12 [a. 398], 4. Οὐ γὰρ παρήγαγε μόνον τὴν κτίσιν [ὁ Θεός], 124
ἀλλὰ καὶ παραχθεῖσαν αὐτὴν συγκροτεῖ· κἂν ἀγγέλους εἴπῃς, 235
κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν τὰς ἄνω δυνάμεις, κἂν πάντα ἁπλῶς τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, τῆς προνοίας ἀπολαύει τῆς ἐκείνου· κἂν ἔρημα γένηται τῆς ἐνεργείας ἐκείνης, οἴχεται καὶ διαρρεῖ καὶ ἀπόλλυται.

Quod Christus sit Deus, 387 (?).

1135 11. Πῶς οὖν ἔτι τολμᾷς ἀπιστεῖν, τοιαύτας λαβὼν αὐτοῦ 24
[τοῦ Χριστοῦ] ἀποδείξεις τῆς δυνάμεως, ῥήματα πρὸ τοσούτου

1133 7, 6. Neque enim agoniam solum haec verba significant, sed 388
etiam duas voluntates, unam Filii et alteram Patris, inter se oppositas; quod enim dixit: *Non sicut ego volo, sed sicut tu,* hoc indicantis est. At neque hoc illi umquam admiserunt; sed nobis semper dicentibus illud: *Ego et Pater unum sumus,* de maiestate, illi de voluntate dictum esse asserunt, dicentes Patris et Filii unam esse voluntatem. Si ergo Patris et Filii una est voluntas, quomodo hic dicit: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu*? Si enim in divinitate hoc dictum est, exoritur quaedam contradictio, et multa absurda inde nascuntur; sin autem in carne, rationi consentanea sunt, neque reprehendi quidquam poterit.

1134 12, 4. Non enim solum protulit [Deus] creaturam, verum etiam 124
prolatam tuetur et fovet; sive angelos dixeris sive archangelos, 235
sive superiores potestates sive omnia prorsus quae sub aspectum cadunt et quae non cadunt: cuncta fruuntur providentia illius, et si destituantur efficaci illius actione, diffluunt, dilabuntur, pereunt.

1135 11. Quomodo ergo adhuc incredulus manere audes, talibus 24
acceptis eius [Christi] virtutis demonstrationibus, cum verba videas

1133. MG 48, 765. 1134. MG 48, 810.
1135. MG 48, 828.

χρόνου ἀναφωνηθέντα, καὶ πράγματα τοῖς ῥήμασι συμβαίνοντα βλέπων, καὶ οὐδὲν ὅλως διαπεσόν; Καὶ ὅτι οὐ πλάσματα ἡμέτερα μαρτυροῦσιν οἱ τὰ βιβλία καὶ πρῶτοι δεξάμενοι καὶ νῦν κατέχοντες, ἐχθροί τε ὄντες, καὶ τῶν ἐσταυρωκότων ἔκγονοι, καὶ νῦν αὐτὰ κατέχοντες καὶ διατηροῦντες.

De paenitentia homiliae.

537 Hom. 3, n. 4. Ἥμαρτες; Εἴσελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ 1136
ἐξάλειψόν σου τὴν ἁμαρτίαν. Ὁσάκις ἂν πέσῃς εἰς τὴν ἀγοράν, τοσαυτάκις ἐγείρῃ· οὕτως ὁσάκις ἂν ἁμαρτήσῃς, μετανόησον ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ· μὴ σαυτοῦ ἀπογνῷς· κἂν δεύτερον ἁμάρτῃς, δεύτερον μετανόησον, μὴ διὰ ῥᾳθυμίαν τέλεον ἐκπέσῃς τῆς τῶν προκειμένων ἀγαθῶν ἐλπίδος· κἂν ἐν ἐσχάτῃ πολιᾷ ᾖς καὶ ἁμάρτῃς, εἴσελθε, μετανόησον· ἰατρεῖον γάρ ἐστιν ἐνταῦθα, οὐ δικαστήριον, οὐκ εὐθύνας ἁμαρτημάτων ἀπαιτοῦν, ἀλλὰ συγχώρησιν ἁμαρτημάτων παρέχον. Θεῷ μόνῳ εἰπὲ τὴν ἁμαρτίαν σου· «Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα» [Ps 50, 6]· καὶ συγχωρεῖταί σου ἡ ἁμαρτία.

489 9. Μὴ ὅτι ἄρτος ἐστὶν ἴδῃς, μηδ' ὅτι οἶνός ἐστι νομίσῃς· 1137
οὐ γὰρ ὡς αἱ λοιπαὶ βρώσεις εἰς ἀφεδρῶνα χωρεῖ· ἄπαγε, μὴ τοῦτο νόει· ἀλλὰ ὥσπερ κηρὸς πυρὶ προσομιλήσας οὐδὲν ἀπουσιάζει, οὐδὲν περισσεύει, οὕτω καὶ ὧδε νόμιζε συναναλίσκεσθαι τὰ μυστήρια τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ.

584 9. Ταῦτα εἰδότες, καὶ τὴν φοβερὰν ἡμέραν ἐκείνην ἐνθυμη- 1138
θέντες, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο, καὶ τὰ φοβερὰ κολαστήρια εἰς νοῦν

---

tam diu ante praenuntiata, resque videas accidere verbis consonas, ita ut nihil omnino excidat? Quodque haec non figmenta nostra sint, testificantur ii qui primi libros acceperunt et etiam nunc conservant, inimici nostri, abnepotesque eorum qui Dominum crucifixerunt; qui libros, inquam, apud se retinent et conservant.

537 3, 4. Peccasti? Ecclesiam ingredere atque tuum dele peccatum. 1136
Quoties cecideris in foro, toties exsurgis; sic quoties peccaveris, peccati paeniteat neque desperes; tametsi secundo peccaveris, secundo paeniteat, neque animo consternatus a spe repositorum bonorum cadas. Quamvis in extrema canitie peccaveris, ingredere, paenitentiam age; medicinae locus est hic, non iudicii, non poenas exigens, sed peccatorum remissionem tribuens. Deo soli dic peccatum tuum: *Tibi soli peccavi, et malum coram te feci;* et dimittitur tibi peccatum. 1137

489 9. Ne quasi panem id respicias, neu quasi vinum existimes; neque enim haec sicut reliqui cibi in secessum vadunt. Absit! ne sic cogites. Quemadmodum enim, cera igni admota, nihil substantiae amittitur, nihil superfluit, sic et hic puta mysteria consumi corporis substantia.

584 9. Cum haec sciamus, ac diem illum terribilem nobis reputemus, et ignem illum, et terribilem tormentorum locum in mentem 1138

1136. MG 49, 297. 1137. MG 49, 345. 1138. MG 49, 346.

λαβόντες, ἐπιστρέψωμεν λοιπὸν ἐκ τῆς πεπλανημένης ὁδοῦ ἡμῶν. Ἐλεύσεται γὰρ ὥρα ὅταν τὸ θέατρον τοῦ κόσμου τούτου διαλυθήσεται· καὶ οὕτως οὐκ ἔστι λοιπὸν ἀγωνίζεσθαι· οὐκ ἔστι μετὰ τὴν πάροδον τοῦ βίου πραγματεύσασθαι, οὐκ ἔστι μετὰ τὴν τοῦ θεάτρου ἀπόλυσιν στεφανωθῆναι. Οὗτος ὁ καιρὸς μετανοίας, ἐκεῖνος κρίσεως.

Sermones panegyrici, 387.

1139 *In S. Lucianum.* 2. Καὶ μὴ θαυμάσητε εἰ βάπτισμα τὸ 472
μαρτύριον ἐκάλεσα· καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα τὸ Πνεῦμα μετὰ πολλῆς ἐφίπταται τῆς ἁψιλείας, καὶ ἁμαρτημάτων ἀναίρεσις καὶ ψυχῆς γίνεται καθαρμὸς θαυμαστός τις καὶ παράδοξος· καὶ ὥσπερ οἱ βαπτιζόμενοι τοῖς ὕδασιν, οὕτως οἱ μαρτυροῦντες τῷ ἰδίῳ λούονται αἵματι.

1140 *In S. Romanum.* Hom. 1, 1. Πόδες ἐσμὲν ἡμεῖς, οἱ μάρτυρες 284
κεφαλή· ἀλλ' «οὐ δύναται εἰπεῖν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί· Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω» [1 Cor 12, 21]. Ἔνδοξα τὰ μέλη, ἀλλ' ἡ ὑπεροχὴ τῆς δόξης οὐ ποιεῖ τῆς πρὸς τὰ λοιπὰ μέρη συναφείας ἀλλοτρίωσιν· ταύτῃ γὰρ μάλιστα ἔνδοξα γίνεται, ὅταν τὴν πρὸς ἡμᾶς συνάφειαν μὴ διακρούσηται· ἐπεὶ καὶ ὀφθαλμός, τοῦ λοιποῦ παντὸς σώματος λαμπρότερος ὤν, τότε τὴν οἰκείαν διατηρεῖ δόξαν, ὅταν μὴ τοῦ λοιποῦ σώματος ἀποσχίζηται.

1141 *De resurrectione mortuorum.* 7. Καὶ μή μοι λέγε· Πῶς δύνα- 598
ται ἀναστῆναι τὸ σῶμα πάλιν καὶ γενέσθαι ἄφθαρτον; Ὅταν

---

accipiamus, convertamus nos in posterum a via qua erravimus. Veniet enim hora quando theatrum vitae huius solvetur, et nullus postea certabit; non est post huius vitae finem negotiatio; hoc soluto theatro coronas mereri non datur. Hoc tempus est paenitentiae, illud iudicii.

1139 *In S. Lucianum.* 2. Neque miremini quod baptismum mar- 472
tyrium nuncuparim; nam et hic Spiritus cum multa advolat ubertate, ac peccatorum abolitio et animae fit purgatio quaedam mirabilis ac stupenda; et quemadmodum ii qui baptizantur aquis, ita qui martyrium patiuntur proprio sanguine abluuntur.

1140 *In S. Romanum.* Hom. 1, 1. Nos pedes sumus, martyres autem 284
caput. Sed *non potest caput dicere pedibus: Vobis non egeo.* Gloriosa sunt membra, sed gloriae excellentia non aliena illa facit a coniunctione quae est cum reliquis partibus; tunc enim fiunt maxime gloriosa, quando eam quae nobiscum est coniunctionem non abruperint; nam oculus quoque, licet reliquo toto corpore sit splendidior, suam tunc gloriam conservat, quando a reliquo corpore non abscinditur.

1141 *De resurrectione mortuorum.* 7. Neque mihi dicas: Quo potest 598
modo resurgere corpus, fierique corruptionis immune? Cum enim

---

1139. MG 50, 522. 1140. MG 50, 606.
1141. MG 50, 429.

γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις ἐργάζηται, τὸ πῶς μὴ προσκείσθω. . . .
198 Τὰς γὰρ ἀπείρους δυνάμεις, καὶ τοὺς δήμους τῶν ἀγγέλων,
205 τοὺς ἀρχαγγέλους, τὰ ἀνώτερα τάγματα τούτων, πῶς ἐποίησεν;
εἰπέ μοι. Ἐγὼ μὲν γὰρ τὸν τρόπον οὐκ ἂν ἔχοιμι λέγειν, ὅτι
200 δὲ ἤρκεσεν αὐτῷ τὸ θελῆσαι μόνον. Εἶτα ὁ τοσαύτας στρατιὰς
ἀσωμάτους ἐργασάμενος, ἀνθρώπου σῶμα διαφθαρὲν ἀνανεῶ-
σαι πάλιν οὐ δύναται καὶ εἰς μείζονα ἀγαγεῖν ἀξίαν;
599 *Ibid.* 8. Ἐπεὶ οὖν καθολικὴ πᾶσίν ἐστιν ἡ ἀνάστασις, καὶ 1142
κοινὴ καὶ εὐσεβῶν καὶ ἀσεβῶν, καὶ πονηρῶν καὶ χρηστῶν
ἀνθρώπων, ἵνα μὴ ἀπὸ τούτου νομίσῃς ἄδικόν τινα γίνεσθαι
κρίσιν, μηδὲ λέγῃς πρὸς σεαυτόν· Τί ποτε τοῦτό ἐστιν; Ἐγὼ
ὁ σπουδαῖος καὶ τοσαῦτα πονέσας καὶ ταλαιπωρηθεὶς ἀνίστα-
μαι, καὶ ὁ Ἕλλην, καὶ ὁ ἀσεβήσας, καὶ προσκυνήσας εἰδώλοις,
καὶ τὸν Χριστὸν ἀγνοήσας, καὶ αὐτὸς ἀνίσταται ὁμοίως, καὶ
594 τῆς αὐτῆς ἀπολαύει τιμῆς; . . . Καὶ γὰρ τὰ σώματα τῶν ἁμαρ-
τωλῶν ἄφθαρτα ἀνίστανται καὶ ἀθάνατα· ἀλλ' ἡ τιμὴ αὕτη
ἐφόδιον αὐτοῖς κολάσεως γίνεται καὶ τιμωρίας· ἄφθαρτα γὰρ
ἀνίστανται, ἵνα διαπαντὸς καίηται.

Ad populum Antiochenum, de statuis, 387.

534 Hom. 15, n. 1. Τί γεέννης χαλεπώτερον; Ἀλλ' οὐδὲν τοῦ 1143
ταύτης χρησιμώτερον φόβου· ὁ γὰρ τῆς γεέννης φόβος τὸν
τῆς βασιλείας ἡμῖν κομίζει στέφανον. . . . Οὐδὲν γὰρ οὕτω
κατεσθίει μὲν ἁμαρτήματα, ἀρετὴν δὲ αὔξεσθαι ποιεῖ καὶ θάλλειν,
ὡς διηνεκὴς φόβου φύσις.

Dei potentia operatur, illud ‚quomodo' non est addendum. . . .
198 Quomodo, quaeso, fecit virtutes immensas, turmas caelestes ange-
205 lorum et archangelorum, superioraque his agmina? Dic, oro,
modum quo fecit. Hic nihil dicere aliud possum, quam quod
200 sola voluntas ad haec suffecerit. Ergone qui tot incorporeos for-
mavit exercitus, hominis corpus corruptum renovare iterum et in
maiorem provehere dignitatem nequit?
599 *Ibid.* 8. Quia ergo communis est omnibus resurrectio, et piis 1142
et impiis, et malis et bonis, ne propterea putes iniustum fieri
iudicium, neque apud te dicas: Quidnam est hoc? Ego qui in
multo studio, in multo labore et miseria vixi, resurgo; et Graecus,
et impius, et idololatra, et Christum ignorans, ipse etiam similiter
594 resurgit, et eodem honore fruitur quo ego? . . . Peccatorum quo-
que corpora incorruptibilia resurgunt et immortalia; sed hic honor
illis est praeparatio suppliciorum et ultionis; incorruptibilia enim
resurgunt ut semper urantur.
534 15, 1. Quid gehenna gravius? Sed huius metu nihil utilius; 1143
gehennae namque timor regni nobis affert coronam. . . . Nihil enim
tantum peccata consumit, virtutemque crescere facit et germinare,
quantum assidui timoris natura.

1142. MG 50, 430. 1143. MG 49, 154.

Catecheses ad illuminandos, 388/9.

1144 Cat. 1, n. 3. Ὥσπερ οὖν ἀνδριάντα χρυσοῦν πολλῷ τῷ 356
χρόνῳ καὶ τῷ καπνῷ καὶ τῇ κόνει καὶ ἰῷ ῥυπωθέντα λαβών τις καὶ χωνεύσας, καθαρώτατον ἡμῖν καὶ ἀστράπτοντα ἀποδίδωσιν, οὕτω καὶ τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν ὁ Θεὸς ἰωθεῖσαν τῷ τῆς ἁμαρτίας ἰῷ, καὶ πολὺν δεξαμένην τὸν καπνὸν τὸν ἀπὸ τῶν πλημμελημάτων, καὶ τὸ κάλλος ἀπολέσασαν, ὅπερ παρ' αὐτοῦ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐγκατέθηκε, λαβὼν ἄνωθεν ἐχώνευσε, καὶ καθάπερ εἰς χωνευτήριον ἐμβαλὼν τὰ ὕδατα, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπαφεὶς χάριν ἀντὶ φλογός, εἶτα νεοπαγεῖς ἐκεῖθεν καὶ καινοὺς γενομένους ἀντιβλέψαι λοιπὸν ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι μετὰ πολλῆς ἀνάγει τῆς λαμπρότητος, τὸν μὲν παλαιὸν συντρίψας ἄνθρωπον, νέον δὲ κατασκευάσας τοῦ προτέρου λαμπρότερον.

1145 2, 4. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστόν, ὅτι [ὁ Θεός] 537
ἀφίησιν ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλ' ὅτι αὐτὰ οὐδὲ ἐκκαλύπτει οὐδὲ ποιεῖ φανερὰ καὶ δῆλα, οὐδὲ ἀναγκάζει παρελθόντας εἰς μέσον ἐξειπεῖν τὰ πεπλημμελημένα, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ ἀπολογήσασθαι κελεύει καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξομολογήσασθαι. Καίτοι γε ἐκ τῶν ἔξωθεν δικαστῶν εἴ τις εἶπέ τινι τῶν ἁλόντων ληστῶν ἢ τυμβωρύχων εἰπεῖν τὰ πεπλημμελημένα, καὶ ἀφεθῆναι τῆς κολάσεως, πάσῃ προθυμίᾳ ἂν κατεδέξαντο τοῦτο, τῇ τῆς σωτηρίας ἐπιθυμίᾳ τῆς αἰσχύνης καταφρονοῦντες. Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀφίησι τὰ ἁμαρτήματα καὶ οὐκ ἀναγκάζει παρόντων τινῶν αὐτὰ ἐκπομπεύειν, ἀλλ' ἐν μόνον ζητεῖ, ὅπως αὐτὸς ὁ τῆς ἀφέσεως ἀπολαύων μάθοι τῆς δωρεᾶς τὸ μέγεθος.

1144 1, 3. Quemadmodum si quis auream statuam, tempore, fumo, 356
pulvere, rubigine foedatam denuo conflaverit, eam nobis purissimam atque fulgentem restituit, sic et naturam nostram Deus, peccati rubigine foedatam multoque affectam delictorum fumo, illa pulchritudine destitutam, quam ipsi ab initio indiderat, denuo conflavit, et in aquas ceu in conflatorium iniciens, et pro igne Spiritus gratiam immittens, hinc renovatos, cum solaribus radiis splendore decertantes educit, contrito vetere homine, novo autem splendidiore quam vetus erat condito.

1145 2, 4. Nec hoc tantum est mirabile, quod [Deus] nobis peccata 537
dimittat, verum et quod ipsa non revelet nec manifesta faciat, nec accedentes cogat in medio patrata edicere, sed sibi soli rationem reddere iubeat et sibi confiteri. Etenim ex saecularibus iudicibus si quis alicui captorum latronum, vel eorum qui sepulcra effodiunt, diceret ut peccata confiteretur, quo sibi poena dimitteretur, cum omni certe alacritate hoc susciperent, salutis cupiditate pudorem contemnentes. Hic vero nihil tale est; verum et peccata dimittit nec cogit praesentibus quibusdam ipsa enuntiari, sed unum solum exigit, ut ipse, remissione fruens, doni magnitudinem discat.

1144. MG 49, 227. 1145. MG 49, 236.

De Anna sermones, 387.

87 Serm. 1, n. 3. Εἷς μὲν οὖν θεογνωσίας τρόπος, ὁ διὰ τῆς 1146
89 κτίσεως ἁπάσης· ἕτερος δὲ οὐκ ἐλάττων, ὁ τοῦ συνειδότος, ὃν καὶ τοῦτον ἅπαντα τοτε διὰ πλειόνων ἐξεθέμεθα λόγων, δείκνυντες πῶς αὐτοδίδακτος ἡμῖν ἐστιν ἡ τῶν καλῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων γνῶσις, καὶ πῶς ἔνδοθεν ἡμῖν τὸ συνειδὸς ἅπαντα ἐνηχεῖ ταῦτα. Δύο γὰρ οὗτοι διδάσκαλοι γεγόνασιν ἡμῖν ἐξ-
αρχῆς, ἡ κτίσις καὶ τὸ συνειδός· καὶ οὐδέτερος αὐτῶν φωνὴν ἀφιεὶς σιγῇ τοὺς ἀνθρώπους ἐπαίδευον.

In Genesim homiliae, 388.

188 Hom. 2, n. 2. Τὸ γὰρ λέγειν ἐξ ὑποκειμένης ὕλης τὰ ὄντα 1147
189 γεγενῆσθαι, καὶ μὴ ὁμολογεῖν ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὰ παρήγαγεν ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργός, τῆς ἐσχάτης παραφροσύνης ἂν εἴη σημεῖον.

199 4, 5. Εἰ δὲ τὰ ὁρώμενα ἱκανὰ διδάξαι τὸ μέγεθος τῆς τοῦ 1148
δημιουργοῦ δυνάμεως, ἐὰν καὶ ἐπὶ τὰς ἀοράτους δυνάμεις ἔλθῃς,
205 καὶ τὸν λογισμὸν ἀνατείνῃς ἐπὶ τὰς τῶν ἀγγέλων στρατιάς, τῶν ἀρχαγγέλων, τῶν ἄνω δυνάμεων, τῶν θρόνων, τῶν κυριοτήτων, τῶν ἀρχῶν, τῶν ἐξουσιῶν, τῶν χερουβίμ, τῶν σεραφίμ, ποία διάνοια, ποῖος λόγος ἀρκεῖ ἐξειπεῖν τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ τὴν ἀνεδιήγητον;

225 13, 1. Εἶδες πῶς λόγῳ τὰ πάντα ἐδημιουργήθη; Ἀλλ' ἴδω- 1149
μεν λοιπὸν ἐπὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας τί φησι. «Καὶ

---

87 1, 3. Unus ergo modus est cognitionis Dei, per universam 1146
89 nempe rerum naturam; alter vero nihilo minor, is quem suppeditat conscientia, quem ipsum tunc pluribus verbis exposuimus, simulque ostendimus insitam esse nobis a natura bonarum malarumque rerum cognitionem, et conscientiam nobis interius haec cuncta dictare. Duo quippe nobis a principio dati sunt a natura doctores, creatura et conscientia, qui sine voce ulla homines instituebant.

188 2, 2. Dicere enim ea quae sunt ex subiecta materia esse facta, 1147
189 et non confiteri omnium opificem ea ex nihilo creavisse, desipientiae extremae signum fuerit.

199 4, 5. Quodsi visibilia sola sufficiunt nobis ad docendam potentiae 1148
conditoris magnitudinem, et si ad invisibiles veneris virtutes, et
205 mentem extenderis ad angelorum exercitus, archangelorum, supernarum virtutum, thronorum, dominationum, principatuum, potestatum, cherubim, seraphim, quae mens, qui sermo poterit enarrare magnificentiam eius ineffabilem?

225 13, 1. Vidisti quomodo verbo omnia formata sint? Sed videa- 1149
mus postea quid in creatione hominis dicat. *Et formavit Deus*

1146. MG 54, 636. 1147. MG 53, 28. 1148. MG 53, 44.
1149. MG 53, 106.

ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον» [Gn 2, 7]. Ὅρα πῶς διὰ τῆς τῶν ῥημάτων συγκαταβάσεως, οἷς διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἐχρήσατο, ὁμοῦ καὶ τὸν τρόπον τῆς δημιουργίας διδάσκει, καὶ τὸ ἐνηλλαγμένον καὶ μονονουχί, ἵνα ἀνθρωπίνως εἴπω, ταῖς χερσὶν αὐτὸν διαπλαττόμενον ὑποδείκνυσι τοῦ Θεοῦ, καθὼς καὶ ἕτερος προφήτης φησίν· «Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με» [Iob 10, 8].

1150 15, 4. Μετὰ γὰρ τὴν παράβασιν τὰ τῆς συνουσίας γέγονεν· 569
ἐπεὶ μέχρις ἐκείνου καθάπερ ἄγγελοι οὕτω διητῶντο ἐν τῷ 230
παραδείσῳ, οὐχ ὑπὸ ἐπιθυμίας φλεγόμενοι, οὐχ ὑπὸ ἑτέρων παθῶν πολιορκούμενοι, οὐ ταῖς ἀνάγκαις τῆς φύσεως ὑποκείμενοι, ἀλλὰ δι' ὅλου ἄφθαρτοι κτισθέντες καὶ ἀθάνατοι, ὅπου 231
γε οὐδὲ τῆς τῶν ἱματίων περιβολῆς ἐδέοντο. «Ἦσαν γάρ, φησίν, οἱ δύο γυμνοί, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο» [Gn 2, 25]. Οὐδέπω γὰρ τῆς ἁμαρτίας ὑπεισελθούσης καὶ τῆς παρακοῆς, τῇ ἄνωθεν ἦσαν δόξῃ ἡμφιεσμένοι, δι' ἣ οὐδὲ ᾐσχύνοντο· μετὰ δὲ τὴν 300
παράβασιν τῆς ἐντολῆς, τότε καὶ ἡ αἰσχύνη ἐπεισῆλθε καὶ ἡ γνῶσις τῆς γυμνότητος.

1151 22, 1. Οὐκ εὔδηλον ὅτι διὰ τὸ ἕκαστον οἰκείᾳ προαιρέσει 221
ἢ τὴν κακίαν ἢ τὴν ἀρετὴν αἱρεῖσθαι; Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, μηδὲ 294
ἐν τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ τὰ τῆς ἐξουσίας ἔκειτο, οὔτε ἐκείνους κολάζεσθαι ἔδει, οὔτε τούτους ἀμοιβὰς λαμβάνειν τῆς ἀρετῆς. 334
Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῇ προαιρέσει τῇ ἡμετέρᾳ κατέλιπε μετὰ τὴν ἄνωθεν χάριν τὸ πᾶν, διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι κολάσεις ἀπόκεινται, καὶ τοῖς κατορθοῦσιν ἀντιδόσεις καὶ ἀμοιβαί.

---

hominem. Vide quomodo verborum attemperatione, quibus ob nostram infirmitatem usus est, simul et modum creationis doceat, et diversitatem qua, ut humano more loquar, veluti Dei manibus formatum ipsum indicat, sicut et alius propheta dicit: *Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me.*

1150 15, 4. Congressus enim ille post praevaricationem fuit; nam 569
usque ad illam quasi angeli versabantur in paradiso, non con- 230
cupiscentiis flagrantes, non ab aliis affectionibus infestati, non naturae necessitatibus obnoxii, sed prorsus incorruptibiles et im- 231
mortales conditi, neque vel vestimentorum amictu ibi egebant. *Erant enim*, inquit, *ambo nudi, et non erubescebant*. Peccato enim et praevaricatione nondum praesente, gloria, quae superne venerat, vestiti erant, et ideo non erubescebant; post transgressionem autem 300
praecepti introgressa est et erubescentia et nuditatis agnitio.

1151 22, 1. Nonne manifestum sua quemque voluntate vel malitiam 221
vel virtutem eligere? Nam nisi ita esset, et nisi naturae nostrae 294
potestas insita esset, neque illos puniri, neque istos virtutis praemia accipere oportebat. Verum quia in nostra voluntate totum post 334
gratiam Dei relictum est, ideo et peccantibus supplicia parata sunt, et bene operantibus mercedes et praemia.

1150. MG 53, 123. 1151. MG 53, 187.

200 22, 2. Ποίας οὐκ ἂν εἴη ἀνοίας ἀνάμεστον τὸ λέγειν ὅτι 1152
ἄγγελοι πρὸς συνουσίαν γυναικῶν κατηνέχθησαν, καὶ ἡ ἀσώματος ἐκείνη φύσις πρὸς τὴν συναλλαγὴν τῶν σωμάτων ὑπήχθη; Ἢ οὐκ ἀκούεις τοῦ Χριστοῦ λέγοντος περὶ τῆς τῶν ἀγγέλων οὐσίας· «Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι Θεοῦ» [Mt 22, 30. Mc 12, 25. Lc 20, 35]; Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὴν ἀσώματον φύσιν ἐκείνην τοιαύτην ἐπιθυμίαν δέξασθαί ποτε.

308 25, 7. Ἀναμένει [ὁ Θεός] τὰς παρ' ἡμῶν ἀφορμάς, ἵνα 1153
πολλὴν ἐπιδείξηται τὴν φιλοτιμίαν. Μὴ τοίνυν διὰ ῥᾳθυμίαν ἀποστερῶμεν ἑαυτοὺς τῶν παρ' αὐτοῦ δωρεῶν, ἀλλὰ σπεύδωμεν, καὶ ἐπειγώμεθα τῆς ἀρχῆς ἐπιλαβέσθαι, καὶ τῆς ὁδοῦ
319 τῆς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἅψασθαι, ἵνα τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἀπολαύοντες καὶ πρὸς τὸ τέλος φθάσαι δυνηθῶμεν. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τέ τι χρηστὸν ἡμᾶς ποτε κατορθῶσαι μὴ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύσαντας.

282 30, 5. Μέγα ἀγαθὸν ἡ εὐχή. Εἴ γὰρ ἀνθρώπῳ τις δια- 1154
λεγόμενος ἐναρέτῳ οὐ μικρὰν ἐξ αὐτοῦ καρποῦται τὴν ὠφέλειαν, ὁ Θεῷ διαλέγεσθαι καταξιωθεὶς πόσων οὐκ ἀπολαύσεται τῶν ἀγαθῶν; Ἡ γὰρ εὐχὴ διάλεξίς ἐστι πρὸς τὸν Θεόν.... Μὴ γὰρ καὶ πρὶν ἢ αἰτήσωμεν, οὐκ ἠδύνατο παρασχεῖν; Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἀναμένει, ἵνα ἀφορμὴν λάβῃ παρ' ἡμῶν τοῦ δικαίως ἡμᾶς ἀξιοῦν τῆς παρ' αὐτοῦ προνοίας.

314 42, 1. Ὅτι γὰρ οὐ παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ 1155
340 βούλεσθαι ἔρημοι πάντων ἐσμὲν τῶν ἀγαθῶν, σαφὴς ἀπόδειξις

---

200 22, 2. Quanta non fuerit dementia plenum dicere angelos ita 1152
deiectos, ut cum mulieribus rem haberent, et incorporea illa natura copularetur corporibus? Annon audis Dominum dicentem de angelorum substantia: *In resurrectione enim neque matrimonium contrahunt neque nubunt, sed sunt sicut angeli Dei*? Neque enim possibile est incorpoream naturam talem umquam concupiscentiam habere.

308 25, 7. Exspectat [Deus] occasiones ex nobis, ut multam exhibeat 1153
liberalitatem. Itaque ne propter desidiam privemus nos illius donis, sed festinemus et urgeamus ut principium apprehendamus et viam
319 quae ad virtutem inducit, ut superno adiuti subsidio etiam ad finem pervenire valeamus. Neque enim possibile est bonum aliquod nos recte agere non adiutos superna gratia.

282 30, 5. Magnum bonum precatio. Nam si quis homini loquens 1154
virtute praedito non parvum inde fructum percipit, quantis bonis non fruetur is cui cum Deo colloquium fuerit? Oratio enim colloquium est cum Deo.... Annon enim praestare potest priusquam petamus? Verum propter hoc differt et exspectat, ut occasionem accipiat qua iuste nos sua providentia dignos faciat.

314 42, 1. Quod non quia non possumus, sed quia nolumus, a 1155
340 bonis omnibus simus alieni, illud manifeste indicat, quod multi

---

1152. MG 53, 188. 1153. MG 53, 228. 1154. MG 53, 280.
1155. MG 54, 385.

τὸ πολλοὺς τῶν ὁμογενῶν ἡμῖν εὑρεῖν διαλάμποντας ἐν ἀρετῇ. Καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ τὸν πατριάρχην [Abraham] καὶ πρὸ τῆς χάριτος καὶ πρὸ τοῦ νόμου γεγονότα, οἴκοθεν καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ φύσει κειμένης γνώσεως εἰς τοσοῦτον μέτρον ἀρετῆς ἐλθεῖν, πάσης ἡμᾶς ἀπολογίας ἀποστερῆσαι δυνήσεται. Ἀλλ' ἴσως ἐροῦσί τινες ὅτι πολλῆς ἀπέλαυσε τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ὁ ἀνήρ, καὶ πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν περὶ αὐτὸν πρόνοιαν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ναί, ὁμολογῶ· ἀλλ' εἰ μὴ πρότερος τὰ παρ' ἑαυτοῦ καὶ αὐτὸς ἐπεδείξατο, οὐκ ἂν τῶν παρὰ τοῦ Δεσπότου ἀπήλαυσε. Μὴ τοίνυν τοῦτο μόνον ὅρα, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἐξετάζων καταμάνθανε, πῶς πρότερον τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐν πᾶσι τὴν βάσανον παρεσχηκώς, οὕτως ἠξιοῦτο τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ συμμαχίας.

In principium Actorum homiliae, 388.

1156 Hom. 4, n. 8. Εἰ καὶ τετελευτήκει Χριστὸς καὶ οὐκ ἀνέστη, 27
πῶς εἶχε λόγον τοὺς ἡνίκα ἔζη φυγόντας διὰ τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον, ἡνίκα ἐτελεύτησε μυρίοις ἑαυτοὺς δι' ἐκεῖνον περιβάλλειν κινδύνοις; Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἔφυγον, Πέτρος δὲ καὶ ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου τρίτον, καὶ ὁ μεθ' ὅρκου τρίτον αὐτὸν ἀρνησάμενος καὶ θεραπαινιδίου φόβον εὐτελοῦς δείσας, ἐπειδὴ ἐτελεύτησε, βουλόμενος ἡμᾶς πεῖσαι διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅτι εἶδεν αὐτὸν ἀναστάντα, οὕτως ἀθρόον μετεβάλλετο ὡς ὁλοκλήρου καταγελάσαι δήμου, καὶ εἰς μέσον τῶν Ἰουδαίων τὸ θέατρον εἰσπηδῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅτι ὁ σταυρωθεὶς καὶ ταφεὶς

---

eiusdem naturae homines inveniantur virtutibus conspicui. Et vero istud ipsum quod patriarcha [Abraham], qui ante gratiae tempus et ante legem fuit, a se ipso et a scientia quae naturae insita est in tantum pervenit virtutis fastigium, sufficit ut omnes nostras excusationes refutet. At fortasse nonnulli dicent eum magnam a Deo gratiam esse consecutum, multamque circa eum providentiam Deum universi testatum esse. Id esse fateor. Verum si non ipse prior quae sua erant exhibuisset, non quae sunt a Domino suscepisset. Non igitur hoc solum considera, sed per singula inspiciens disce quomodo propriae virtutis in omnibus prius specimen ediderit, atque sic divinum auxilium meruerit.

1156 4, 8. Si mortuus fuisset Christus neque resurrexisset, qui fieri 27
potuisset ut qui, dum superstes esset, ob periculum imminens fugerant, eo iam vita functo, propter illum mille periculis se ipsos obicerent? Ac ceteri quidem omnes fugerunt, Petrus vero etiam cum iuramento ter illum negavit; et qui ter illum cum iuramento negaverat et vilis ancillulae fuerat timore perculsus, posteaquam obierat, nobis rebus ipsis volens fidem facere se suscitatum illum a mortuis vidisse, sic repente mutatus est, ut integrum populum aspernaretur, et in medium Iudaeorum theatrum prosiliret, diceret-

---

1156. MG 51, 109.

ἀνέστη ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνέβη, καὶ μηδὲν αὐτὸν ὑποδεῖσθαι δεινόν. Πόθεν οὖν τὸ θαρρεῖν αὐτῷ ἐγένετο; Πόθεν ἄλλοθεν ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς πληροφορίας τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν;

De proditione Iudae homiliae, 388.

518 Hom. 1, n. 6. Πάρεστιν ὁ Χριστός, καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὴν 1157
τράπεζαν διακοσμήσας ἐκείνην, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ
489 νῦν. Οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. Σχῆμα πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεύς, τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα, ἡ δὲ δύναμις καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐστι.
495 «Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα» [Mt 26, 26], φησί. Τοῦτο τὸ ῥῆμα μεταρρυθμίζει τὰ προκείμενα.

In Ioannem homiliae, ca 389.

347 Hom. 8, n. 1. Εἰ «φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς 1158
332 τὸν κόσμον» [Io 1, 9], πῶς ἀφώτιστοι μεμενήκασι τοσοῦτοι; Οὐ γὰρ δὴ πάντες ἐπέγνωσαν τοῦ Χριστοῦ τὸ σέβας. Πῶς οὖν φωτίζει πάντα ἄνθρωπον; Τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον. Εἰ δέ τινες ἑκόντες τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς μύσαντες μὴ βούλοιντο παραδέξασθαι τοῦ φωτὸς τούτου τὰς ἀκτῖνας, οὐ παρὰ τὴν τοῦ φωτὸς φύσιν ἡ σκότωσις ἐκείνοις, ἀλλὰ παρὰ τὴν κακουργίαν τῶν ἑκοντὶ ἀποστερούντων ἑαυτοὺς τῆς δωρεᾶς.
332 10, 1. Φιλάνθρωπος ὢν ὁ Θεός, ἀγαπητέ, καὶ εὐεργετικός, 1159
πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται ὥστε ἡμᾶς κατ' ἀρετὴν λάμπειν·

---

que illum qui crucifixus fuerat ac sepultus, a mortuis die tertia surrexisse atque in caelos ascendisse, neque se mali quidquam reformidare. Unde igitur factum erat ut adeo confidens esset? Unde nisi ex eo quod de resurrectione certior factus esset?

518 1, 6. Adest Christus, et nunc is, qui mensam illam apparavit, 1157
489 hic ipse hanc nunc exornat. Non enim homo est qui facit ut proposita efficiantur corpus et sanguis Christi, sed ipse Christus qui pro nobis crucifixus est. Figuram implens stat sacerdos verba
495 illa proferens, virtus autem et gratia Dei est. *Hoc est corpus meum,* inquit. Hoc verbum transformat ea quae proposita sunt.

347 8, 1. Si *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* 1158
332 quomodo tot homines non illuminati manent? Non enim omnes Christi cultum agnoscunt. Quomodo ergo illuminat omnem hominem? Quantum in ipso est. Si qui vero sponte sua mentis oculos claudentes huius lucis radios percipere nolint, non ex natura lucis evenit quod in tenebris maneant, sed ex nequitia eorum, qui sponte se hoc privant munere.

332 10, 1. Deus, utpote clemens et beneficus, dilecte, omnia agit 1159
334 et operatur ut nos virtute splendidi simus; et cum nos velit
326

1157. MG 49, 380. 1158. MG 59, 65. 1159. MG 59, 73.

καὶ βουλόμενος ἡμᾶς εὐδοκίμους εἶναι, βίᾳ μὲν οὐδένα οὐδὲ 334
ἀνάγκῃ, πειθοῖ δὲ καὶ τῷ ποιεῖν εὖ τοὺς βουλομένους ἅπαντας 326
ἕλκει, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπᾶται. Διὰ τοῦτο ἐλθόντα αὐτὸν
οἱ μὲν ἔλαβον, οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο [Io 1, 11]. Οὐδένα γὰρ
βούλεται ἄκοντα οὐδὲ ἠναγκασμένον ἔχειν οἰκέτην, ἀλλ' ἑκόντας
ἅπαντας καὶ προαιρουμένους, καὶ χάριν αὐτῷ τῆς δουλείας
εἰδότας.

1160 11, 2. Ἐπειδὴ γὰρ εἰσὶν οἱ λέγοντες ὅτι φαντασία τις ἦν 376
καὶ ὑπόκρισις καὶ ὑπόνοια τὰ τῆς οἰκονομίας ἅπαντα, ἄνωθεν
αὐτῶν προαναιρῶν τὴν βλασφημίαν, τὸ «ἐγένετο» [Io 1, 14]
τέθεικεν, οὐ μεταβολὴν οὐσίας, ἄπαγε, ἀλλὰ σαρκὸς ἀληθινῆς 382
ἀνάληψιν παραστῆσαι βουλόμενος. . . . Τῇ γὰρ ἑνώσει καὶ τῇ 383
συναφείᾳ ἕν ἐστιν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σάρξ, οὐ συγχύσεως
γενομένης, οὐδὲ ἀφανισμοῦ τῶν οὐσιῶν, ἀλλ' ἑνώσεως ἀρρήτου
τινὸς καὶ ἀφράστου. . . . Πεπτώκει γὰρ ὄντως, πεπτώκει πτῶμα
ἀνίατον ἡ φύσις ἡ ἡμετέρα, καὶ τῆς κραταιᾶς ἐκείνης ἐδεῖτο
μόνης χειρός. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἑτέρως ἀναστῆναι αὐτήν, μὴ τοῦ
τὴν ἀρχὴν διαπλάσαντος αὐτῇ χεῖρα ὀρέξαντος, καὶ διατυπώ- 415
σαντος ἄνωθεν τῇ δι' ὕδατος ἀναγεννήσει καὶ Πνεύματος.

1161 15, 1. «Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν 105
ὡμοιώθην» [Os 12, 10]· τουτέστι· Συγκατέβην, οὐ τοῦτο ὅπερ 108
ἦμην ἐφάνην. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν αὐτοῦ ὁ Υἱὸς δι' ἀληθινῆς
σαρκὸς φανήσεσθαι ἡμῖν, ἄνωθεν αὐτοὺς προεγύμναζεν ὁρᾶν
τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν, ὡς αὐτοῖς δυνατὸν ἦν ἰδεῖν. Ἐπεὶ αὐτὸ

---

acceptos et probatos esse, non vi aut necessitate, sed suasione et beneficiis suis volentes omnes allicit et ad se trahit. Propterea venientem illum alii receperunt, alii non. Nullum enim vult invitum vel necessitate coactum servum habere, sed omnes libenter et ex voluntatis proposito venire, ac de tali servitute gratiam ipsi habere.

1160 11, 2. Quia enim sunt qui dicant ea, quae incarnationis oeconomiam spectent, phantasiam et fabulam et figmentum esse, iam 376
tunc illorum blasphemiam tollens, posuit illud *factum est*, non 382
mutationem substantiae, absit, sed verae carnis assumptionem 383
declarare volens. . . . Nam unitate et coniunctione unum sunt Deus Verbum et caro; nulla facta confusione, nec substantiarum ablatione, sed ineffabili quadam et inexplicabili unione. . . . Vere ceciderat, ceciderat casu incurabili natura nostra, et potenti illa sola manu egebat. Neque enim poterat aliter resurgere, nisi is, qui in principio illam efformaverat, ipsi manum porrigeret, et superne illam re- 415
formaret per regenerationem aquae et Spiritus.

1161 15, 1. *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum* 105
assimilatus sum, id est: Me ipsum demisi, neque id quod eram 108
apparui. Quia enim Filius eius in vera carne ad nos venturus erat, iam olim illos exercitabat ut Dei substantiam viderent, quantum

---

1160. MG 59, 79. 1161. MG 59, 98.

ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεός, οὐ μόνον προφῆται, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελοι
117 εἶδον, οὔτε ἀρχάγγελοι. . . . Μόνος οὖν αὐτὸν ὁρᾷ ὁ Υἱός,
καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. . . . 2. «Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα
εἰ μὴ ὁ Υἱός» [Mt 11, 27]. Τί οὖν; Πάντες ἐν ἀγνοίᾳ ἐσμέν;
109 Μὴ γένοιτο· ἀλλ' οὕτως οὐδεὶς οἶδεν ὡς ὁ Υἱός. Ὥσπερ οὖν
εἶδον αὐτὸν οἱ πολλοὶ κατὰ τὴν ἐγχωροῦσαν αὐτοῖς ὄψιν, τὴν
δὲ οὐσίαν οὐδεὶς ἐθεάσατο, οὕτω καὶ νῦν ἴσμεν πάντες μὲν
τὸν Θεόν, τὴν δὲ οὐσίαν οὐδεὶς οἶδεν ὅ τί ποτέ ἐστιν, εἰ μὴ
μόνος ὁ γεννηθεὶς ἐξ αὐτοῦ. Γνῶσιν γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἀκριβῆ
λέγει θεωρίαν τε καὶ κατάληψιν, καὶ τοσαύτην ὅσην ὁ Πατὴρ
ἔχει περὶ τοῦ Παιδός. «Καθὼς γὰρ γινώσκει με ὁ Πατήρ,
κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα» [Io 10, 15].
309 27, 2. Οὐκ εἰσὶ καὶ Χριστιανοὶ τὰ φαῦλα πράσσοντες καὶ 1162
312 313 Ἕλληνες ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶντες; Χριστιανοὶ μὲν ὅτι φαῦλα πράσσοντές εἰσιν οἶδα κἀγώ· εἰ δὲ καὶ Ἕλληνες ὀρθῶς βιοῦντες, τοῦτο οὐκ ἔτι οἶδα σαφῶς. Μὴ γάρ μοι τοὺς ἀπὸ φύσεως εἴπῃς ἐπιεικεῖς καὶ κοσμίους· οὐ γάρ ἐστι τοῦτο ἀρετή· ἀλλ' εἰπὲ τὸν πολλὴν ἀπὸ τῶν παθῶν ὑπομένοντα βίαν καὶ φιλοσοφοῦντα. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις. . . . Πλὴν ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμέν τισιν εἶναι φιλόνεικοι, συγχωρήσωμεν ὀρθῶς βιοῦντας εἶναι ἐν Ἕλλησιν· οὐδέποτε γὰρ τοῦτο ἐναντιοῦται τῷ λόγῳ. Τὸ γὰρ ἐπὶ πολὺ συμβαῖνον εἶπεν, οὐ τὸ σπανιάκις γινόμενον.
362 31, 1. «Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν ἔχει ζωὴν αἰώνιον» 1163
[Io 3, 36]. . . . Ἆρα οὖν ἀρκεῖ τὸ πιστεῦσαι εἰς τὸν Υἱόν, φησί,

---

videre poterant. Nam id quod Deus est, non modo prophetae,
117 sed neque angeli neque archangeli viderunt. . . . Solus ergo Filius illum videt, itemque Spiritus Sanctus. . . . 2. *Nemo novit Patrem nisi Filius.* Quid igitur? Omnesne in ignorantia sumus? Absit;
109 sed nemo sic novit ut Filius. Ut igitur multi pro captu suo ipsum viderunt, substantiam vero nemo vidit, sic et nunc omnes Deum novimus, substantiam vero eius quae sit nemo novit, nisi is qui ex ipso natus est. Cognitionem enim hic dicit certam visionem et comprehensionem, talemque qualem Pater de Filio habet. *Sicut enim cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem.*
309 27, 2. Quid igitur? Nonne et Christiani male agentes et 1162
312 313 gentiles viventes philosophice reperiuntur? Novi quidem ego Christianos male agentes; quod autem gentiles bene vivant, nondum mihi constat. Neque tu dixeris aliquos esse natura aequos et modestos; non enim id virtus est; sed loquere de iis, qui multam sustinentes passionum vim tamen philosophantur. Tales autem non habes. . . . Attamen, ne contentiosi videamur, concedamus apud gentiles esse qui recte vivant; nihil enim hoc orationi nostrae adversatur; sermo enim erat de eo quod ut plurimum, non de eo quod raro contingit.
362 31, 1. *Qui credit in Filium, habet vitam aeternam.* . . . Num 1163
ergo sufficit, inquies, credere in Filium ut vita aeterna habeatur?

1162. MG 59, 164. 1163. MG 59, 175.

πρὸς τὸ ζωὴν ἔχειν αἰώνιον; Οὐδαμῶς. Καὶ ἄκουε τοῦ Χριστοῦ τοῦτο δεικνύντος καὶ λέγοντος· «Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν» [Mt 7, 21]· καὶ ἡ εἰς τὸ Πνεῦμα δὲ βλασφημία ἀρκεῖ καὶ μόνη εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν. Καὶ τί λέγω περὶ μέρους δόγματος; Κἂν γὰρ εἷς 363
τὸν Πατέρα τις καὶ τὸν Υἱὸν ὀρθῶς πιστεύσῃ καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, βίον δὲ μὴ ἔχῃ ὀρθόν, οὐδὲν αὐτῷ κέρδος τῆς πίστεως εἰς σωτηρίαν.

1164 34, 3. Μιμησώμεθα δὴ τὴν γυναῖκα [Samaritanam] καὶ ἡμεῖς, 536
καὶ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι μὴ αἰσχυνώμεθα ἀνθρώπους, ἀλλὰ φοβώμεθα ὡς χρὴ Θεὸν τὸν καὶ νῦν ὁρῶντα τὸ γινόμενον, καὶ τότε κολάζοντα τοὺς μὴ μετανοήσαντας νῦν.... Παρακαλῶ τοίνυν, κἂν μηδεὶς ἴδῃ τὰ ἡμέτερα, ἕκαστον ἡμῶν εἰς τὸ ἑαυτοῦ συνειδὸς εἰσελθεῖν, καὶ καθίσαι ἑαυτῷ δικαστὴν τὸν λογισμόν, καὶ εἰς μέσον ἄγειν τὰ πεπλημμεληένα. Καὶ εἰ μὴ βούλοιτο ἐκπομπευθῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ φοβερᾷ, ἐπιτιθέτω τὰ φάρμακα τῆς μετανοίας, καὶ ἰασάσθω τὰ τραύματα.

1165 46, 1. «Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ 334
ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν» [Io 6, 44]. Τούτῳ ἐπιπηδῶσι 314
Μανιχαῖοι λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν κεῖται· ὅπερ μάλιστα βεβαιοῖ κυρίους ὄντας τῆς γνώμης. Εἰ γάρ τις ἔρχεται πρὸς αὐτόν, φησί, τί δεῖ τῆς ἕλξεως; Ὃ καὶ αὐτὸ οὐ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐμφαίνει ἡμᾶς βοηθείας δεομένους, ὅτι δείκνυσιν ἐνταῦθα, οὐ τὸν τυχόντα ἐρχόμενον, ἀλλὰ τὸν πολλῆς ἀπολαύοντα συμμαχίας.

Nequaquam. Audi Christum hoc ipsum declarantem his verbis: *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum;* et blasphemia in Spiritum sufficit ut in gehennam quis detrudatur. Et quid dico de parte dogmatis? Nam et si quis 363
recte credat in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, si recte non vivat, nihil ipsi fides proderit ad salutem.

1164 34, 3. Hanc ergo mulierem [Samaritanam] et nos imitemur, et in 536
peccatis nostris vulgandis ne vereamur homines; sed Deum ut par est timeamus, qui et nunc facinora nostra videt, et tunc puniturus est eos, qui nunc paenitentiam non agunt.... Rogo igitur, etsi nemo nostra videat, singuli in suam conscientiam ingrediantur et iudicem sibi rationem constituant, peccata in medium agant. Et nisi velint ea in die illa terribili promulgari, paenitentiae remedia apponant ac vulnera sanent.

1165 46, 1. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me* 334
traxerit eum. Hic insultant Manichaei, dicentes nihil nostri esse 314
arbitrii; quod maxime nos illius dominos esse confirmat. Si enim quis ad eum venit, inquiunt illi, quid opus est eum trahi? At hoc ipsum libertatem non tollit, sed potius divino auxilio nos indigere ostendit, nec quemlibet passim venire, sed eum qui multo gratiae adiutorio praeditus sit.

1164. MG 59, 196. 1165. MG 59, 257.

511 46, 2. «Ἓν σῶμα γινόμεθα, καὶ μέλη ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ 1166
καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ» [Eph 5, 30].... 3. Ἵν' οὖν μὴ μόνον
κατὰ τὴν ἀγάπην τοῦτο γενώμεθα, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα,
508 εἰς ἐκείνην ἀνακερασθῶμεν τὴν σάρκα, διὰ τῆς τροφῆς γὰρ
τοῦτο γίνεται ἧς ἐχαρίσατο, βουλόμενος ἡμῖν δεῖξαι τὸν πόθον,
509 ὃν ἔχει περὶ ἡμᾶς, διὰ τοῦτο ἀνέμιξεν ἑαυτὸν ἡμῖν, καὶ ἀνέφυρε
τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, ἵνα ἕν τι ὑπάρξωμεν, καθάπερ σῶμα
κεφαλῇ συνημμένον.

379 63, 2. [Οἱ εὐαγγελισταί] ἐν τῷ πάθει πολὺ τὸ ἀνθρώπινον 1167
402 αὐτῷ [τῷ Χριστῷ] προσάπτουσιν, ἀπὸ τούτου δηλοῦντες ὅτι
ἀλήθεια τὰ τῆς οἰκονομίας. Καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τῆς
ἀγωνίας καὶ τοῦ θορύβου καὶ ἀπὸ τοῦ ἱδρῶτος, οὗτος [Ἰωάννης]
δὲ ἀπὸ τοῦ πένθους πιστοῦται. Οὐκ ἂν δέ, εἰ μὴ τῆς φύσεως
ἦν τῆς ἡμετέρας, ὑπὸ τοῦ πένθους ἐκρατήθη καὶ ἅπαξ καὶ
δεύτερον.

158 74, 1. «Εἴ τις εἶδεν ἐμέ, τὸν Πατέρα μου εἶδε» [Io 14, 9], 1168
φησίν. Εἰ δὲ ἑτέρας οὐσίας ἦν, οὐκ ἂν τοῦτο εἶπεν. Ἵνα δὲ
καὶ παχυτέρου ἅψωμαι λόγου, οὐδεὶς χρυσὸν ἀγνοῶν, ἐν ἀρ-
γύρῳ τοῦ χρυσίου τὴν οὐσίαν ἰδεῖν δύναται· οὐ γὰρ ἄλλη δι'
ἄλλης φαίνεται φύσις.

449 86, 4. Οὔτε ἄγγελος οὔτε ἀρχάγγελος ἐρτάσασθαί τι δύ- 1169
180 ναται εἰς τὰ δεδομένα παρὰ Θεοῦ· ἀλλὰ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ
Ἅγιον Πνεῦμα πάντα οἰκονομεῖ· ὁ δὲ ἱερεὺς τὴν ἑαυτοῦ δανείζει
451 γλῶτταν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρέχει χεῖρα. Καὶ γὰρ οὐδὲ δίκαιον ἦν

---

511 46, 2. *Unum corpus sumus, et membra ex carne et ossibus* 1166
eius.... 3. Ut ergo hoc simus non solum per dilectionem, sed
508 etiam re ipsa, cum illa carne commisceamur, id enim efficitur per
cibum quem ille dedit, ut ostendat nobis quanto erga nos ferveat
509 amore, ideo se nobis commiscuit et in unum corpus totum con-
stituit, ut unum simus quasi corpus iunctum capiti.

379 63, 2. [Evangelistae] in passione multa illi [Christo] adscribunt, hinc 1167
402 ostendentes veritatem incarnationis; Matthaeus per agoniam, per
turbationem, per sudorem, hic autem [Ioannes] per luctum fidem
facit. Si enim nostrae non fuisset naturae, non a luctu semel et
iterum correptus fuisset.

158 74, 1. *Qui videt me, videt et Patrem,* inquit. Si alterius esset 1168
substantiae, non hoc dixisset. Ut autem crassiore utar sermone:
nemo qui aurum ignoret, in argento auri substantiam videre potest;
non enim alia natura per aliam dignoscitur.

449 86, 4. Neque angelus neque archangelus in iis quae a Deo 1169
180 data sunt aliquid efficere potest; sed Pater et Filius et Spiritus
Sanctus omnia administrat; sacerdos vero linguam suam commodat,
451 manum porrigit. Neque enim iustum fuisset ut propter alterius

---

1166. MG 59, 260. 1167. MG 59, 350. 1168. MG 59, 401.
1169. MG 59, 472.

διὰ τὴν ἑτέρου κακίαν εἰς τὰ σύμβολα τῆς σωτηρίας ἡμῶν τοὺς πίστει προσιόντας παραβλάπτεσθαι.

In Matthaeum homiliae, ca 390.

1170 Hom. 1, n. 2. Πολλαχοῦ γὰρ [οἱ εὐαγγελισταί] διαφωνοῦντες 16
ἐλέγχονται. Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μέγιστον δεῖγμα τῆς ἀληθείας ἐστίν. Εἰ γὰρ πάντα συνεφώνησαν μετὰ ἀκριβείας, καὶ μέχρι καιροῦ, καὶ μέχρι τόπου, καὶ μέχρι ῥημάτων αὐτῶν, οὐδεὶς ἂν ἐπίστευσε τῶν ἐχθρῶν, ὅτι μὴ συνελθόντες ἀπὸ συνθήκης τινὸς ἀνθρωπίνης ἔγραψαν ἅπερ ἔγραψαν· οὐ γὰρ εἶναι τῆς ἁπλότητος τὴν τοσαύτην συμφωνίαν. Νυνὶ δὲ καὶ ἡ δοκοῦσα ἐν μικροῖς εἶναι διαφωνία πάσης ἀπαλλάττει αὐτοὺς ὑποψίας, καὶ λαμπρῶς ὑπὲρ τοῦ τρόπου τῶν γραψάντων ἀπολογεῖται.

1171 2, 2. Υἱὸς ὢν τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ, καὶ γνήσιος Υἱός, ἠνέσχετο 359
ἀκοῦσαι καὶ Δαυὶδ υἱός, ἵνα σε ποιήσῃ υἱὸν Θεοῦ· ἠνέσχετο πατέρα αὐτῷ γενέσθαι δοῦλον, ἵνα σοι τῷ δούλῳ πατέρα ποιήσῃ τὸν Δεσπότην. Εἶδες ἐκ προοιμίων εὐθέως οἷα τὰ εὐαγγέλια; Εἰ δὲ ἀμφιβάλλεις περὶ τῶν σῶν, ἀπὸ τῶν ἐκείνου καὶ ταῦτα πίστευε. Πολὺ γὰρ δυσκολώτερον, ὅσον εἰς ἀνθρώπινον λογισμόν, Θεὸν ἄνθρωπον γενέσθαι, ἢ ἄνθρωπον υἱὸν Θεοῦ χρηματίσαι. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς τοῦ Δαυὶδ ἐστι καὶ τοῦ Ἀβραάμ, μὴ ἀμφίβαλλε λοιπὸν ὅτι καὶ σύ, ὁ υἱὸς τοῦ Ἀδάμ, υἱὸς ἔσῃ τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ

---

improbitatem illi qui fidem sunt amplexi in symbolis salutis nostrae laederentur.

1170 1, 2. Saepe enim [evangelistae] inter se dissentire deprehenduntur. 16
Certe illud ipsum magnum est pro veritate argumentum. Si enim omnia accurate consonassent, et quantum ad tempus et quantum ad loca et quantum ad ipsa verba, ex inimicis nemo crediturus erat, sed ex mutuo humanoque consensu haec scripta fuisse putassent, atque huiusmodi consonantiam non ex sinceritate procedere. Iam vero illa quae in exiguis rebus deprehendi videtur diversitas, omnem ab ipsis suspicionem depellit scribentiumque fidem clare vindicat.

1171 2, 2. Filius, et genuinus Filius, Dei sine principio exsistentis se 359
filium Davidis audire passus est, ut te faceret Dei filium; passus est se patrem habere servum, ut tibi servo patrem faceret Dominum. Viden statim a principio quaenam sint evangelia? Quodsi de tuis dubitas, ab iis, quae ad ipsum spectant, haec ut credas inducaris. Longe enim difficilius est, quantum ad humanum intellectum pertinet, Deum hominem fieri, quam hominem Dei filium esse. Cum igitur audis Filium Dei filium esse Davidis et Abrahae, dubitare iam desine te, filium Adae, filium Dei futurum esse. Ne-

---

1170. MG 57, 16; Fi (= Field) 1, 4.
1171. MG 57, 25; Fi 1, 18.

εἰκῇ καὶ μάτην τοσοῦτον ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν, εἰ μὴ ἔμελλεν ἡμᾶς ἀνυψοῦν. Ἐγεννήθη γὰρ κατὰ σάρκα, ἵνα σὺ γεννηθῇς κατὰ πνεῦμα· ἐγεννήθη ἐκ γυναικός, ἵνα σὺ παύσῃ γυναικὸς ὢν υἱός.

584 14, 4. Θαρρήσωμεν τοίνυν αὐτοῦ τῇ φιλανθρωπίᾳ, καὶ 1172
μετάνοιαν ἐπιδειξώμεθα μεμεριμνημένην, πρὶν ἢ τὴν ἡμέραν ἐπιστῆναι τὴν οὐκ ἐῶσαν ἡμᾶς κερδᾶναι ἐκ τούτου. Νῦν μὲν γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πᾶν κεῖται· τότε δὲ ὁ δικάζων μόνος τῆς ψήφου γίνεται κύριος. «Προφθάσωμεν τοίνυν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει» [Ps 94, 2], κλαύσωμεν, θρηνήσωμεν. Ἂν γὰρ δυνηθῶμεν παρακαλέσαι τὸν δικαστὴν πρὸ τῆς κυρίας ἀφεῖναι ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα, οὐδὲ εἰσόδου χρεία λοιπόν·
601 ὥσπερ οὖν ἐὰν μὴ τοῦτο γένηται, δημοσίᾳ τῆς οἰκουμένης παρούσης ἡμῶν ἀκούσεται, καὶ οὐδεμία ἡμῖν ἔσται λοιπὸν συγγνώμης ἐλπίς.

519 25, 3. Φυλακὴ γὰρ εὐεργεσίας ἀρίστη ἡ τῆς εὐεργεσίας 1173
μνήμη, καὶ διηνεκὴς εὐχαριστία. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὰ φρικώδη μυστήρια, καὶ πολλῆς γέμοντα τῆς σωτηρίας, τὰ καθ' ἑκάστην τελούμενα σύναξιν, εὐχαριστία καλεῖται, ὅτι πολλῶν ἐστιν εὐεργετημάτων ἀνάμνησις, καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἐνδείκνυται, καὶ διὰ πάντων παρασκευάζει εὐχαριστεῖν.

524 41, 3. «Ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται» 1174
[Mt 12, 31], οὐδὲ μετανοοῦσι. Καὶ πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον; Καὶ

---

que enim frustra et incassum se ipsum ita humiliasset, nisi nos exaltaturus esset. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascereris secundum spiritum; natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris.

584 14, 4. Eius benignitati fidamus et paenitentiam sollicite ex- 1172
hibeamus, priusquam dies ille veniat, in quo nihil nobis paenitentia proderit. Nunc enim in nobis tota res sita est; tunc vero iudex solus erit iudicii et calculi ferendi dominus. *Praeoccupemus* igitur *faciem eius in confessione,* fleamus, lugeamus. Si enim poterimus ante definitam illam diem placare iudicem, ut nobis peccata re-
601 mittat, non ultra introitu nobis opus erit; at e converso, si non hoc ita fiat, toto orbe praesente palam nos iudicabit, et nulla nobis ultra spes veniae supererit.

519 25, 3. Beneficii enim optima custodia est beneficii memoria 1173
et assidua gratiarum actio. Ideoque tremenda illa mysteria tam salutaria, quae in singulis conventibus celebramus, eucharistia appellantur, quia beneficiorum multorum commemoratio sunt, caputque ipsum divinae providentiae ostendunt, nosque per omnia apparant ad gratias agendas.

524 41, 3. *Blasphemia Spiritus non remittetur,* ne paenitentibus 1174
quidem. Et qua ratione stare possit illud? Nam et hoc peccatum

---

1172. MG 57, 222; Fi 1, 184. 1173. MG 57, 331; Fi 1, 363.
1174. MG 57, 449; Fi 1, 561.

γὰρ καὶ αὕτη ἀφείθη μετανοοῦσι. Πολλοὶ γοῦν τῶν ταῦτα εἰρηκότων ἐπίστευσαν ὕστερον, καὶ πάντα αὐτοῖς ἀφείθη. Τί οὖν ἐστιν ὅ φησιν; Ὅτι ὑπὲρ πάντα αὕτη ἡ ἁμαρτία ἀσύγγνωστος.

1175 59, 1. «Ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα» [Mt 18, 7]. . . . 121
Ὅταν δὲ ἀνάγκην εἴπῃ, οὐ τὸ αὐθαίρετον τῆς ἐξουσίας ἀναιρῶν, 122
οὐδὲ τὴν ἐλευθερίαν τῆς προαιρέσεως, οὐδὲ ἀνάγκῃ τινὶ πραγμάτων ὑποβάλλων τὸν βίον, φησὶ ταῦτα· ἀλλὰ τὸ πάντως ἐσόμενον προλέγει· ὅπερ ὁ Λουκᾶς ἑτέρᾳ λέξει παρέστησεν, εἰπὼν οὕτως· «Ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα» [Lc 17, 1]. . . . Οὐ τοίνυν ἡ πρόρρησις αὐτοῦ τὰ σκάνδαλα ἄγει· 119
ἄπαγε· οὐδὲ ἐπειδὴ προεῖπε, διὰ τοῦτο γέγονεται· ἀλλ' ἐπειδὴ πάντως ἔμελλεν ἔσεσθαι, διὰ τοῦτο προεῖπεν· ὡς εἴγε μὴ ἐβούλοντο οἱ φέροντες αὐτὰ πονηρεύεσθαι, οὐδ' ἂν ἦλθον· εἰ δὲ μὴ ἔμελλον ἔρχεσθαι, οὐδ' ἂν προερρήθη.

1176 62, 1. «Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω» 575
[Mt 19, 6]. Ὅρα σοφίαν διδασκάλου. Ἐρωτηθεὶς γὰρ «εἰ ἔξ- 570
εστιν», οὐκ εὐθέως εἶπεν· οὐκ ἔξεστιν, ἵνα μὴ θορυβηθῶσι καὶ ταραχθῶσιν· ἀλλὰ πρὸ τῆς ἀποφάσεως διὰ τῆς κατασκευῆς κατέστησε δῆλον τοῦτο, δεικνὺς ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ἐστι τὸ πρόσταγμα, καὶ ὅτι οὐκ ἐναντιούμενος Μωϋσεῖ ταῦτα ἐπέταξεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συμβαίνων. . . . Νῦν δὲ καὶ τῷ τρόπῳ τῆς δημιουργίας καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νομοθεσίας ἔδειξεν, ὅτι ἕνα δεῖ μιᾷ συνοικεῖν διαπαντός, καὶ μηδέποτε διαρρήγνυσθαι.

---

paenitentibus remissum fuit. Multi enim eorum, qui talia dixerunt, postea crediderunt, omniaque ipsis remissa sunt. Quid igitur hic dicit? Nempe hoc peccatum prae omnibus venia carere.

1175 59, 1. *Necesse est ut veniant scandala*. . . . Cum autem necessi- 121
tatem dicit, non liberum arbitrium tollit, neque voluntatis liber- 122
tatem, neque rerum necessitati cuipiam vitam subiciens haec ait, sed quod omnino futurum erat praedicit, quod Lucas aliis verbis declaravit, sic dicens: *Impossibile est ut non veniant scandala*. . . . Non igitur praedictio eius scandala adducit, absit; neque quia 119
praenuntiavit ideo eveniunt; sed ideo praedixit quia eventura erant, ita ut, si noluissent ii qui illa inferunt, numquam venissent, et nisi eventura essent, non praedicta fuissent.

1176 62, 1. *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet*. Vide 575
sapientiam magistri. Interrogatus enim *si licet*, non statim dicit: 570
non licet, ne murmurarent et perturbarentur; sed, antequam sententiam diceret, per apparatum illum id liquido statuit, ostendens Patris sui esse praeceptum, nec Moysi adversatum se hoc praecepisse, sed plane conveniens. . . . Nunc autem et ex modo creationis et ex forma legis ostendit unum debere semper cum una habitare, neque umquam separari.

1175. MG 58, 574; Fi 2, 178.
1176. MG 58, 597; Fi 2, 216.

314 69, 2. Τὸ μὲν κληθῆναι καὶ καθαρθῆναι, χάριτος ἦν· τὸ δὲ 1177
318 κληθέντα καὶ καθαρὰ ἐνδυσάμενον μεῖναι τοιαῦτα διατηροῦντα, τῆς τῶν κληθέντων σπουδῆς. Τὸ κληθῆναι οὐκ ἀπὸ τῆς ἀξίας γέγονεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χάριτος.

404 77, 1. «Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς 1178
οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ ὁ Υἱός, εἰ μὴ ὁ Πατήρ» [Mt 24, 36]. Τῷ μὲν εἰπεῖν· «οὐδὲ οἱ ἄγγελοι», ἐπεστόμισεν αὐτούς, ὥστε μὴ ζητῆσαι μαθεῖν ὅπερ ἐκεῖνοι οὐκ ἴσασι· τῷ δὲ εἰπεῖν· «οὐδὲ ὁ Υἱός», κωλύει οὐ μόνον μαθεῖν, ἀλλὰ καὶ ζητῆσαι. . . . Αὐτὸ τῷ Πατρὶ αὐτοῦ ἀνατίθησι, καὶ φοβερὸν τὸ πρᾶγμα ποιῶν, καὶ ἐκείνων ἀποτειχίζων τῇ πεύσει τὸ εἰρημένον· ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἀλλ' ἀγνοεῖ, πότε εἴσεται; Ἆρα μεθ' ἡμῶν; Καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι; Καὶ τὸν μὲν Πατέρα οἶδε σαφῶς, καὶ οὕτω σαφῶς ὡς ἐκεῖνος τὸν Υἱόν· τὴν δὲ ἡμέραν ἀγνοεῖ; . . . 2. Διὰ τοῦτό φησιν· «Ὅτε οὐ προσδοκᾶτε, τότε ἥξει» [Mt 24, 44], ἐναγωνίους εἶναι βουλόμενος, καὶ διαπαντὸς ἐν ἀρετῇ. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· εἰ ἤδεσαν οἱ πολλοὶ πότε ἀποθανοῦνται, πάντως ἂν κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν ἐσπούδασαν.

3 82, 4. Πειθώμεθα τοίνυν πανταχοῦ τῷ Θεῷ, καὶ μηδὲν 1179
254 ἀντιλέγωμεν, κἂν ἐναντίον εἶναι δοκῇ τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς καὶ ταῖς ὄψεσι τὸ λεγόμενον· ἀλλ' ἔστω καὶ λογισμῶν καὶ ὄψεως κυριώτερος αὐτοῦ ὁ λόγος. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μυστηρίων ποιῶμεν, οὐ τοῖς κειμένοις μόνον ἐμβλέποντες, ἀλλὰ τὰ ῥήματα

---

314 69, 2. Vocatio quidem et purificatio ex gratia sunt; vocatum 1177
318 autem et puris indutum vestibus manere, et haec servare, id ex vocatorum studio proficiscitur. Vocamur autem non ex merito, sed ex gratia.

404 77, 1. *De die autem illa et hora nullus novit, neque angeli* 1178
caelorum, neque Filius, nisi solus Pater. Quod ergo dixit: *neque angeli,* reprimit eos, ne discere quaerant id quod angeli nesciunt; cum autem dicit: *neque Filius,* prohibet non modo ne discant, sed etiam ne quaerant. . . . Patri suo illud tribuit, hinc rem tremendam ostendens, prohibensque ne de illa re interrogarent. Nisi enim illud ita sit, et si vere Filius id ignorat, quandonam id sciet? An nobiscum? Quis hoc dixerit? Patrem clare novit, et tam clare quam ille novit Filium, et diem illam ignorabit? . . . 2. Propterea dicit: *Qua hora non exspectatis veniet,* ut sollicitos reddat et virtutis colendae studiosos. Hoc autem significat: si scirent plerique homines quandonam sint morituri, diligentiam suam ad illam horam remitterent.

3 82, 4. Deo ubique obsequamur, nec contradicamus ei, etiamsi 1179
254 id quod dicit rationi et intellegentiae nostrae contrarium videatur, sed praevaleat eius sermo rationi et intellegentiae nostrae. Sic etiam in mysteriis faciamus, non ea solum, quae sub sensum cadunt,

---

1177. MG 58, 650; Fi 2, 308. 1178. MG 58, 702; Fi 2, 399.
1179. MG 58, 743; Fi 2, 468.

αὐτοῦ κατέχοντες. Ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀπαραλόγιστος· ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος. Οὗτος οὐδέποτε διέπεσεν· αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος φησί· 485
«Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου» [Mt 26, 26], καὶ πειθώμεθα καὶ 486
πιστεύωμεν, καὶ νοητοῖς αὐτὸ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς. Οὐδὲν 490
γὰρ αἰσθητὸν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Χριστός, ἀλλ' ἐν αἰσθητοῖς 437
μὲν πράγμασι, πάντα δὲ νοητά. Οὕτω καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι, δι' αἰσθητοῦ μὲν πράγματος γίνεται τοῦ ὕδατος τὸ δῶρον, νοητὸν δὲ τὸ ἀποτελούμενον, ἡ γέννησις καὶ ἡ ἀνακαίνισις. Εἰ μὲν γὰρ ἀσώματος ἦς, γυμνὰ ἂν αὐτά σοι τὰ ἀσώματα παρέδωκε δῶρα· ἐπειδὴ δὲ σώματι συμπέπλεκται ἡ ψυχή, ἐν αἰσθητοῖς τὰ νοητά σοι παραδίδωσι. Πόσοι νῦν λέγουσιν· Ἐβουλόμην αὐτοῦ τὴν μορφὴν ἰδεῖν, τὸν τύπον, τὰ ἱμάτια, τὰ ὑποδήματα. Ἰδοὺ αὐτὸν ὁρᾷς, αὐτοῦ ἅπτῃ, αὐτὸν ἐσθίεις.

1180 82, 5. Ἐννόησον πῶς ἀγανακτεῖς κατὰ τοῦ προδότου, κατὰ 506
τῶν σταυρωσάντων. Σκόπει τοίνυν, μὴ καὶ αὐτὸς ἔνοχος γένῃ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Ἐκεῖνοι κατέσφαξαν τὸ πανάγιον σῶμα, σὺ δὲ ῥυπαρᾷ ὑποδέχῃ ψυχῇ μετὰ τοσαύτας εὐεργεσίας. Οὐδὲ γὰρ ἤρκεσεν αὐτῷ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον, τὸ ῥαπισθῆναι καὶ σφαγῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀναφύρει ἑαυτὸν ἡμῖν· καὶ οὐ τῇ πίστει μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ πράγματι σῶμα 509
ἡμᾶς αὐτοῦ κατασκευάζει. Τίνος οὖν οὐκ ἔδει καθαρώτερον εἶναι τὸν ταύτης ἀπολαύοντα τῆς θυσίας;

---

respicientes, sed verba eius retinentes; verbum quippe eius fallere nequit, sensus vero noster facile decipitur; verbum eius numquam excidit, sensus vero saepe fallitur. Quoniam vero ille dixit: *Hoc* 485
est corpus meum, obtemperemus, credamus et spiritualibus oculis 486
ipsum respiciamus; nihil enim sensibile nobis Christus dedit, sed 490
rebus etiam sensibilibus omnia sunt spiritualia. Sic enim et in 437
baptismo per rem sensibilem donum aquae conceditur; quod autem efficitur spirituale est: generatio et renovatio. Nam si incorporeus esses, nuda tibi illa et incorporea dona tribuisset; sed quia corpori coniuncta est anima, in sensibilibus spiritualia tibi largitur. Quot sunt qui modo dicunt: Vellem eius formam, typum, vestimenta, calceamenta videre. Ecce illum vides, ipsum tangis, ipsum comedis.

1180 82, 5. Cogita quantum contra proditorem indigneris et contra 506
eos, qui Christum crucifixerunt; cave ergo ne tu ipse reus sis corporis et sanguinis Christi. Illi sacrum corpus trucidarunt, tu post tot beneficia cum sordida suscipis anima. Neque enim satis habuit hominem fieri, alapis caedi, immolari, sed se ipsum commiscet nobiscum, non fide tantum, sed re ipsa nos corpus suum 509
constituit. Quanta ergo puritate oportet eum esse, qui hoc fruitur sacrificio?

1180. MG 58, 743; Fi 2, 469.

In epistulam ad Romanos homiliae, 391.

82 Hom. 1, n. 3. «Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς 1181
253 ὑπακοὴν πίστεως» [Rom 1, 5]. . . . Οὐκ εἶπεν· εἰς ζήτησιν καὶ κατασκευήν, ἀλλ' «εἰς ὑπακοήν». Οὐδὲ γὰρ ἐπέμφθημεν, φησί, συλλογίζεσθαι, ἀλλ' ὅπερ ἐνεχειρίσθημεν ἀποδοῦναι. Ὅταν γὰρ ὁ Δεσπότης ἀποφήνηταί τι, τοὺς ἀκούοντας οὐ περιεργάζεσθαι χρὴ τὰ λεγόμενα καὶ πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ δέχεσθαι μόνον. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι διὰ τοῦτο ἐπέμφθησαν, ἵνα ἅπερ ἤκουσαν εἴπωσιν, οὐχ ἵνα οἴκοθέν τι προσθῶσι· καὶ ἡμεῖς δὲ λοιπόν, ἵνα πιστεύσωμεν.

91 3, 2. Τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἀνθρώποις 1182
ἐνέθηκεν ὁ Θεός, ἀλλὰ ταύτην τὴν γνῶσιν οἱ Ἕλληνες ξύλοις περιθέντες καὶ λίθοις, ἠδίκησαν τὴν ἀλήθειαν, τό γε αὐτῶν μέρος· ἐκείνη γὰρ ἄτρεπτος μένει, τὴν οἰκείαν δόξαν ἔχουσα ἀκίνητον. Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ἐνέθηκεν αὐτοῖς τὴν γνῶσιν, ὦ Παῦλε; «Ὅτι», φησί, «τὸ γνωστὸν αὐτοῦ φανερόν ἐστιν ἐν
90 αὐτοῖς» [Rom 1, 19]. Ἀλλὰ τοῦτο ἀπόφασίς ἐστιν, οὐκ ἀπόδειξις· σὺ δέ μοι κατασκεύασον, καὶ δεῖξον ὅτι ἡ γνῶσις ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ δῆλη ἦν αὐτοῖς, καὶ ἑκόντες παρέδραμον. Πόθεν οὖν δῆλη ἦν; Φωνὴν αὐτοῖς ἄνωθεν ἀφῆκεν; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ὃ
87 φωνῆς αὐτοὺς ἐφέλκεσθαι μᾶλλον ἠδύνατο, τοῦτο ἐποίησε, τὴν κτίσιν εἰς μέσον προθείς, ὥστε καὶ σοφὸν καὶ ἰδιώτην καὶ Σκύθην καὶ βάρβαρον διὰ τῆς ὄψεως καταμαθόντα τῶν ὁρωμένων τὸ κάλλος, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναβαίνειν.

---

82 1, 3. *Per quem accepimus gratiam et apostolatum in oboedien-* 1181
253 *tiam fidei*. . . . Non dixit: in inquisitionem vel in argumentum, sed: *in oboedientiam*. Neque enim missi sumus, inquit, ut syllogismos afferamus, sed ut quod accepimus reddamus. Cum enim Dominus aliquid pronuntiat, non debent auditores curiose scrutari vel indagare, sed solum accipere. Nam apostoli ideo missi sunt, ut quae audierunt dicant, non ut aliquid de suo addant; et nos, solum ut credamus.

91 3, 2. Cognitionem sui Deus hominibus a principio indidit, sed 1182
illam cognitionem gentiles lignis et lapidibus attribuentes, veritatem, quantum in ipsis fuit, iniuria affecerunt; illa enim immutabilis manet, gloriam suam habens immotam. Et unde notum est, o Paule, quod Deus ipsis cognitionem indiderit? *Quia*, inquit, *quod notum est eius, manifestum est in illis*. At hoc sententia est, non demonstratio; tu vero mihi proba et ostende cognitionem Dei
90 manifestam fuisse illis, sed sponte illos praetermisisse. Unde ergo manifesta erat? Vocemne illis emisit? Minime; verum id effecit,
87 quod magis illos quam vox quaelibet attrahere poterat: creatum orbem in medio posuit, ita ut sapiens, idiota, Scytha, barbarus, ex solo visu visibilium pulchritudinem edoctus, ad Deum conscendere posset.

1181. MG 60, 398; Fi 1, 13. 1182. MG 60, 412; Fi 1, 37.

1183 8, 8. Αἰδέσθητε τοίνυν, αἰδέσθητε τὴν τράπεζαν ταύτην, ἧς 512
κοινωνοῦμεν ἅπαντες, τὸν δι' ἡμᾶς σφαγέντα Χριστόν, τὸ θῦμα 517
τὸ ἐπ' αὐτῆς κείμενον.

1184 10, 1. Τί δέ ἐστιν «ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον» [Rom 5, 12]; 302
Ἐκείνου πεσόντος, καὶ οἱ μὴ φαγόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου πάντες θνητοί. . . . Ὅθεν δῆλον ὅτι οὐχ αὕτη ἡ ἁμαρτία ἡ τῆς τοῦ νόμου παραβάσεως, ἀλλ' ἐκείνη ἡ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παρακοῆς, αὕτη ἦν ἡ πάντα λυμαινομένη. Καὶ τίς ἡ τούτου ἀπόδειξις; Τὸ καὶ πρὸ τοῦ νόμου πάντας ἀποθνήσκειν. «Ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος», φησίν, «ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας» [ib. 14]. Πῶς ἐβασίλευσεν; «Ἐν τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος» [ib.]. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τύπος ἐστὶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ Ἀδάμ. . . . Ἵν' ὅταν λέγῃ σοι ὁ Ἰουδαῖος· 422
Πῶς, ἑνὸς κατορθώσαντος τοῦ Χριστοῦ, ἡ οἰκουμένη ἐσώθη; δυνηθῇς αὐτῷ λέγειν· Πῶς, ἑνὸς παρακούσαντος τοῦ Ἀδάμ, ἡ οἰκουμένη κατεκρίθη;

1185 10, 2. Κολάσεως ἀπηλλάγημεν, καὶ κακίαν ἀπεδυσάμεθα 421
πᾶσαν, καὶ ἀνεγεννήθημεν ἄνωθεν, καὶ ἀνέστημεν τοῦ παλαιοῦ 415
ταφέντος ἀνθρώπου, καὶ ἀπελυτρώθημεν, καὶ ἡγιάσθημεν, καὶ εἰς υἱοθεσίαν ἤχθημεν, καὶ ἐδικαιώθημεν, καὶ ἐγενόμεθα ἀδελφοὶ τοῦ Μονογενοῦς, καὶ συγκληρονόμοι καὶ σύσσωμοι αὐτοῦ κατέστημεν, καὶ εἰς τὴν σάρκα αὐτοῦ τελοῦμεν, καὶ ὥσπερ σῶμα κεφαλῇ, οὕτως ἡνώμεθα. Ταῦτα οὖν ἅπαντα περισσείαν χάριτος

1183 8, 8. Revereamini igitur, revereamini hanc mensam, cuius 512
participes sumus omnes, Christum pro nobis occisum, sacrificium 517
huic mensae impositum.

1184 10, 1. Quid est *in quo omnes peccaverunt*? Illo lapso, ii etiam, 302
qui de ligno non comederant, effecti sunt ex illo omnes mortales. . . . Unde liquet quod non ipsum peccatum transgressionis legis [mosaicae], sed peccatum illud inoboedientiae Adami ipsummet erat peccatum quod omnia perdebat. Et quaenam huius rei probatio est? Nempe quod omnes ante legem morerentur. *Regnavit enim mors,* inquit, *ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt.* Quomodo regnavit? *In similitudinem praevaricationis Adae, qui est forma futuri.* Ideo enim typus est Christi Adam. . . . Ut, cum tibi dixerit Iudaeus: Quomodo, uno recte agente Christo, 422
orbis salvatus est? possis ipsi dicere: Quomodo, uno inoboediente Adamo, orbis condemnatus est?

1185 10, 2. A supplicio liberati sumus, et nequitiam omnem exuimus, 421
et regenerati sumus, et resurreximus, vetere sepulto homine, et 415
redempti sumus, et sanctificati, et in adoptionem adducti, et iustificati, et facti sumus fratres Unigeniti, et constituti sumus eius coheredes et concorporei, et in carnem eius transimus, illique coniungimur sicut corpus capiti. Haec itaque omnia abundantiam

---

1183. MG 60, 465; Fi 1, 126. 1184. MG 60, 474; Fi 1, 142.
1185. MG 60, 476; Fi 1, 145.

353 ἐκάλεσεν ὁ Παῦλος [Rom 5, 17], δεικνὺς ὅτι οὐ φάρμακον ἐλάβομεν ἀντίρροπον τοῦ τραύματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑγιείαν καὶ εὐμορφίαν καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ ἀξιώματα πολὺ τὴν ἡμετέραν ὑπερβαίνοντα φύσιν. Καὶ τούτων μὲν ἕκαστον ἱκανὸν ἦν καθ' ἑαυτὸ λῦσαι τὸν θάνατον· ὅταν δὲ ἅπαντα ὁμοῦ συντρέχοντα φαίνηται, οὐδὲ ἴχνος αὐτοῦ λοιπόν, οὐδὲ σκιὰν φανῆναι δυνατόν, ἄρδην ἀφανισθέντος.... Πολλῷ γὰρ πλείονα ὧν ὀφείλομεν κατέβαλεν ὁ Χριστός, καὶ τοσούτῳ πλείονα ὅσῳ
302 πρὸς ῥανίδα μικρὰν πέλαγος ἄπειρον.... «Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί» [Rom 5, 19].... 3. Τί οὖν ἐστιν ἐνταῦθα τὸ «ἁμαρτωλοί»; Ἐμοὶ δοκεῖ τὸ ὑπεύθυνοι κολάσει καὶ καταδεδικασμένοι θανάτῳ.

357 13, 8. Ὁ τὸ Πνεῦμα ἔχων, οὐ μόνον τοῦ Χριστοῦ χρηματίζει, 1186
180 ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἔχει τὸν Χριστόν. Οὐ γὰρ ἔστι, Πνεύματος παρόντος, μὴ καὶ Χριστὸν παρεῖναι. Ὅπου γὰρ ἂν μία τῆς Τριάδος ὑπόστασις παρῇ, πᾶσα πάρεστιν ἡ Τριάς· ἀδιασπάστως γὰρ ἔχει πρὸς ἑαυτήν, καὶ ἥνωται μετ' ἀκριβείας ἁπάσης.

266 14, 6. Τί οὖν σε ἔσωσε; Τὸ εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίσαι μόνον, 1187
268 καὶ πιστεῦσαι αὐτῷ περὶ ὧν ἐπηγγείλατο καὶ ἔδωκε, καὶ πλέον οὐδὲν ἔσχες εἰσενεγκεῖν. Εἰ τοίνυν αὕτη σε ἔσωσε, ταύτην κάτεχε καὶ νῦν. Ἡ γὰρ τοσαῦτά σοι παρασχοῦσα ἀγαθά, εὔδηλον ὅτι οὐδὲ περὶ τῶν μελλόντων σε ψεύσεται. Ὅπου γὰρ νεκρὸν λαβοῦσα καὶ ἀπολωλότα καὶ αἰχμάλωτον καὶ ἐχθρόν,

---

353 gratiae vocavit Paulus, ostendens nos pharmacum accepisse, non modo par vulneri, sed etiam sanitatem, pulchritudinem, honorem, gloriam et dignitates longe naturam nostram superantes. Quorum singula sola poterant mortem solvere; cum autem omnia simul concurrunt, neque vestigium neque umbra illius iam apparet, cum radicitus deleta fuerit. . . . Longe plura quam debeamus solvit Christus, et tanto plura quanto prae parva stilla pelagus im-
302 mensum. . . . *Sicut enim per unius hominis inoboedientiam homines multi peccatores effecti sunt, sic et per unius oboedientiam iusti constituentur multi*. . . . 3. Quid igitur hic significat illud *peccatores*? Mihi quidem videtur supplicio obnoxios et ad mortem damnatos.

357 13, 8. Qui Spiritum habet, non modo Christi esse dicitur, sed 1186
180 etiam ipsum habere Christum. Non potest enim, Spiritu praesente, non adesse Christus. Ubi enim una Trinitatis hypostasis adest, tota adest Trinitas; non potest enim omnino separari, et accuratissime unita in se est.

266 14, 6. Quid ergo te salvum fecit? Spes in Deum sola, et quod 1187
268 fidem habeas ipsi pro iis, quae promisit et dedit; nec quidquam aliud offerendum habuisti. Si haec igitur fides te salvum fecit, hanc et nunc retine; quae enim tot tibi contulit bona, tibi procul dubio circa futura non mentietur. Ea enim quae mortuum, per-

---

1186. MG 60, 519; Fi 1, 216. 1187. MG 60, 532; Fi 1, 238.

φίλον ἐποίησε καὶ υἱὸν καὶ ἐλεύθερον καὶ δίκαιον καὶ συγκληρο- 361 359
νόμον, καὶ τοσαῦτα παρέσχεν ὅσα μηδὲ προσεδόκησέ τίς ποτε· 360
πῶς μετὰ τὴν τοσαύτην φιλοτιμίαν τε καὶ οἰκείωσιν οὐ προσ-
ήσεταί σε ἐν τοῖς ἑξῆς; . . . Τί οὖν ἐστιν ἡ ἐλπίς; Τὸ τοῖς
μέλλουσι θαρρεῖν.

1188 18, 5. Καὶ εἰ χάριτι [cf. Rom 11, 6], φησίν, διὰ τί μὴ πάντες 332
σῴζόμεθα; Ὅτι μὴ βούλεσθε· ἡ γὰρ χάρις, κἂν χάρις ᾖ, τοὺς 334
ἐθέλοντας σῴζει, οὐ τοὺς μὴ βουλομένους καὶ ἀποστρεφο-
μένους αὐτήν, καὶ πολεμοῦντας αὐτῇ διηνεκῶς καὶ ἐναντιου-
μένους.

In epistulam I ad Corinthios homiliae, ca 392.

1189 Hom. 8, n. 1. Συμβαίνει γὰρ ἄρχοντας μὲν εἶναι φαύλους 451
καὶ μιαρούς, τοὺς δὲ ἀρχομένους ἐπιεικεῖς καὶ μετρίους, καὶ
λαϊκοὺς μὲν ἐν εὐλαβείᾳ ζῆν, ἱερέας δὲ ἐν πονηρίᾳ· καὶ οὐκ
ἔμελλεν οὐδὲ βάπτισμα εἶναι, οὔτε σῶμα Χριστοῦ, οὔτε προσ-
φορὰ δι' ἐκείνων εἰ πανταχοῦ τὴν ἀξίαν ἡ χάρις ἐζήτει. Νυνὶ
δὲ καὶ δι' ἀναξίων εἴωθεν ἐνεργεῖν ὁ Θεός, καὶ οὐδὲν τοῦ
βαπτίσματος ἡ χάρις παρὰ τοῦ βίου τοῦ ἱερέως παραβλάπτεται·
ἐπεὶ ἔμελλεν ὁ λαμβάνων ἐλαττοῦσθαι.

1190 19, 3. «Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω» [1 Cor 7, 15]. 574
Ἐνταῦθα γὰρ οὐκέτι πορνεία τὸ πρᾶγμά ἐστι. Τί δέ ἐστιν·
«Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται»; Οἷον εἰ κελεύει σοι θύειν καὶ

---

ditum, captivum et inimicum, amicum effecit, filium, liberum, iustum 361
et coheredem ipsique tanta praebuit quanta numquam quis ex- 359
spectavisset; quomodo, post tantam liberalitatem et benevolentiam, 360
te in posterum non admittet? . . . Quid igitur est spes? De futuris
confidere.

1188 18, 5. Si per gratiam, inquit, cur non omnes salvamur? 332
Quia non vultis. Gratia enim, licet gratia sit, volentes salvat, non 334
nolentes, qui eam repellunt, contra eam perpetuo pugnant eique
obsistunt.

1189 8, 1. Contingit enim principes esse malos et sceleratos, sub- 451
ditosque bonos et moderatos, et laicos in pietate vitam agere,
sacerdotes autem in nequitia; neque confici debebat baptismus
neque corpus Christi neque oblatio per illos, si dignos ubique
gratia requireret. Nunc autem etiam per indignos Deus solet
operari, et nihil laeditur gratia baptismi per vitam sacerdotis;
tunc enim frustratus esset ille qui accipiebat.

1190 19, 3. *Si autem infidelis discedit, discedat.* Hic enim nulla est 574
fornicatio. Quid sibi vult autem illud: *Infidelis si discedit*? Verbi
gratia si te iubet sacrificare aut sociam impietatis esse propter

---

1188. MG 60, 579; Fi 1, 320. 1189. MG 61, 69; Fi 2, 90.
1190. MG 61, 155; Fi 2, 220.

κοινωνεῖν αὐτῷ τῆς ἀσεβείας διὰ τὸν γάμον, ἢ ἀναχωρεῖν, βέλτιον διασπασθῆναι τὸν γάμον καὶ μὴ τὴν εὐσέβειαν.

315 24, 1. «Πιστὸς δὲ ὁ Θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι 1191
ὑπὲρ ὃ δύνασθε» [1 Cor 10, 13]. Ἄρα εἰσὶ πειρασμοὶ οὓς οὐ δυνατὸν ὑπενεγκεῖν. Καὶ τίνες οὗτοι; Πάντες, ὡς εἰπεῖν· τὸ γὰρ δυνατὸν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ῥοπῇ κεῖται, ἣν διὰ τῆς ἡμετέρας ἐπισπώμεθα γνώμης. Διόπερ ἵνα μάθῃς ἀκριβῶς ὅτι οὐ μόνον ἐκείνους τοὺς ὑπερβαίνοντας ἡμῶν τὴν δύναμιν, ἀλλ' οὐδὲ τούτους τοὺς ἀνθρωπίνους ἔνι χωρὶς τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας ῥᾳδίως ἐνεγκεῖν, ἐπήγαγεν· «Ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν» [ib.].

483 24, 1. «Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοι- 1192
485 νωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι;» [1 Cor 10, 16.] Σφόδρα πιστῶς καὶ φοβερῶς εἴρηκεν. Ὃ γὰρ λέγει τοῦτό ἐστιν, ὅτι τοῦτο τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ ὄν, ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥεῦσαν, καὶ ἐκείνου μετέχομεν. Ποτήριον δὲ εὐλογίας ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ αὐτὸ μετὰ χεῖρας ἔχοντες, οὕτως αὐτὸν ἀνυμνοῦμεν, θαυμάζοντες καὶ ἐκπληττόμενοι τῆς ἀφάτου δωρεᾶς, εὐλογοῦντες ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐξέχεεν, ἵνα μὴ μείνωμεν ἐν τῇ πλάνῃ· καὶ οὐ μόνον ἐξέχεεν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἡμῖν αὐτοῦ μετέδω-
512 κεν. Ὥστε εἰ αἵματος ἐπιθυμεῖς, φησί, μὴ τὸν τῶν εἰδώλων
517 βωμὸν τῷ τῶν ἀλόγων φόνῳ, ἀλλὰ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐμὸν τῷ ἐμῷ φοίνισσε αἵματι. Τί τούτου φρικωδέστερον; Τί δὲ φιλοστοργότερον; εἰπέ μοι.

---

conubium, vel discedere, melius est disrumpi conubium quam piam religionem.

315 24, 1. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod* 1191
potestis. Ergo sunt tentationes quae ferri non possunt. Et quaenam illae? Omnes, ut ita dicam; potestas enim in Dei auxilio sita est, quam per voluntatem nostram attrahimus. Quamobrem, ut discas accurate quod non solum illas quae nostram superant potestatem, sed neque hasce humanas possimus sine illius auxilio facile ferre, subiunxit: *Sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.*

483 24, 1. *Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio* 1192
485 *sanguinis Christi est?* Valde fideliter dixit et terribiliter; hoc enim vult significare: hoc quod in calice est, illud ipsum est quod ex latere fluxit, et illius sumus participes. Calicem autem benedictionis vocavit, quia illum prae manibus habentes sic ipsum celebramus, admirantes, terrore perculsi de ineffabili dono, benedicentes quod ipsum effuderit, ut ne in errore maneremus, et non solum effuderit,
512 sed etiam eum ipsum nobis omnibus impertierit. Itaque si san-
517 guinem cupis, inquit, ne idolorum aram brutorum caede, sed altare meum sanguine meo cruenta. Quid hac re horribilius? Quid, quaeso, amabilius?

1191. MG 61, 198; Fi 2, 286. 1192. MG 61, 199; Fi 2, 288.

1193 24, 2. Ἐν μὲν τῇ παλαιᾷ, ἐπειδὴ ἀτελέστερον διέκειντο, 514
ὃ τοῖς εἰδώλοις προσέφερον αἷμα, τοῦτο αὐτὸς [ὁ Θεός] ὑπέ-
μεινε καταδέξασθαι, ἵνα ἀποστήσῃ ἐκείνων, ὃ καὶ αὐτὸ πάλιν
ἀφάτου φιλοστοργίας ἦν· ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τὸ πολλῷ φρικω- 512
δέστερον καὶ μεγαλοπρεπέστερον τὴν ἱερουργίαν μετεσκεύασε,
καὶ τὴν θυσίαν αὐτὴν ἀμείψας, καὶ ἀντὶ τῆς τῶν ἀλόγων σφαγῆς 517
ἑαυτὸν προσφέρειν κελεύσας.

1194 24, 2. «Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμά ἐσμεν οἱ πολλοί» [1 Cor 509
10, 17]. Τί γὰρ λέγω κοινωνίαν [ib. 16], φησίν; Αὐτό ἐσμεν ἐκεῖνο
τὸ σῶμα. Τί γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος; Σῶμα Χριστοῦ. Τί δὲ γίνονται 485
οἱ μεταλαμβάνοντες; Σῶμα Χριστοῦ· οὐχὶ σώματα πολλά, ἀλλὰ
σῶμα ἕν. Καθάπερ γὰρ ὁ ἄρτος ἐκ πολλῶν συγκείμενος κόκκων 511
ἥνωται, ὡς μηδαμοῦ φαίνεσθαι τοὺς κόκκους, ἀλλ' εἶναι μὲν
αὐτούς, ἄδηλον δὲ αὐτῶν εἶναι τὴν διαφορὰν τῇ συναφείᾳ·
οὕτω καὶ ἀλλήλοις καὶ τῷ Χριστῷ συναπτόμεθα. Οὐ γὰρ ἐξ
ἑτέρου μὲν σώματος σύ, ἐξ ἑτέρου δὲ ἐκεῖνος τρέφεται, ἀλλ'
ἐκ τοῦ αὐτοῦ πάντες.

1195 24, 4. Ὅταν αὐτὸ [τὸ σῶμα Χριστοῦ] προκείμενον ἴδῃς, λέγε 483
πρὸς σεαυτόν· Διὰ τοῦτο τὸ σῶμα οὐκέτι γῆ καὶ σποδὸς 485
ἐγώ, οὐκέτι αἰχμάλωτος, ἀλλ' ἐλεύθερος· διὰ τοῦτο τοὺς
οὐρανοὺς ἐλπίζω, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀπολήψεσθαι ἀγαθά, τὴν
ἀθάνατον ζωήν, τὴν τῶν ἀγγέλων λῆξιν, τὴν μετὰ Χριστοῦ
ὁμιλίαν· τοῦτο τὸ σῶμα προσηλούμενον καὶ μαστιζόμενον οὐκ
ἤνεγκεν ὁ θάνατος· . . . τοῦτο ἐκεῖνο τὸ σῶμά ἐστι τὸ ἡμαγ-

1193 24, 2. In vetere quidem lege, quia imperfectiores erant, quem 514
idolis offerebant sanguinem, eum ipse [Deus] excipere sustinuit, ut
ab illis abduceret, quod ipsum rursus erat amoris ineffabilis; hic
autem in rem horribiliorem et magnificentiorem transtulit sacerdo- 512
talem operationem, ipso mutato sacrificio, et pro brutorum macta- 517
tione se ipsum iussit offerri.

1194 24, 2. *Quoniam unus panis et unum corpus multi sumus.* Quid 509
enim, inquit, dico communicationem? Illud ipsum corpus sumus.
Quid est enim panis? Corpus Christi. Quid autem fiunt com- 485
municantes? Corpus Christi; non corpora multa, sed unum corpus.
Sicut enim panis, ex multis granis constans, unitus est ita ut grana 511
nusquam appareant, sed sint quidem ipsa, non manifesta autem
sit illorum differentia propter coniunctionem; sic nos et mutuo et
cum Christo coniungimur. Non enim ex altero corpore hic, ex
altero ille nutritur, sed ex eodem ipso omnes.

1195 24, 4. Cum ipsum [corpus Christi] videris propositum, tibi ipsi 483
dic: Propter hoc corpus non sum ego amplius terra et cinis, non 485
ultra captivus, sed liber; ideo caelos spero et bona illic reposita
me accepturum esse, immortalem vitam, angelorum sortem, cum
Christo consuetudinem; hoc corpus clavis confixum, flagris caesum,
mors non tulit; . . . hoc est illud corpus quod cruentatum fuit,

---

1193. MG 61, 200; Fi 2, 288. 1194. MG 61, 200; Fi 2, 289.
1195. MG 61, 203; Fi 2, 293.

μένον, τὸ λόγχῃ πληγέν, καὶ τὰς σωτηρίους πηγὰς ἀναβλύσαν, τὴν τοῦ αἵματος, τὴν τοῦ ὕδατος τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ.... Τοῦτο τὸ σῶμα ἔδωκεν ἡμῖν καὶ κατέχειν καὶ ἐσθίειν, ὅπερ ἀγάπης ἐπιτεταμένης ἦν.

537 28, 1. Φησί· «Δοκιμαζέτω δὲ ἑαυτὸν» ἕκαστος [1 Cor 11, 28], 1196
καὶ τότε προσίτω. Καὶ οὐχ ἕτερον ἑτέρῳ κελεύει δοκιμάσαι, ἀλλ' αὐτὸν ἑαυτόν, ἀδημοσίευτον ποιῶν τὸ δικαστήριον, ἀμάρτυρον τὸν ἔλεγχον.

200 32, 3. Γλῶτταν δὲ ἀγγέλων ἐνταῦθά φησιν [1 Cor 13, 1], 1197
204 οὐχὶ σῶμα περιτιθεὶς ἀγγέλοις, ἀλλ' ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Κἂν οὕτω φθέγγωμαι, ὡς ἀγγέλοις νόμος πρὸς ἀλλήλους διαλέγεσθαι, ταύτης ἄνευ οὐδέν εἰμι, ἀλλὰ καὶ ἐπαχθὴς καὶ φορτικός. Οὕτω γοῦν καὶ ἀλλαχοῦ ὅταν λέγῃ ὅτι «Αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων» [Phil 2, 10], οὐ γόνατα καὶ ὀστᾶ περιτιθεὶς τοῖς ἀγγέλοις ταῦτα λέγει, ἄπαγε, ἀλλὰ τὴν ἐπιτεταμένην προσκύνησιν διὰ τοῦ παρ' ἡμῖν σχήματος αἰνίξασθαι βούλεται. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα γλῶσσαν ἐκάλεσεν, οὐ σαρκὸς ὄργανον δηλῶν, ἀλλὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ὁμιλίαν τῷ γνωρίμῳ παρ' ἡμῖν τρόπῳ αἰνίξασθαι βουλόμενος.

398 38, 2. Πῶς δὲ ὅλως [ὁ Χριστός] ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἀπέθανεν, 1198
413 εἴ γε αὐτὸς ἐν ἁμαρτίαις ἦν; Τὸν γὰρ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἀποθνήσκοντα, αὐτὸν ἀναμάρτητον δεῖ εἶναι· ἐπεὶ εἴ καὶ αὐτὸς ἁμαρτάνει, πῶς ὑπὲρ ἄλλων ἁμαρτωλῶν ἀποθανεῖται; Εἰ δὲ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἄλλων ἀπέθανεν, ἀναμάρτητος ὢν ἀπέθανεν.

---

lancea perfossum, quod salutares fontes scaturivit orbi, alium sanguinis, alium aquae.... Hoc corpus dedit nobis et tenendum et comedendum, quod intensae dilectionis fuit.

537 28, 1. Ait: *Probet autem se ipsum* unusquisque, et tunc ac- 1196
cedat. Nec praecipit ut alter alterum probet, sed ut quisque se ipsum, iudicium statuens quod non sit publicum, et probationem sine testibus.

200 32, 3. Linguam autem angelorum hic dicit, non corpus angelis 1197
204 tribuens, sed hoc vult significare: Etiamsi ita loquar, ut angeli solent inter se colloqui, sine caritate nihil sum; immo onerosus et molestus. Sic enim alibi quoque cum dicit: *Ipsi flectetur omne genu caelestium, terrestrium et infernorum,* non genua et ossa angelis attribuens haec dicit, absit; sed et intensam et grandem adorationem, per illum quo apud nos fit modum, subindicare vult. Sic et hoc loco linguam vocavit, non carnis organum significans, sed illorum mutuum colloquium noto apud nos modo adumbrare voluit.

398 38, 2. Quomodo [Christus] mortuus est pro peccatoribus, si ipse 1198
413 in peccatis fuit? Nam eum, qui moritur pro peccatoribus, oportet esse sine peccato; si enim ipse peccat, quomodo ipse morietur pro aliis peccatoribus? Si autem mortuus est pro peccatis aliorum, mortuus est nullum peccatum habens.

1196. MG 61, 233; Fi 2, 339. 1197. MG 61, 268; Fi 2, 392.
1198. MG 61, 324; Fi 2, 474.

1199 40, 1. Βούλομαι μὲν σαφῶς αὐτὸ [baptismi ritum] εἰπεῖν, οὐ 457
τολμῶ δὲ διὰ τοὺς ἀμυήτους· οὗτοι γὰρ δυσκολωτέραν ἡμῖν
ποιοῦσι τὴν ἐξήγησιν, ἀναγκάζοντες ἢ μὴ λέγειν σαφῶς, ἢ εἰς
αὐτοὺς ἐκφέρειν τὰ ἀπόρρητα. Πλὴν ἀλλ' ὡς ἂν οἷός τε ὦ,
συνεσκιασμένως ἐρῶ.

1200 42, 3. Δέομαι καὶ παρακαλῶ καὶ αὐτῶν ἅπτομαι τῶν γο- 584
νάτων, ἕως ἂν ἔχωμεν τὸ μικρὸν τοῦτο τῆς ζωῆς ἐφόδιον,
κατανυγῆναι τοῖς εἰρημένοις, ἐπιστραφῆναι, βελτίους γενέσθαι,
ἵνα μὴ κατὰ τὸν πλούσιον ἐκεῖνον [Lc 16, 19 sqq] ἀνήνυτα ἐκεῖ
θρηνῶμεν ἀπελθόντες, καὶ ἀνίατα λοιπὸν ὀδυρώμεθα. Κἂν γὰρ
πατέρα ἔχῃς, κἂν υἱόν, κἂν φίλον, κἂν ὁντιναοῦν παρρησίαν
ἔχοντα πρὸς τὸν Θεόν, οὐδείς σέ ποτε ἐξαιρήσεται τούτων
ὑπὸ τῶν οἰκείων ἔργων προδιδόμενον. Τοιοῦτον γὰρ ἐκεῖνο 585
τὸ δικαστήριον· ἀπὸ τῶν πράξεων δικάζει μόνων, καὶ ἄλλως
ἐκεῖ σωθῆναι οὐκ ἔνι.... Ἂν μὲν γὰρ ῥαθυμήσωμεν, οὐ δίκαιος,
οὐ προφήτης, οὐκ ἀπόστολος, οὐδεὶς ἡμῖν παραστήσεται.

In epistulam ad Galatas commentarius, 393/7.

1201 Cap. 2, n. 8. Ὑπὸ τὴν ἀπόφασιν ἡμᾶς κειμένους ἠλευ- 413
θέρωσεν ὁ Χριστός· καὶ γὰρ οἱ πάντες ἀπέθανον, εἰ καὶ μὴ
τῇ πείρᾳ, ἀλλὰ τῇ ἀποφάσει· καὶ τὴν πληγὴν ἐκδεχομένους
ἀπήλλαξεν.... Ἡ μὲν οὖν θυσία ὑπὲρ πάσης προσενήνεκτο 416
τῆς φύσεως, καὶ ἱκανὴ πάντας ἦν σῶσαι· οἱ δὲ τῇ εὐεργεσίᾳ
χρησάμενοι οἱ πιστεύοντές εἰσι μόνοι.

1199 40, 1. Volo quidem aperte hoc [baptismi ritum] dicere; non autem 457
audeo propter eos, qui non sunt initiati; ii enim expositionem nobis
faciunt difficiliorem, ut qui nos cogant vel non aperte dicere aut iis
arcana enuntiare. Sed tamen dicam, quoad potero, adumbrate.

1200 42, 3. Rogo et obsecro et vestra apprehendens genua supplico, 584
donec habemus hoc parvum vitae viaticum, ut iis, quae dicta sunt,
compungamur, convertamur, reddamur meliores, ne sicut ille dives
inutiliter illic lamentemur cum excesserimus, fletus autem nihil
nobis remedii afferat. Nam sive patrem habeas sive filium sive
amicum sive quemvis alium qui apud Deum habeat fiduciam, nemo
te eripiet, cum propria tua facta te prodant. Tale est enim illud 585
iudicium: iudicat solum ex operationibus, neque aliter illic salvum
esse licet.... Si socordes fuerimus, non iustus, non propheta,
non apostolus, nemo nobis aderit.

1201 2, 8. Cum essemus obnoxii sententiae damnationis, liberavit 413
nos Christus; omnes enim perierant, si non facto, saltem iudicio;
et plagam exspectantes liberavit.... Victima ergo pro tota natura 416
oblata est, et omnibus salvandis par erat; non autem profuit bene-
ficium nisi solis credentibus.

1199. MG 61, 348; Fi 2, 508. 1200. MG 61, 367; Fi 2, 533.
1201. MG 61, 646; Fi 4, 49.

In epistulam ad Ephesios homiliae, 392/7.

125 Hom. 1, n. 2. «Κατὰ τὴν εὐδοκίαν», φησί, «τοῦ θελήματος 1202
αὐτοῦ» [Eph 1, 5], τουτέστιν διὰ τὸ σφοδρῶς θελῆσαι. Ἡ
ἐπιθυμία αὐτοῦ, ὡς ἄν τις εἴποι, αὕτη ἐστί· πανταχοῦ γὰρ
εὐδοκία τὸ θέλημά ἐστι τὸ προηγούμενον. Ἔστι γὰρ καὶ ἄλλο
θέλημα· οἷον θέλημα πρῶτον τὸ μὴ ἀπολέσθαι ἡμαρτηκότας,
139 θέλημα δεύτερον, τὸ γενομένους κακοὺς ἀπολέσθαι. Οὐ γὰρ
δὴ ἀνάγκη αὐτοὺς κολάζει, ἀλλὰ θέλημα. Τοιοῦτον καὶ ἐπὶ
Παύλου ἔστιν ἰδεῖν, οἷον ὡς ὅταν λέγῃ· «Θέλω πάντας ἀν-
θρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν» [1 Cor 7, 7], καὶ πάλιν· «Θέλω
νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν» [1 Tim 5, 14]. Εὐδοκίαν οὖν τὸ
πρῶτον θέλημά φησι, τὸ σφοδρὸν θέλημα, τὸ μετὰ ἐπιθυμίας
θέλημα, τὸ πεῖσμα. . . . Ὃ οὖν λέγει, τοῦτό ἐστι· σφόδρα
ἐφίεται, σφόδρα ἐπιθυμεῖ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας.

356 1, 3. Ὁ γὰρ ἐπαινῶν καὶ θαυμάζων τὴν εἰς αὐτὸν χάριν 1203
361 γεγενημένην, προσεκτικώτερος ἔσται καὶ σπουδαιότερος. «Ἧς
ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς» [Eph 1, 6], φησίν. Οὐκ εἶπεν· ἧς ἐχαρίσατο,
ἀλλ' «ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς»· τουτέστιν οὐ μόνον ἁμαρτημάτων
ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ ἐπεράστους ἐποίησε. Καθάπερ ἄν εἴ τις
λαβὼν ψωραλέον τινὰ καὶ λοιμῷ καὶ νόσῳ διεφθαρμένον καὶ
γήρᾳ καὶ πενίᾳ καὶ λιμῷ, εὐθέως εὔμορφον νεώτερον ἐργάσαιτο,
πάντας ἀνθρώπους νικῶντα τῷ κάλλει, σφοδρὰν μὲν τὴν
αὐγὴν ἀφιέντα ἀπὸ τῶν παρειῶν, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς τοῦ
ἡλίου ἀποκρύπτοντα ταῖς τῶν ὀφθαλμῶν βολαῖς, εἶτα ἐν αὐτῷ

---

125 1, 2. *Secundum propositum*, inquit, *voluntatis suae*, id est, 1202
propterea quod valde velit. Hoc est, ut ita dicam, eius desiderium.
Ubique enim beneplacitum est voluntas praecedens. Est enim alia
voluntas: scilicet voluntas prima est ut non pereant qui peccarunt,
139 voluntas secunda ut pereant qui male egerunt. Non enim neces-
sitas eos punit, sed voluntas. Hoc etiam apud Paulum legi potest,
ut quando dicit: *Volo omnes homines esse sicut me ipsum*, et rursus:
Volo iuniores nubere, filios procreare. Beneplacitum ergo dicit
primam voluntatem, voluntatem vehementem, voluntatem cum
cupiditate, persuasionem. . . . Quod ergo dicit Paulus, hoc est:
vehementer intendit, vehementer cupit nostram salutem.

356 1, 3. Qui laudat et admiratur eam quae in se facta est gratiam, 1203
361 attentior erit et diligentior. *Qua gratificavit nos*, inquit. Non
dixit: quam gratis donavit [ἧς ἐχαρίσατο], sed: nos gratos fecit
[ἐχαρίτωσεν], hoc est, non solum liberavit a peccatis, sed etiam
fecit amabiles. Quemadmodum enim si quis scabiosum et peste
ac morbo senioque et paupertate ac fame confectum et perditum
statim formosum fecerit iuvenem, omnes homines pulchritudine
vincentem, e genis quidem splendorem valde emittentem et mi-
cantium oculorum eiaculationibus solis fulgores occultantem; deinde

---

1202. MG 62, 13; Fi 4, 109. 1203. MG 62, 13; Fi 4, 111.

καταστήσειε τῷ τῆς ἡλικίας ἄνθει, καὶ μετὰ τοῦτο ἁλουργίδα περιβάλοι καὶ διάδημα καὶ πάντα τὸν κόσμον τὸν βασιλικόν· οὕτως ἐξήσκησε τὴν ψυχὴν ἡμῶν, καὶ καλὴν καὶ ποθεινὴν καὶ ἐπέραστον ἐποίησεν.

1204 4, 2. «Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι» [Eph 2, 8], φησίν. 314
Ἵνα γὰρ μὴ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν ἐπάρῃ σε, ὅρα πῶς σε καταστέλλει· «Τῇ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι», φησί, «διὰ πίστεως.» Εἶτα ἵνα μὴ πάλιν τὸ αὐτεξούσιον λυμήνηται, ἔθηκε 334
καὶ τὰ ἡμῶν· καὶ πάλιν αὐτὸ ἀνεῖλε, καί φησι· «Καὶ τοῦτο 251
οὐκ ἐξ ἡμῶν» [ib.]. Οὐδὲ ἡ πίστις, φησίν, ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν, εἰ γὰρ μὴ ἐκάλεσε, πῶς ἠδυνάμεθα πιστεῦσαι; «Πῶς γάρ», φησί, «πιστεύσουσιν, ἐὰν μὴ ἀκούσωσιν;» [Rom 10, 14.] Ὥστε οὐδὲ τὸ τῆς πίστεως ἡμέτερον. «Θεοῦ», φησί, «τὸ δῶρον» [Eph 2, 8].

In epistulam ad Philippenses homiliae, 393/7.

1205 Hom. 1, n. 1. «Συνεπισκόποις καὶ διακόνοις» [Phil 1, 1]. 39
Τί τοῦτο; Μιᾶς πόλεως πολλοὶ ἐπίσκοποι ἦσαν; Οὐδαμῶς· 61
ἀλλὰ τοὺς πρεσβυτέρους οὕτως ἐκάλεσε. Τότε γὰρ τέως 555
ἐκοινώνουν τοῖς ὀνόμασι, καὶ διάκονος ὁ ἐπίσκοπος ἐλέγετο. Διὰ τοῦτο γράφων καὶ Τιμοθέῳ ἔλεγε· «Τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον» [2 Tim 4, 5], ἐπισκόπῳ ὄντι. Ὅτι γὰρ ἐπίσκοπος ἦν, φησὶ πρὸς αὐτόν· «Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει» 561
[1 Tim 5, 22], καὶ πάλιν· «Ὃ ἐδόθη σοι μετὰ ἐπιθέσεως τῶν

---

eum constituerit in ipso flore aetatis, et postea eum purpura induerit et diadema imposuerit, et omni regio ornatu decorarit: ita nostram instruxit et ornavit animam, pulchramque fecit, desiderabilem et amabilem.

1204 4, 2. *Gratia enim estis salvati,* inquit. Nam ne beneficiorum 314
magnitudo te extollat, vide quomodo te coercet: *Gratia enim,* inquit, *estis salvati, per fidem.* Deinde rursus, ne liberum destrue- 334
retur arbitrium, posuit etiam quae sunt nostra; et rursus eum sustulit, et dicit: *Et hoc non ex nobis.* Ne fides quidem, inquit, 251
est ex nobis; nam si non venisset, si non vocasset, quomodo potuissemus credere? *Quomodo* enim, inquit, *credent, nisi audierint?* Quare fidei non nostrum, sed *Dei,* inquit, *est donum.*

1205 1, 1. *Coepiscopis et diaconis.* Quid hoc? An unius civitatis 39
multi erant episcopi? Nequaquam, sed presbyteros isto nomine 61
appellavit. Tunc enim nomina adhuc erant communia, atque 555
ipse etiam episcopus vocabatur diaconus. Idcirco ad Timotheum scribens inquit: *Ministerium tuum imple,* cum tamen ille episcopus esset, quod constat ex verbis illis ad eumdem scriptis: *Manus cito nemini imposueris,* et rursus: *Quae data est tibi* 561

1204. MG 62, 33; Fi 4, 140.
1205. MG 62, 183; Fi 5, 8.

564 χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου» [ib. 4, 14]· οὐκ ἄν δὲ πρεσβύτεροι
556 ἐπίσκοπον ἐχειροτόνησαν.

590 3, 4. Κλαῦσον τοὺς ἀπίστους, κλαῦσον τοὺς οὐδὲν ἐκείνων 1206
ἀπέχοντας, τοὺς χωρὶς φωτίσματος ἀπερχομένους, τοὺς χωρὶς
470 σφραγῖδος· οὗτοι ὄντως θρήνων ἄξιοι, οὗτοι ὀδυρμῶν· ἔξω τῶν
βασιλείων εἰσὶ μετὰ τῶν καταδίκων, μετὰ τῶν κατεγνωσμένων.
«Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ
Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν»
[Io 3, 5]. Κλαῦσον τοὺς ἐν πλούτῳ τετελευτηκότας καὶ μη-
δεμίαν ἀπὸ τοῦ πλούτου παραμυθίαν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς ἐπι-
νοήσαντας, τοὺς λαβόντας ἐξουσίαν ἀπολούσασθαι αὐτῶν τὰ
588 ἁμαρτήματα καὶ μὴ βουληθέντας. . . . Κλαίωμεν οὖν τούτους,
βοηθῶμεν αὐτοῖς κατὰ δύναμιν, ἐπινοήσωμεν αὐτοῖς τινα βοή-
θειαν, μικρὰν μέν, βοηθεῖν δὲ ὅμως δυναμένην. Πῶς καὶ τίνι
τρόπῳ; Αὐτοί τε εὐχόμενοι καὶ ἑτέρους παρακαλοῦντες εὐχὰς
ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖσθαι, πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόντες συν-
520 εχῶς. . . . Οὐκ εἰκῇ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων,
τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελ-
θόντων· ἴσασιν αὐτοῖς πολὺ κέρδος γινόμενον, πολλὴν τὴν
ὠφέλειαν. Ὅταν γὰρ ἑστήκῃ λαὸς ὁλόκληρος χεῖρας ἀνατεί-
νοντες, πλήρωμα ἱερατικόν, καὶ προκέηται ἡ φρικτὴ θυσία, πῶς
οὐ δυσωπήσομεν ὑπὲρ τούτων τὸν Θεὸν παρακαλοῦντες; Ἀλλὰ
τοῦτο μὲν περὶ τῶν ἐν πίστει παρελθόντων.

---

564 *cum impositione manuum presbyterii;* presbyteri vero episcopum
556 non ordinassent.

590 3, 4. Luge infideles, luge eos qui nihil ab infidelibus differunt, 1206
470 qui sine illuminatione, sine signaculo decesserunt; hi vere lamentis
digni, hi lacrimis; extra regiam sunt una cum iis, qui poenae sunt
obnoxii, una cum damnatis. *Amen dico vobis, nisi quis natus*
fuerit ex aqua et Spiritu, non introibit in regnum caelorum. Luge
eos, qui in divitiis sunt mortui, cum ex divitiis nullum animabus
suis solatium comparassent, eos quibus abluendi peccata sua po-
588 testas facta erat et noluerunt. . . . Hos igitur lugeamus, opem pro
viribus feramus, aliquod ipsis auxilium comparemus, exiguum
illud quidem, sed quod tamen auxiliari queat. Quomodo, quave
ratione? Cum ipsi preces fundentes, tum alios ut pro ipsis fundant
obsecrantes, ac pro ipsis frequenter dantes eleemosynas pauperi-
520 bus. . . . Non frustra haec ab apostolis sunt legibus constituta, ut
in venerandis atque horrificis mysteriis memoria eorum fiat, qui
decesserunt. Noverant hinc multum ad eos lucri accedere, multum
utilitatis. Eo enim tempore, quo universus populus stat manibus
expansis ac coetus sacerdotalis, et adest illud tremendum sacri-
ficium, quomodo Deum non placabimus pro istis orantes? Atque
id quidem de iis, qui in fide decesserunt.

1206. MG 62, 203; Fi 5, 37.

In epistulam II ad Timotheum homiliae, 393/7.

1207 Hom. 2, n. 4. Ἡ προσφορὰ ἡ αὐτή ἐστι, κἂν ὁ τυχὼν 499
προσενέγκῃ, κἂν Παῦλος, κἂν Πέτρος· ἡ αὐτή ἐστιν ἣν ὁ
Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς ἔδωκε καὶ ἣν νῦν οἱ ἱερεῖς ποιοῦσιν· 518
οὐδὲν αὕτη ἐλάττων ἐκείνης, ὅτι καὶ ταύτην οὐκ ἄνθρωποι
ἁγιάζουσιν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ καὶ ἐκείνην ἁγιάσας. Ὥσπερ γὰρ τὰ 495
ῥήματα ἅπερ ὁ Θεὸς ἐφθέγξατο τὰ αὐτά ἐστιν ἅπερ ὁ ἱερεὺς
καὶ νῦν λέγει, οὕτω καὶ ἡ προσφορὰ ἡ αὐτή ἐστι, καὶ τὸ
βάπτισμα ὅπερ ἔδωκεν. Οὕτω τὸ πᾶν τῆς πίστεώς ἐστιν.
Ἐπεπήδησεν εὐθέως τὸ Πνεῦμα ἐπὶ Κορνήλιον [cf. Act 10, 44], 314
ἐπειδὴ προλαβὼν τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπεδείξατο, καὶ τὴν πίστιν
εἰσήνεγκε. Καὶ τοῦτο τοίνυν σῶμά ἐστι, κἀκεῖνο· ὁ δὲ νομίζων 485
τοῦτο ἔλαττον ἐκείνου εἶναι, οὐκ οἶδεν ὅτι ὁ Χριστὸς καὶ νῦν
πάρεστι καὶ νῦν ἐνεργεῖ.

In Psalmos expositio, 393/7.

1208 In Ps. 44, n. 2. «Ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου» [Ps 44, 3]. 394
Ὁρᾷς ὅτι περὶ τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος; Τίς δέ ἐστιν αὕτη ἡ 424
χάρις; Δι' ἧς ἐδίδασκε, δι' ἧς ἐθαυματοποίει. Τὴν χάριν ἐν-
ταῦθα λέγει τὴν ἐλθοῦσαν ἐπὶ τὴν σάρκα· «Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς
τὸ Πνεῦμα», φησί, «καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν, καὶ μένον ἐπ'
αὐτόν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων» [Io 1, 33]. Πᾶσα γὰρ ἡ χάρις
ἐξεχύθη εἰς τὸν ναὸν ἐκεῖνον· οὐ γὰρ ἐν μέτρῳ δίδωσιν ἐκείνῳ
τὸ Πνεῦμα· «Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἐλά-
βομεν» [Io 1, 16]. Ὁ δὲ ναὸς ἐκεῖνος ὁλόκληρον τὴν χάριν

1207 2, 4. Oblatio eadem est, quisquis offerat, sive Paulus sive 499
Petrus; eadem est quam Christus dedit discipulis et quam nunc
sacerdotes faciunt; haec illa nihil minor est, quia non homines 518
hanc sanctificant, sed is ipse qui illam sanctificavit. Sicut enim 495
verba quae Deus locutus est eadem sunt quae nunc sacerdos dicit,
sic oblatio eadem ipsa est, ut et baptisma quod dedit. Sic totum
fidei est. Insiliit statim Spiritus in Cornelium, quia prius ille quae 314
sua erant fecerat et fidem contulerat. Et hoc igitur corpus Christi 485
est, et illud; qui vero putat hoc minus illo esse, is nescit Christum
etiam nunc adesse et operari.

1208 In Ps. 44, 2. *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Vides sermonem 394
esse de incarnatione? Quae est autem haec gratia? Illa per quam 424
docuit, per quam fecit miracula. Gratiam hic dicit eam quae venit
in carnem: *Super quem,* inquit, *videris Spiritum descendentem
sicut columbam, et manentem super ipsum, is est qui baptizat.*
Omnis enim gratia effusa est in illud templum; non dat enim illi
Spiritum in mensura: *Nos enim de plenitudine eius accepimus.*
Illud autem templum integram et universam accepit gratiam. . . .

1207. MG 62, 612; Fi 6, 182. 1208. MG 55, 185.

ἔλαβε. . . . Ἐκεῖ μὲν ὁλόκληρος ἡ χάρις, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων μικρόν τι, καὶ ῥανὶς ἀπὸ τῆς χάριτος ἐκείνης.

Homiliae in quosdam locos Novi Testamenti, 398.

08 *Hom. in illud: Pater, si possibile est, etc.* 3. Ἐννόησον 1209
γὰρ ἡλίκον ἦν ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν ὅτι ὁ Θεός, ὁ ἄῤῥητος, ὁ ἄφθαρτος, ὁ ἀπερινόητος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀκατάληπτος, . . . οὗτος ὁ πάντα νοῦν ὑπερβαίνων καὶ πάντα λογισμὸν νικῶν, παραδραμὼν ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους, πάσας τὰς ἄνω νοερὰς
76 δυνάμεις, κατεδέξατο γενέσθαι ἄνθρωπος, καὶ σάρκα τὴν ἀπὸ
80 γῆς καὶ πηλοῦ πλασθεῖσαν ἀναλαβεῖν, καὶ εἰς μήτραν ἐλθεῖν
73 παρθενικήν. . . . Πρῶτον προφήτας προπέμπει τοῦτο αὐτὸ ἀπαγγέλλοντας.

15 *In paralyticum demissum per tectum.* 2. Μὴ ἀποστερήσῃς 1210
τῶν ἐγκωμίων τὸν παράλυτον, μήτε ἐκεῖνον, μήτε ἄλλον τινὰ πειραζόμενον ἄνθρωπον καὶ καρτεροῦντα. Κἂν γὰρ μυριάκις φιλοσοφῶμεν, κἂν ἁπάντων ὦμεν ἰσχυρότεροι καὶ δυνατώτεροι, τῆς παρ' αὐτοῦ ῥοπῆς ἀπούσης, οὐδὲ πρὸς τὸν τυχόντα ἀντιστῆναι δυνησόμεθα πειρασμόν. Καὶ τί λέγω περὶ ἡμῶν τῶν εὐτελῶν καὶ ἀπερριμμένων; Κἂν γὰρ Παῦλός τις ᾖ καὶ Πέτρος, κἂν Ἰάκωβος, κἂν Ἰωάννης, τῆς ἄνωθεν βοηθείας ἀποστερηθεὶς ἐλέγχεται ῥᾳδίως καὶ ὑποσκελίζεται καὶ καταπίπτει. . . . Οὔτε γὰρ μόνον ἐν τοῖς ὑπὲρ δύναμιν κινδύνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς κατὰ δύναμιν τῆς ἄνωθεν δεόμεθα βοηθείας, εἰ μέλλοιμεν ἑστάναι γενναίως.

Illic quidem est integra gratia, in hominibus autem parum quid, et stilla ex illa gratia.

08 *Hom. in illud: Pater, si possibile est, etc.* 3. Cogita quale 1209
illud fuerit, audire et discere Deum ineffabilem, incorruptibilem, qui nec percipi potest nec videri nec comprehendi, . . . hunc qui mentem omnem exsuperat omnemque vincit cogitationem, praetermissis angelis, archangelis omnibusque caelestibus et spiritualibus
76 illis virtutibus, hominem fieri dignatum esse, carnemque de terra
80 et luto formatam assumere, et in virgineum uterum venire. . . .
73 Primum quidem prophetas ad ipsum annuntiandum praemisit.

15 *In paralyticum demissum per tectum.* 2. Noli paralyticum 1210
laude privare, nec illum nec alium hominem quemvis qui tentetur et patienter ferat. Quantumvis enim saepe philosophemur, quamvis omnium robustissimi simus ac validissimi, si Dei absit auxilium, ne mediocri quidem poterimus tentationi resistere. Sed quid ego de nobis vilibus et abiectis loquor? Licet Paulus sit aliquis aut Petrus, licet Iacobus aut Ioannes, subsidio caelesti privatus facile vincitur et supplantatur et concidit. . . . Neque tantum in periculis, quae vires nostras excedunt, sed in ipsis etiam quae non excedunt, caelesti auxilio indigemus, ut generose possimus obsistere.

1209. MG 51, 37. 1210. MG 51, 51.

1211 *De ferendis reprehensionibus.* 6. Ἀνάγκη καὶ βίᾳ οὐδένα προσάγεται ποτε ὁ Θεός, ἀλλὰ θέλει μὲν ἅπαντας σωθῆναι, οὐκ ἀναγκάζει δὲ οὐδένα, καθὼς καὶ Παῦλός φησιν· «Ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν» [1 Tim 2, 4]. Πῶς οὖν οὐχ ἅπαντες σῴζονται, εἰ θέλει πάντας σωθῆναι; Ἐπειδὴ οὐχ ἁπάντων τὸ θέλημα τῷ θελήματι αὐτοῦ ἕπεται, αὐτὸς δὲ οὐδένα βιάζεται. 137 125

1212 *In illud: Mulier alligata est legi, etc.,* sive *De libello repudii.* 1. Τίς οὖν ἐστιν ὁ νόμος ὃν ὁ Παῦλος ἡμῖν ἔθηκε; «Γυνή», φησί, «δέδεται νόμῳ» [1 Cor 7, 39]. Οὐκοῦν οὐ δεῖ ἀποσχίζεσθαι ζῶντος τοῦ ἀνδρός, οὐδὲ ἕτερον ἐπεισάγειν νυμφίον, οὐδὲ δευτέροις ὁμιλεῖν γάμοις. Καὶ ὅρα πῶς μετὰ ἀκριβείας καὶ αὐτῇ τῶν λέξεων τῇ φύσει κέχρηται. Οὐ γὰρ εἶπε· Συνοικείτω τῷ ἀνδρὶ ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ· ἀλλὰ τί; «Γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς»· ὥστε κἂν βιβλίον ἀποστασίου δῷ καὶ τὴν οἰκίαν ἀφῇ, κἂν πρὸς ἄλλον ἀπέλθῃ, τῷ νόμῳ δέδεται, καὶ μοιχαλίς ἐστιν ἡ τοιαύτη. . . . Μὴ γάρ μοι τοὺς παρὰ τοῖς ἔξωθεν κειμένους νόμους ἀναγνῷς, τοὺς κελεύοντας διδόναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀφίστασθαι. Οὐ γὰρ δὴ κατὰ τούτους σοι μέλλει κρίνειν τοὺς νόμους ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἀλλὰ καθ' οὓς αὐτὸς ἔθηκε. 572 579

In epistulam II ad Thessalonicenses homiliae, 400.

1213 Hom. 4, n. 2. «Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, στήκετε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου εἴτε δι' ἐπι- 78

1211 *De ferendis reprehensionibus.* 6. Necessitate ac vi neminem umquam adigit Deus, sed vult quidem omnes salvos fieri, nemini vero necessitatem inducit, quemadmodum et Paulus dicit: *Qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.* Quomodo igitur non omnes salvi fiunt, si vult omnes salvos fieri? Quia non omnium voluntas eius voluntatem sequitur, ille vero nemini vim infert. 137 125

1212 *In illud: Mulier alligata est legi, etc.,* sive *De libello repudii.* 1. Igitur, quaenam est lex illa, quam nobis Paulus posuit? *Mulier,* inquit, *alligata est legi.* Oportet igitur ut minime separetur, vivente viro, neque alium superinducat maritum, neque secundas nuptias adeat. Et vide quanta cum diligentia verborum usus sit proprietate. Non enim dixit: Cohabitet viro quoad vixerit; sed: *Mulier alligata est legi quanto tempore vixerit vir illius;* atque adeo etiamsi libellum repudii det, etiamsi domum relinquat, etiamsi ad alium abeat, legi adstricta adulteraque est. . . . Ne mihi leges ab exteris conditas legas, praecipientes dari libellum repudii, et divelli. Neque enim iuxta illas iudicaturus est te Deus in die illa, sed secundum eas quas ipse statuit. 572 579

1213 4, 2. *Itaque, fratres, state, et tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem sive per epistulam nostram.* Hinc est per- 78

1211. MG 51, 144. 1212. MG 51, 218. 1213. MG 62, 488; Fi 5, 476.

στολῆς ἡμῶν» [2 Thess 2, 15]. Ἐντεῦθεν δῆλον ὅτι οὐ πάντα δι' ἐπιστολῆς παρεδίδοσαν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἀγράφως· ὁμοίως δὲ κἀκεῖνα καὶ ταῦτά ἐστιν ἀξιόπιστα. Ὥστε καὶ τὴν παράδοσιν τῆς ἐκκλησίας ἀξιόπιστον ἡγώμεθα· παράδοσίς ἐστι, μηδὲν πλέον ζήτει.

In Actus apostolorum homiliae, 400/1.

553 Hom. 14, n. 3. Ὅρα πῶς οὐκ ἔστι περιττὸς ὁ συγγραφεύς 1214
562 [cf. Act 6, 6]· οὐ γὰρ λέγει πῶς, ἀλλ' ἁπλῶς ὅτι ἐχειροτονή-
561 θησαν διὰ προσευχῆς· τοῦτο γὰρ ἡ χειροτονία ἐστίν. Ἡ χεὶρ ἐπίκειται τοῦ ἀνδρός, τὸ δὲ πᾶν ὁ Θεὸς ἐργάζεται, καὶ ἡ αὐτοῦ χείρ ἐστιν ἡ ἁπτομένη τῆς κεφαλῆς τοῦ χειροτονουμένου, ἐὰν ὡς δεῖ χειροτονῆται.

476 18, 3. Καὶ διὰ τί οὐκ ἦσαν οὗτοι [Samaritani, Act 8, 16] 1215
λαβόντες Πνεῦμα Ἅγιον βαπτισθέντες; Ἤτοι τῷ μὴ δοῦναι
479 Φιλίππου τούτῳ τιμῶντος τάχα τοὺς ἀποστόλους· ἤτοι τῷ μὴ ἔχειν χάρισμα τοιοῦτον (τῶν ἑπτὰ γὰρ ἦν), ὅπερ καὶ μᾶλλόν ἐστιν εἰπεῖν. Ὅθεν μοι δοκεῖ οὗτος ὁ Φίλιππος τῶν ἑπτὰ εἶναι, ὁ Στεφάνου δεύτερος.

355 40, 2. Τὸ κεφάλαιον ἔχομεν τῶν ἀγαθῶν διὰ τοῦ βαπ- 1216
357 τίσματος· ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ἐλάβομεν, ἁγιασμόν, Πνεύματος
359 μετάληψιν, υἱοθεσίαν, ζωὴν αἰώνιον. Τί βούλεσθε πλέον;
238 Σημεῖα; Ἀλλὰ καταργεῖται. Πίστιν ἔχεις, ἐλπίδα, ἀγάπην, τὰ
274 μένοντα· ταῦτα ζήτει, ταῦτα σημείων μείζω. Οὐδὲν ἀγάπης ἴσον· «Μείζων πάντων ἡ ἀγάπη» [1 Cor 13, 13].

---

spicuum quod non omnia tradiderunt per epistulam, sed multa etiam sine scriptis, et ea quoque sunt fide digna. Quamobrem ecclesiae quoque traditionem censeamus esse fide dignam; est traditio, nihil quaeras amplius.

553 14, 3. Vide quam non superflue scriptor loquatur; non enim 1214
562 dicit quomodo, sed simpliciter quod ordinati sint per orationem;
561 hoc enim est ordinatio; manus viri superponitur, totum vero Deus operatur, eiusque manus est quae tangit caput ordinandi, si quemadmodum oportet ordinetur.

476 18, 3. Et cur hi baptizati [Samaritani, Act 8, 16] non acceperant 1215
Spiritum Sanctum? Vel quia Philippus dare ausus non erat, hunc
479 reservans apostolis honorem, sive quia hoc charisma non habebat (erat enim ex illis septem), id quod magis videtur dicendum; puto certe hunc Philippum ex septem illis esse, secundum a Stephano.

355 40, 2. Caput bonorum habemus per baptismum; peccatorum 1216
357 remissionem accepimus, sanctificationem, Spiritus participationem,
359 adoptionem, vitam aeternam. Quid amplius vultis? Signa? Sed
238 cessaverunt. Fidem habes, spem, caritatem, quae manent; haec
274 quaere; haec signis sunt maiora. Nihil par caritati: *Maior omnium est caritas.*

1214. MG 60, 116. 1215. MG 60, 144. 1216. MG 60, 285.

In epistulam ad Hebraeos homiliae, ca 402.

1217 Hom. 3, n. 2. Τοῦτο ἀγγέλων λειτουργία, τὸ διακονεῖν τῷ 209
Θεῷ εἰς σωτηρίαν ἡμετέραν. Ὥστε ἀγγελικὸν ἔργον τοῦτό ἐστι, τὸ πάντα ποιεῖν εἰς σωτηρίαν τῶν ἀδελφῶν· μᾶλλον δὲ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τὸ ἔργον ἐστίν· αὐτὸς μὲν γὰρ ὡς δεσπότης σῴζει, οὗτοι δὲ ὡς δοῦλοι.

1218 5, 1. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλη τις αἰτία τῆς οἰκονομίας ἢ μόνη 413
αὕτη· εἶδε γὰρ χαμαὶ ἐρριμμένους, ἀπολλυμένους, ὑπὸ τοῦ θανάτου τυραννουμένους, καὶ ἠλέησεν. «Εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι», φησί, «τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεύς» [Hebr 2, 17]. Τί ἐστι «πιστός»; Ἀληθής, δυνάμενος· ἀρχιερεὺς γάρ ἐστι μόνος πιστὸς ὁ Υἱός, δυνάμενος τούτους ὧν ἐστιν ἀρχιερεὺς ἀπαλλάξαι τῶν ἁμαρτημάτων.

1219 12, 3. Πάντα μὲν ἐπὶ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οὐχ οὕτως ὥστε τὸ 334
αὐτεξούσιον ἡμῶν βλάπτεσθαι. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τῷ Θεῷ, φησί, 329
τί ἡμᾶς αἰτιᾶται; Διὰ τοῦτο εἶπον· οὐχ οὕτως ὥστε τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν βλάπτεσθαι. Ἐφ' ἡμῖν ἐστι τοίνυν καὶ ἐπ' αὐτῷ· 314
δεῖ γὰρ ἡμᾶς πρῶτον ἐλέσθαι τὰ ἀγαθά, καὶ ὅτε ἐλώμεθα ἡμεῖς, τότε καὶ αὐτὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσάγει. Οὐ προφθάνει τὰς ἡμετέρας βουλήσεις, ἵνα μὴ λυμήνηται τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν· ὅταν δὲ ἡμεῖς ἐλώμεθα, τότε πολλὴν εἰσάγει τὴν βοήθειαν ἡμῖν. . . . Ἡμῶν γὰρ τὸ προελέσθαι καὶ βουληθῆναι, Θεοῦ δὲ τὸ ἀνύσαι καὶ εἰς τέλος ἀγαγεῖν. Ἐπεὶ οὖν ἐκείνου τὸ πλέον ἐστί, τὸ πᾶν ἐκείνου εἶναί φησι, κατὰ τὴν συνήθειαν τὴν ἀν-

---

1217 3, 2. Hoc est munus angelorum, ministrare Deo ad nostram 209
salutem. Quamobrem hoc est angeli opus, omnia facere ad fratrum salutem; immo vero est opus ipsius Christi; nam ipse quidem dat salutem ut dominus, ipsi autem tamquam servi.

1218 5, 1. Non est enim alia incarnationis causa nisi haec sola: 413
vidit nos humi abiectos, pereuntes, mortis tyrannide oppressos, et misertus est. *Ut repropitiaret,* inquit, *delicta populi, ut misericors fieret et fidelis pontifex.* Quid est: *fidelis*? Verus, potens; solus enim pontifex fidelis est Filius, potens eos, quorum est pontifex, liberare a peccatis.

1219 12, 3. In Dei quidem potestate sunt omnia, sed non ita, ut 334
nostrum liberum laedatur arbitrium. Si ergo, inquit, est in Dei 329
potestate, cur in nos confert culpam? Propterea dixi: ita ut non laedatur nostrum liberum arbitrium. Est ergo in nostra et in eius 314
potestate; oportet enim nos primum bona eligere, et cum elegerimus, tunc affert quae sua sunt. Non praevenit nostras voluntates, ne perdat nostrum liberum arbitrium; quando autem nos elegerimus, tunc nobis multum affert auxilium. . . . Nostrum quidem est praeeligere et velle, Dei autem est perficere et ad finem deducere. Quoniam ergo quod plus est est illius, totum illius esse dicit,

---

1217. MG 63, 30; Fi 7, 35. 1218. MG 63, 47; Fi 7, 64.
1219. MG 63, 99; Fi 7, 153.

308 θρωπίνην τοῦτο λέγων. . . . Κἂν τρέχῃς τοίνυν, κἂν σπουδάζῃς, φησί [cf. Rom 9, 16], μὴ νόμιζε σὸν εἶναι τὸ κατόρθωμα· ἂν γὰρ μὴ τῆς ἄνωθεν τύχῃς ῥοπῆς, πάντα εἰκῇ. Πλὴν ὅτι τεύξῃ τοῦ σπουδαζομένου μετὰ τῆς ἐκεῖθεν συμμαχίας, εὔδηλόν ἐστιν· ἀλλ' ἂν τρέχῃς καὶ σύ, ἂν θέλῃς.

310 16, 4. Οὐκ ἔστι γὰρ εἰπεῖν· Οὐ δύναμαι· τοῦτο γὰρ κατη- 1220
γορῆσαί ἐστι τοῦ δημιουργοῦ· εἰ γὰρ ἀδυνάτους ἡμᾶς ἐποίησεν,
346 εἶτα ἐπιτάττει, κατηγορία αὐτοῦ ἐστι. Πῶς οὖν, φησί, πολλοὶ οὐ δύνανται; Ὅτι οὐ θέλουσιν. Πόθεν δὲ οὐ θέλουσιν; Ἀπὸ
329 ῥᾳθυμίας· ὥστε εἰ θελήσουσι, πάντως δυνήσονται. . . . Ἔχομεν
332 γὰρ συνεργοῦντα καὶ συμπράττοντα τὸν Θεόν· μόνον ἐλώμεθα, μόνον ὡς ἔργῳ προσενεχθῶμεν τῷ πράγματι, μόνον μεριμνήσωμεν, μόνον εἰς νοῦν βαλώμεθα, καὶ πάντα ἕπεται.

416 17, 2. «Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθείς» [Hebr 9, 28]. 1221
418 Ὑπὸ τίνος προσενεχθείς; Ὑφ' ἑαυτοῦ δηλονότι. Ἐνταῦθα οὐδὲ ἱερέα δείκνυσιν αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ θῦμα καὶ ἱερεῖον. Εἶτα προστίθησι τὴν αἰτίαν τοῦ ‚προσενεχθείς'· «Ἅπαξ», φησί, «προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας» [ib.]. Διὰ
422 τί δὲ ‚πολλῶν' εἶπε καὶ μὴ ‚πάντων'; Ἐπειδὴ μὴ πάντες ἐπίστευσαν. Ὑπὲρ ἁπάντων μὲν γὰρ ἀπέθανεν, εἰς τὸ σῶσαι πάντας, τὸ αὐτοῦ μέρος· ἀντίρροπος γὰρ ἦν ὁ θάνατος ἐκεῖνος τῆς πάντων ἀπωλείας· οὐ πάντων δὲ τὰς ἁμαρτίας ἀνήνεγκε,
413 διὰ τὸ μὴ θελῆσαι αὐτούς. . . . Ἰδοὺ ἀνήνεγκε τὰ ἁμαρτήματα·

---

308 loquens convenienter humanae consuetudini. . . . Etiamsi curras, etiamsi studium adhibeas, ne tuum existimes, si quid recte gestum est. Nisi enim caelesti auxilio potiaris, omnia frustra sunt. Sed est perspicuum fore ut illo auxiliante assequaris id, in quo ponis studium, si tamen tu quoque curras et velis.

310 16, 4. Non licet dicere: Non possum; id enim est accusare 1220
creatorem. Nam si nos fecit imbecilles et iubeat, ipsius est accu-
346 satio. Quomodo ergo, inquit, multi non possunt? Quia nolunt. Quomodo non volunt? Prae desidia; nam si voluerint, poterunt
329 omnino. . . . Habemus enim Deum cooperantem et nobiscum
332 agentem; solum eligamus, solum ad rem tamquam ad opus accedamus, solum simus solliciti, solum mentem adhibeamus, et omnia sequuntur.

416 17, 2. *Sic et Christus semel oblatus est.* A quo oblatus? A se 1221
418 ipso. Hic non solum eum dicit sacerdotem, sed et hostiam et sacrificium. Deinde causam affert cur sit oblatus: *Semel,* inquit,
422 *oblatus ad multorum exhaurienda peccata.* Cur multorum et non omnium? Quoniam non omnes crediderunt. Pro omnibus quidem mortuus est, ut omnes servaret, quantum ad ipsum attinet; mors enim illa ex aequo respondebat omnium interitui; non autem ex-
413 hausit et sustulit omnium peccata, quia ipsi noluerunt. . . . Peccata

---

1220. MG 63, 127; Fi 7, 201.
1221. MG 63, 129; Fi 7, 205.

ἦρεν αὐτὰ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ ἀνήνεγκε τῷ Πατρί, οὐχ ἵνα τι ὁρίσῃ κατ' αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα αὐτὰ ἀφῇ.

1222 17, 3. Τί οὖν, ἡμεῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν οὐ προσφέρομεν; 512
Προσφέρομεν μέν, ἀλλ' ἀνάμνησιν ποιούμενοι τοῦ θανάτου 513
αὐτοῦ· καὶ μία ἐστὶν αὕτη, καὶ οὐ πολλαί. Πῶς μία, καὶ οὐ πολλαί; Ἐπειδὴ ἅπαξ προσηνέχθη, ὥσπερ ἐκείνη ἡ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. Τοῦτο ἐκείνης τύπος ἐστί, καὶ αὕτη ἐκείνης· τὸν 514
γὰρ αὐτὸν ἀεὶ προσφέρομεν, οὐ νῦν μὲν ἕτερον πρόβατον, 517
αὔριον δὲ ἕτερον, ἀλλ' ἀεὶ τὸ αὐτό· ὥστε μία ἐστὶν ἡ θυσία. Ἐπεὶ τῷ λόγῳ τούτῳ, ἐπειδὴ πολλαχοῦ προσφέρεται, καὶ πολλοὶ Χριστοί; Ἀλλ' οὐδαμῶς, ἀλλ' εἷς πανταχοῦ ὁ Χριστός, 492
καὶ ἐνταῦθα πλήρης ὤν, καὶ ἐκεῖ πλήρης, ἓν σῶμα. Ὥσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμά ἐστι, καὶ οὐ πολλὰ σώματα, οὕτω καὶ μία θυσία.

1223 21, 2. «Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, 256
ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ 263
πρεσβύτεροι» [Hebr 11, 1 sq]. Βαβαί, οἵᾳ λέξει ἐχρήσατο εἰπών· «ἔλεγχος οὐ βλεπομένων»· ἔλεγχος γὰρ λέγεται ἐπὶ τῶν λίαν δήλων. Ἡ πίστις τοίνυν ἐστὶν ὄψις τῶν ἀδήλων, φησί, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τοῖς ὁρωμένοις φέρει πληροφορίαν τὰ μὴ ὁρώμενα. Οὔτε οὖν ἐν τοῖς ὁρωμένοις ἀπιστῆσαι ἔστιν, οὔτε πάλιν, εἰ μὴ τῶν ὁρωμένων σαφέστερον περὶ τῶν ἀοράτων πεπληροφόρηταί τις, πίστις εἶναι δύναται. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν ἐλπίδι ἀνυπόστατα

---

abstulit ab hominibus et Patri obtulit, non ut aliquid adversus ipsos statueret, sed ut ipsa remitteret.

1222 17, 3. Quid vero, annon nos cotidie offerimus? Offerimus 512
quidem, sed eius mortem revocamus in memoriam, et ipsa una 513
est, non multae. Quomodo una est, non multae? Quoniam semel fuit oblata, sicut illa fuit in sancta sanctorum. Hoc est figura 514
illius et ipsa istius; eumdem enim semper offerimus, non nunc 517
aliam, cras aliam ovem, sed semper eamdem. Quamobrem unum est sacrificium propter hanc rationem; alioquin hac ratione, quoniam multis in locis offertur, multine sunt Christi? Nequaquam, sed 492
unus ubique Christus, qui et hic est plenus, et illic est plenus, unum corpus. Ut ergo multis in locis oblatus unum est corpus et non multa corpora, ita etiam unum est sacrificium.

1223 21, 2. *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argu-* 256
mentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti 263
sunt senes. Papae! quali dictione usus est, dicens: *argumentum non apparentium;* argumentum enim solet dici de iis quae sunt valde manifesta. Fides ergo, inquit, est visio eorum quae non sunt manifesta; et ea quae non videntur, deducunt ad eamdem certam persuasionem, ad quam quae videntur. Neque ergo in iis quae videntur licet fidem non habere; atque rursus, si cui de invisibilibus non apertius fuerit persuasum quam de visibilibus, non potest esse fides. Nam, quoniam quae sunt in spe non videntur

1222. MG 63, 131; Fi 7, 208. 1223. MG 63, 150; Fi 7, 242.

εἶναι δοκεῖ, ἡ πίστις ὑπόστασιν αὐτοῖς χαρίζεται· μᾶλλον δὲ οὐ χαρίζεται, ἀλλ' αὐτό ἐστιν οὐσία αὐτῶν· οἷον ἡ ἀνάστασις οὐ παραγέγονεν, οὐδέ ἐστιν ἐν ὑποστάσει, ἀλλ' ἡ ἐλπὶς ὑφίστησιν αὐτὴν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ. Τοῦτό ἐστιν ὑπόστασις πραγμάτων ἐλπιζομένων. Εἰ τοίνυν ἔλεγχός ἐστιν οὐ βλεπομένων, τί δὴ βούλεσθε αὐτὰ ἰδεῖν, ἵνα ἐκπέσητε τῆς πίστεως καὶ τοῦ δίκαιοι εἶναι, εἴ γε «ἐκ πίστεως ὁ δίκαιος ζήσεται» [Hebr 2, 4]; Ὑμεῖς δὲ εἰ βούλεσθε αὐτὰ ἰδεῖν, οὐκέτι ἐστὲ πιστοί.

403 28, 2. Ἐξῆν αὐτῷ [τῷ Χριστῷ] μηδὲν παθεῖν, εἴπερ ἐβούλετο. 1224
398 «Οὐδὲ γὰρ ἁμαρτίαν ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ» [Is 53, 9; 1 Petr 2, 22]· καθὼς καὶ αὐτός φησιν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· «Ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἐμοὶ οὐδέν» [Io 14, 30]. Προῦκειτο τοίνυν αὐτῷ, εἴπερ ἐβούλετο, μὴ ἐλθεῖν εἰς τὸν σταυρόν· «Ἐξουσίαν γὰρ ἔχω», φησί, «θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν» [Io 10, 18]. Εἰ τοίνυν ὁ μηδεμίαν ἔχων ἀνάγκην τοῦ σταυρωθῆναι ἐσταυρώθη ἡμῶν ἕνεκεν, πόσῳ μᾶλλον ἡμᾶς δίκαιον πάντα γενναίως ὑπομένειν;

[Homiliae ineditae.][1]

536 *Quod frequenter sit conveniendum.* 2. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ 1225
ἥμαρτες, αἰσχυνθῇς παραγενέσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἀπάντησον. Οὐδεὶς γὰρ λέγει· Ἐπειδὴ ἕλκος ἔχω, οὐκ ἐπιζητῶ τὸν ἰατρόν, ἀλλ' οὐδὲ καταδέχομαι φάρμακον· ἀλλὰ

---

posse subsistere, fides iis donat substantiam; vel potius non donat, sed hoc ipsum est eorum essentia: ut, exempli causa, non advenit resurrectio, necdum est in substantia, sed spes facit ut subsistat in nostra anima. Hoc est substantia rerum quae sperantur. Si est ergo argumentum invisibilium, quid ea vultis videre, ut a fide excidatis et a iustitia, siquidem *iustus ex fide vivet*? Vos autem, si ea vultis videre, non estis amplius fideles.

403 28, 2. Licebat [Christo] nihil pati, si voluisset. *Neque* enim 1224
398 *peccatum fecit, neque inventus est dolus in ore eius,* sicut ipse quoque dicit in evangeliis: *Venit mundi princeps et in me non habet quidquam.* Poterat ergo, si voluisset, non venire ad crucem; *Potestatem enim,* inquit, *habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo rursus recipiendi illam.* Si ergo, qui minime necesse habebat crucifigi, propter nos fuit crucifixus, quanto magis par est ut nos omnia fortiter feramus?

536 *Quod frequenter sit conveniendum.* 2. Ne igitur, quia peccasti, 1225
te pudeat accedere; immo ob hoc ipsum accede. Nemo enim dicit: Quia ulcus habeo, medicum non accerso, neque pharmacum accipio;

---

[1] Ita apud Migne.
1224. MG 63, 194; Fi 7, 314. 1225. MG 63, 463.

δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα καὶ τοὺς ἰατρεύοντας καὶ τῶν φαρμάκων τὴν δύναμιν ἐπιζητεῖν ἀναγκαῖον. Ἴσμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς συγγινώσκειν, ἅτε καὶ αὐτοὶ ἑτέροις ἁμαρτήμασιν ὄντες ὑπεύθυνοι.

1226 *Adv. Catharos.* 2. Ὑμᾶς δὲ παρακαλῶ . . . πειρᾶσθαι μετὰ 531
σπουδῆς ἁπάσης τά τε ὄντα ἁμαρτήματα ἀποσμήχειν, τά τε προσιόντα ἀποκρούεσθαι. Κἂν γὰρ μυρία ἡμᾶς περιστοιχίζηται κακά, ἐὰν σωφρονῶμεν καὶ ἐγρηγορότες ὦμεν, δυνησόμεθα πολλῆς ἀπολογίας τυχεῖν, πολλῆς τῆς συγγνώμης, καὶ ἀπονίψασθαι τὰ πεπλημμελημένα. Καὶ πῶς ἔσται τοῦτο ἄκουσον· 548
ἂν εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντῶμεν, ἂν στενάζωμεν ἐπὶ τοῖς πεπλημμεληκόσι, ἂν ὁμολογῶμεν τὰ ἡμαρτημένα, ἂν ἐλεημοσύνας ποιῶμεν, ἂν εὐχὰς ἐπιδεικνύμεθα, ἂν ἀδικουμένοις βοηθῶμεν, ἂν τοῖς ἐχθροῖς τὰ ἁμαρτήματα συγχωρῶμεν, ἂν δακρύωμεν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτηκόσι· ταῦτα γὰρ ἅπαντα φάρμακα τῶν ἁμαρτημάτων ἐστί.

[?] Epistula ad Caesarium monachum.

1227 Deus et homo Christus: Deus propter impassibilitatem, homo 385
propter passionem; unus Filius, unus Dominus, idem ipse 400
procul dubio unitarum naturarum unam dominationem, unam potestatem possidens, etiamsi non consubstantiales exsistunt, et unaquaeque incommixtam proprietatis conservat agnitionem, 388
propter hoc quod inconfusa sunt duo. Sicut enim antequam 489
sanctificetur panis, panem nominamus, divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem 499
ab appellatione panis, dignus autem habitus dominici corporis appellatione, etiamsi natura panis in ipso permansit, et non duo corpora, sed unum corpus Filii praedicamus; sic et hic, divina ἐνιδρυσάσης, id est, insidente corpori natura, unum Filium, unam personam utraque haec fecerunt.

---

immo ob hoc ipsum maxime et medici advocandi sunt et pharmacorum vim requirere opus est. Scimus etiam nos ignoscere, quia et ipsi aliis peccatis sumus obnoxii.

1226 *Adv. Catharos.* 2. Vos rogo . . . ut cum omni studio curetis 531
admissa peccata abluere et accedentia propellere. Etiamsi enim innumera nos circumdant mala, si sapiamus et vigiles simus, poterimus et excusationem multam et veniam consequi, atque delicta abluere. Et quomodo id eventurum sit audi: si in ecclesiam 548
nos conferamus, si de peccatis nostris ingemiscamus, si ipsa peccata confiteamur, si eleemosynas erogemus, si preces emittamus, si iniuria affectos iuvemus, si inimicis peccata condonemus, si ob delicta lacrimas emittamus: haec quippe omnia sunt peccatorum pharmaca.

1226. MG 63, 492. 1227. MG 52, 758.

Fragmenta.

475 *Ex homilia ad Neophytos,* apud *Aug.* C. Iul. 1, 6, 21. Ecce 1228
libertatis serenitate perfruuntur qui tenebantur paulo ante
captivi, et cives ecclesiae sunt qui fuerunt in peregrinationis
errore, et iustitiae in sorte versantur qui fuerunt in confusione
peccati. Non enim tantum sunt liberi sed et sancti, non
359 tantum sancti sed et iusti, non solum iusti sed et filii, non
360 solum filii sed et heredes, non solum heredes sed et fratres
Christi, nec tantum fratres Christi sed et coheredes, non
solum coheredes sed et membra, non tantum membra sed
et templum, non tantum templum sed et organa Spiritus.
354 Vides quot sunt baptismatis largitates, et nonnulli deputant
caelestem gratiam in peccatorum tantum remissione consistere;
474 nos autem honores computavimus decem. Hac de causa etiam
infantes baptizamus, cum non sint coinquinati peccato, ut iis
addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hereditas, fraternitas Christi,
ut eius membra sint.

302 De quibus ait Augustinus ib. 1, 6, 22: Vides certe non ab eo
dictum esse «parvulos non coinquinatos esse peccato», sive
«peccatis», sed «non habere peccata»: intellege propria, et
nulla contentio est. At, inquies, cur non ipse addidit «propria»?
83 Cur, putamus, nisi quia disputans in catholica ecclesia non
se aliter intellegi arbitrabatur, tali quaestione nullius pulsa-
batur, vobis nondum litigantibus securius loquebatur?

302 *Ex eadem homilia,* apud *Aug.* C. Iul. 1, 6, 26. «Ἔρχεται 1229
ἅπαξ ὁ Χριστός, εὗρεν ἡμῶν χειρόγραφον πατρῷον, ὅ τι
ἔγραφεν ὁ Ἀδάμ. Ἐκεῖνος τὴν ἀρχὴν εἰσήγαγεν τοῦ χρείους,
ἡμεῖς τὸν δανεισμὸν ηὐξήσαμεν ταῖς μεταγενεστέραις ἁμαρτίαις.»
Quae verbum e verbo interpretata sic se habent: «Venit
semel Christus, invenit nostrum chirographum paternum, quod
scripsit Adam. Ille initium induxit debiti, nos foenus auximus
posterioribus peccatis.» Numquid contentus fuit dicere: «pa-
ternum chirographum», nisi adderet: «nostrum»? Ut sciremus,
antequam foenus peccatis nostris posterioribus augeremus, iam
illius chirographi paterni ad nos debitum pertinere.

529 Fragm. apud *Photium,* Biblioth. Cod. 59 [Inter crimina obiecta 1230
in synodo «ad Quercum» contra Chrysostomum]. Ἔκτον, ὅτι
ἄδειαν παρέχει τοῖς ἁμαρτάνουσι, διδάσκων· Ἐὰν πάλιν ἁμάρτῃς,
πάλιν μετανόησον, καὶ ὁσάκις ἂν ἁμάρτῃς, ἐλθὲ πρός με, καὶ
ἐγώ σε θεραπεύσω.

---

529 Sextum, quod licentiam peccantibus praebeat, sic docens: Si 1230
iterum peccasti, te paeniteat iterum; et quoties peccaveris, veni ad
me, ego te sanabo.

1228. ML 44, 654. 1229. ML 44, 658. 1230. MG 103, 112.

CONSTITUTIONES APOSTOLORUM, ca 400.

1231 I.. 3, c. 16, n. 1. Προχείρισαι δὲ [ὦ ἐπίσκοπε] καὶ διάκονον 560
πιστὴν καὶ ἁγίαν εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὑπερεσίας. Ἔστι γὰρ
ὁπότων ἔν τισιν οἰκίαις ἄνδρα διάκονον γυναῖξὶν οὐ δύνασαι
πέμπειν διὰ τοὺς ἀπίστους· ἀποστελεῖς οὖν γυναῖκα διάκονον
διὰ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. 2. Καὶ γὰρ εἰς πολλὰς χρείας
γυναικὸς χρήζομεν διακόνου. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτί-
ζεσθαι γυναῖκας ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον 557
αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μετ' αὐτὸν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς·
οὐ γὰρ ἀνάγκη τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν κατοπτεύεσθαι.

1232 5, 7, 19. Μὴ ὄντα τὸν ἄνθρωπον ἐκ διαφόρων ἐποίησεν, 225
δοὺς αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, νῦν δὲ ταῖς οὔσαις 222
ψυχαῖς τὰ διαλυθέντα σώματα ἀποτίσει. Κειμένων γάρ ἐστιν 598
ἡ ἀνάστασις, οὐχὶ δὲ μὴ ὑπαρχόντων. 20. Ὁ οὖν τὰ πρῶτα
σώματα ἐκ μὴ ὄντων ποιήσας καὶ ἐξ αὐτῶν διάφορα δημιουρ-
γήσας, οὗτος καὶ τοὺς θανόντας ζωοποιήσας ἀναστήσει. Ὁ
γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἐκ μικροῦ σπέρματος μορφῶν
καὶ ψυχὴν αὐτῷ οὐκ οὖσαν ἐνδημιουργῶν . . . αὐτὸς καὶ πάντας 599
ἀνθρώπους ἀναστήσει αὐτοῦ ὄντας ποιήματα.

1233 7, 22, 2. Χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ ἁγίῳ, ἔπειτα βαπτίσεις 476
ὕδατι, καὶ τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ, ἵνα τὸ μὲν χρῖσμα 445
μετοχὴ ᾖ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, τὸ δὲ ὕδωρ σύμβολον τοῦ
θανάτου, τὸ δὲ μύρον σφραγὶς τῶν συνθηκῶν.

1231 3, 16, 1. Elige [episcope] diaconissam fidelem et sanctam, ad 560
mulierum ministeria. Fit enim nonnumquam ut in quibusdam
domibus virum diaconum ad mulieres non possis mittere propter
infideles; destinabis igitur mulierem diaconissam ob improborum
cogitationes. 2. Diaconissa siquidem femina ad multos usus in-
digemus: ac in primis quidem, cum baptizantur mulieres, diaconus
tantum earum frontem unget oleo sancto, et postea diaconissa eas 557
illinet; non enim oportet ut feminae aspiciantur a viris.

1232 5, 7, 19. Hominem qui non erat, ex diversis in hominem con- 225
stituit, data ei ex nihilo anima; nunc vero restituet exsistentibus 222
animabus corpora dissoluta. Nam resurrectio eorum est quae 598
iacent, non autem eorum quae non sunt. 20. Itaque qui prima
corpora ex nihilo effecit et ex ipsis varia condidit, hic etiam
defunctos, vita reddita, suscitabit. Et qui in utero hominem ex
semine exiguo format, et animam ex non ente creans ipsi indit . . .
idem et omnes homines ad vitam revocabit, utpote quos fecit. 599

1233 7, 22, 2. Unges autem prius oleo sancto; deinde baptizabis 476
aqua, et tandem signabis unguento, ut oleum quidem sit parti- 445
cipatio Spiritus Sancti, aqua vero symbolum mortis, unguentum
autem sigillum pactionum.

1231. F (= Funk) 1, 209; MG 1, 796.
1232. F 1, 259; MG 1, 849. 1233. F 1, 406; MG 1, 1012.

521 8, 5, 7. [Ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας ἐπισκόπων.] Δὸς αὐτῷ, 1234
563 δέσποτα παντοκράτορ, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου τὴν μετουσίαν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, ὥστε ἔχειν ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας κατὰ τὴν ἐντολήν σου, διδόναι κλήρους κατὰ τὸ πρόσταγμά σου, λύειν δὲ πάντα σύνδεσμον κατὰ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔδωκας τοῖς ἀποστόλοις.

564 8, 27, 2. Ἐπίσκοπος ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων χειροτο- 1235
νείσθω· ἐὰν δέ τις ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῇ ἐπισκόπου, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτόν. 3. Ἐὰν δὲ ἀνάγκη καταλάβῃ ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῆναι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πλείονας παραγενέσθαι, διωγμοῦ ὄντος ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ψήφισμα κομιζέτω τῆς ἐπιτροπῆς πλειόνων ἐπισκόπων.

555 8, 28, 2. Ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· χειροθετεῖ, 1236
556 χειροτονεῖ, προσφέρει· εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει,
439 παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς. Ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα
563 κληρικὸν ἄξιον ὄντα καθαιρέσεως πλὴν ἐπισκόπου· μόνος γὰρ
567 οὐχ οἷός τε. 3. Πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται, εὐλογίας δέχεται παρὰ ἐπισκόπου καὶ συμπρεσβυτέρου, ὡσαύτως ἐπιδίδωσιν συμπρεσβυτέρῳ· χειροθετεῖ, οὐ χειροτονεῖ, οὐ καθαιρεῖ, ἀφορίζει δὲ τοὺς ὑποβεβηκότας, ἐὰν ὦσιν ὑπεύθυνοι τῇ τοιαύτῃ
557 τιμωρίᾳ. 4. Διάκονος οὐκ εὐλογεῖ· οὐ δίδωσιν εὐλογίαν, λαμβά-
467 νει δὲ παρὰ ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου· οὐ βαπτίζει, οὐ προσ-
500 φέρει· τοῦ δὲ ἐπισκόπου προσενεγκόντος ἢ τοῦ πρεσβυτέρου,

---

521 8, 5, 7. [Invocatio in ordinatione episcoporum.] Da illi, Domine omni- 1234
563 potens, per Christum tuum participationem Sancti Spiritus, ut habeat potestatem remittendi peccata secundum mandatum tuum, dandi ordines iuxta praeceptum tuum, et solvendi omne vinculum secundum potestatem quam tribuisti apostolis.

564 8, 27, 2. Episcopus a tribus vel duobus episcopis ordinetur. 1235
Si quis autem ordinatus fuerit ab uno episcopo, deponatur et ipse et is qui ordinavit eum. 3. Quodsi necessitas incidens coegerit ab uno ordinari, eo quod propter persecutionem aut aliam similem causam plures interesse non possint, afferat auctoritatem mandati plurium episcoporum.

555 8, 28, 2. Episcopus benedicit, non benedicitur; manus imponit, 1236
556 ordinat, offert; benedictionem ab episcopis accipit, a presbyteris
439 vero nequaquam; episcopus deponit omnem clericum dignum qui
563 deponatur, excepto episcopo; hoc enim solus non potest. 3. Presby-
567 ter benedicit, non benedicitur; benedictionem recipit ab episcopo et compresbytero, eamque pariter compresbytero dat; manus imponit, non ordinat; non deponit, excommunicat autem inferiores,
557 si eam poenam mereantur. 4. Diaconus non benedicit, non dat
467 benedictionem, accipit vero ab episcopo et presbytero; non baptizat,
500 non offert; ipse vero, cum episcopus aut presbyter obtulit, dat

---

1234. F 1, 476; MG 1, 1073. 1235. F 1, 530; MG 1, 1124.
1236. F 1, 530; MG 1, 1124.

αὐτὸς ἐπιδίδωσιν τῷ λαῷ, οὐχ ὡς ἱερεύς, ἀλλ' ὡς διακονούμενος ἱερεῦσιν. 5. Τῶν δὲ ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ διακόνου ἔρτον ποιῆσαι οὐδενὶ ἐξόν. 6. Διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ, 560
ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι ἢ οἱ διάκονοι ἐπιτελεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦ φυλάττειν τὰς θύρας καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας διὰ τὸ εὐπρεπές. 7. Διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον, ἀναγνώστην, 558
ψάλτην, διακόνισσαν, ἐὰν ἢ τι τοιοῦτον μὴ παρόντος πρεσβυτέρου. 8. Ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι, οὔτε μὴν ἀναγνώστῃ οὔτε ψάλτῃ οὔτε διακονίσσῃ, οὐ κληρικόν, οὐ λαϊκόν· 554
ὑπηρέται γάρ εἰσιν διακόνων.

CANONES APOSTOLORUM, ca 400.

1237 1. Ἐπίσκοπος τοίνυν ὑπὸ ἐπισκόπων χειροτονείσθω δύο ἢ 564
τριῶν, πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου, καὶ διάκονος καὶ οἱ 563
λοιποὶ κληρικοί.

1238 39. Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπι- 556
σκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν Κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος.

1239 85[1]. [Μωσέως πέντε (Γέν., Ἔξ., Λευ., Ἀρ., Δευτ.), Ἰησοῦς 74
Ναυή, Κριτ., Ῥούθ, Βασιλείων τέσσαρα, Παραλ. δύο, Ἔσδρα δύο, Ἐσθ., Ἰουδίθ, Μακκ. τρία, Ἰώβ, Ψαλμ., Σολομῶντος τρία (Παροιμ., Ἐκκλ., Ἆισμα ᾀσμ.), Προφῆται δέκα ἕξ, Σοφία Σιράχ.

---

populo, non tamquam sacerdos sed tamquam ministrans sacerdotibus. 5. Nulli autem ex reliquis clericis licet opus diaconi facere. 6. Diaconissa non benedicit, sed nec peragit quidquam 560
eorum, quae presbyteri aut diaconi faciunt; tantummodo ianuas custodit, et presbyteris, quando baptizantur mulieres, ministrat, propter decorum. 7. Diaconus excommunicat subdiaconum, lectorem, cantorem, diaconissam, si absente presbytero res id postulet. 558 559
8. Subdiacono non licet excommunicare, neque lectori neque cantori neque diaconissae, non clericum, non laicum; ministri enim sunt diaconorum. 554

1237 1. Episcopus igitur ab episcopis ordinetur duobus vel tribus, presbyter ab uno episcopo, ac diaconus et reliqui clerici. 564 563

1238 39. Presbyteri et diaconi absque sententia episcopi nihil peragant; ipse enim est, cui commissus est populus Domini et a quo de animabus eorum ratio poscetur. 556

1239 85. [Canon scripturarum. — Veteris testamenti: Moysis V (Gen., Ex., Lev., Num., Deut.), Iesu Nave, Iud., Ruth, Regnorum IV, Derelictorum ex libro dierum II, Esdrae II, Hester, Iudith, Mach. III, Iob, Ps., Salomonis III (Prov., Eccl., Cant. cant.), Prophetarum XVI, 74

[1] Vide p. 177, not. 1.

1237. F 1, 564. 1238. F 1, 576. 1239. F 1, 590.

75 Εὐαγγ. τέσσαρα (Μτ., Μκ., Λκ., Ἰω.), Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, Ἰακ., Ἰω. τρεῖς, Ἰούδα, Πέτρου δύο], Κλήμεντος δύο, καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά· καὶ αἱ Πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

SACRAMENTARIUM SERAPIONIS, saec. IV.

13. Anaphora seu Oratio oblationis eucharisticae, v. K 476 sqq.

476 25. Εὐχὴ εἰς τὸ χρῖσμα ἐν ᾧ χρίονται οἱ βαπτι- 1240
477 σθέντες. 1. Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ βοηθὸς πάσης ψυχῆς ἐπιστρεφούσης ἐπί σε καὶ γενομένης ὑπὸ τὴν κραταιάν σου χεῖρα τοῦ Μονογενοῦς, ἐπικαλούμεθά σε, ὥστε διὰ τῆς θείας καὶ ἀοράτου σου δυνάμεως τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνεργῆσαι ἐν τῷ χρίσματι τούτῳ ἐνέργειαν θείαν καὶ οὐράνιον, 2. ἵνα οἱ βαπτισθέντες καὶ χριόμενοι ἐν αὐτῷ τὸ ἐκτύπωμα τοῦ σημείου τοῦ σωτηριώδους σταυροῦ τοῦ Μονο-
475 γενοῦς, δι' οὗ σταυροῦ διετράπη καὶ ἐθριαμβεύθη Σατανᾶς
482 καὶ πᾶσα δύναμις ἀντικειμένη, ὡς ἀναγεννηθέντες καὶ ἀνανεω-
445 θέντες διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας καὶ οὗτοι μέτοχοι γένωνται τῆς δωρεᾶς τοῦ Ἁγίου Πνεύματος καὶ ἀσφαλισθέντες τῇ σφραγῖδι ταύτῃ διαμείνωσιν «ἑδραῖοι καὶ ἀμετακίνητοι» [1 Cor 15, 58], ἀβλαβεῖς καὶ ἄσυλοι. . . .

552 29. Εὐχὴ εἰς ἔλαιον νοσούντων ἢ εἰς ἄρτον ἢ 1241
εἰς ὕδωρ. 1. Ἐπικαλούμεθά σε τὸν ἔχοντα πᾶσαν ἐξουσίαν

---

75 Sapientia Sirach. — Novi testamenti: Evangelia IV (Mt., Mc., Lc., Io.), Pauli epistulae XIV, Iac., Ioannis III, Iud., Petri II], Clementis epistulae II, et praeceptiones quae vobis episcopis per me Clementem in libris VIII nuncupatae sunt, quas omnibus publicare non oportet ob quaedam arcana quae in se continent; et Actus nostri apostolorum.

476 25. *Oratio in oleum quo unguntur baptizati.* 1. Deus virtutum, 1240
477 auxiliator omnis animae, quae se ad te convertit, ac fit sub potenti manu tua Unigeniti, invocamus te, ut per divinam et invisibilem virtutem tuam domini et salvatoris nostri Iesu Christi opereris in hoc oleo operationem divinam ac caelestem, 2. ut baptizati et uncti in eo effigie signi salutaris crucis Unigeniti, per quam crucem depulsus et triumphatus est Satanas et omnis potestas
475 adversaria, tamquam regenerati ac renovati per lavacrum re-
482 generationis, ipsi quoque participes fiant doni Spiritus Sancti et
445 hoc sigillo confirmati permaneant *stabiles et immobiles,* innocui et inviolati. . . .

552 29. *Oratio in oleum aegrotorum vel in panem vel in aquam.* 1241
1. Invocamus te, qui habes omnem potestatem et virtutem, salva-

---

1240. F 2, 186. 1241. F 2, 190.

καὶ δύναμιν, τὸν σωτῆρα πάντων ἀνθρώπων, Πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δεόμεθα, ὥστε ἐκπέμψαι δύναμιν ἰατικὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν τοῦ Μονογενοῦς ἐπὶ τὸ ἔλαιον τοῦτο, ἵνα γένηται τοῖς χριομένοις ἢ μεταλαμβάνουσιν τῶν κτισμάτων σου τούτων εἰς ἀποβολὴν «πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας» [Μι 4, 23; 9, 35; 10, 1], εἰς ἀλεξιφάρμακον παντὸς δαιμονίου, εἰς ἐκχωρισμὸν παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, εἰς ἀφορισμὸν παντὸς πνεύματος πονηροῦ, εἰς ἐκδιωγμὸν παντὸς πυρετοῦ καὶ ῥίγους καὶ πάσης ἀσθενείας, εἰς χάριν ἀγαθὴν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων, εἰς φάρμακον ζωῆς καὶ σωτηρίας, εἰς ὑγείαν καὶ ὁλοκληρίαν ψυχῆς σώματος πνεύματος, εἰς ῥῶσιν τελείαν.

S. OPTATUS MILEVITANUS, floruit ca 370.

Contra Parmenianum Donatistam, ca 370.

1242 2, 2. Negare non potes scire te in urbe Roma Petro primo 56
cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium 50
apostolorum caput Petrus, unde et Cephas est appellatus, in
qua una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne ceteri 58
apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut iam schismaticus 40
et peccator esset qui contra singularem cathedram alteram
collocaret. 3. Ergo cathedram unicam, quae est prima de 52
dotibus, sedit prior Petrus. . . . Vestrae cathedrae vos originem
reddite, qui vobis vultis sanctam ecclesiam vindicare.

S. PACIANUS, † ca 390.

Epistulae.

1243 Ep. 1, c. 4. Christianus mihi nomen est, catholicus vero 51
cognomen; illud me nuncupat, istud ostendit; hoc probor,
inde significor. . . . Quare ab haeretico nomine noster populus
hac appellatione dividitur, cum catholicus nuncupatur.

---

torem omnium hominum, Patrem domini nostri et salvatoris Iesu Christi, et oramus, ut emittas vim sanationis e caelis Unigeniti super hoc oleum, ut iis, qui his tuis creaturis unguntur vel eas percipiunt, fiat in depulsionem *omnis languoris et omnis infirmitatis*, in remedium adversus omne daemonium, in expulsionem omnis spiritus immundi, in segregationem omnis spiritus nequam, in exstirpationem omnis febris et frigoris et omnis imbecillitatis, in gratiam bonam et remissionem peccatorum, in remedium vitae et salutis, in sanitatem et integritatem animae et corporis et spiritus, in valetudinem perfectam.

1242. CV 26 (ed. C. Ziwsa, 1893), 36; ML 11, 947. 1243. ML 13, 1055.

1, 6. Numquam Deus non paenitenti comminaretur, nisi ignosceret paenitenti. Solus hoc, inquies, Deus poterit. Verum est; sed et quod per sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod apostolis dicit: *Quae ligaveritis in terris, ligata erunt et in caelis; et quaecumque solveritis in terris, soluta erunt et in caelis* [Mt 16, 19; Io 20, 23]? Cur hoc, si ligare hominibus ac solvere non licebat? An tantum hoc solis apostolis licet? Ergo et baptizare solis licet, et Spiritum Sanctum dare solis, et solis gentium peccata purgare; quia totum hoc non aliis quam apostolis imperatum est. Quodsi uno in loco et resolutio vinculorum et sacramenti potestas datur, aut totum ad nos ex apostolorum forma et potestate deductum est, aut nec illud ex decretis relaxatum est. . . . Si ergo et lavacri et chrismatis potestas, maiorum et longe charismatum, ad episcopos inde descendit, et ligandi quoque ius adfuit atque solvendi. 1244

3, 12. *Quaecumque solveritis in terra, soluta erunt et in caelis* [Mt 16, 19; Io 20, 23]. . . . *Quaecumque solveritis,* inquit; omnino nihil excipit. *Quaecumque,* inquit: vel magna, vel modica. 1245

FAUSTINUS, ex. saec. IV.

De Trinitate, ca 380.

7, 3. Cum praecipit Dominus ut *gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptizentur* [Mt 28, 19], apertissimum est Spiritum Sanctum non esse creaturam vel ex ipsa societate quae illi una cum Patre et Filio est, vel quod numquam praeciperet Dominus, ut in creaturae nomine aliquis baptizaretur; multum enim divinae potentiae derogaretur, si cum confessione divini nominis par quoque creaturae confessio poneretur. Et bene quod unum nomen posuit dicens: *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti,* ut una principalis auctoritas crederetur indivisibilis et perfectae Trinitatis. 1246

S. AMBROSIUS, ca 333—397.

Epistulae.

Ep. 2 [Constantio, a. 379], c. 16. Pendet singulis nostrorum statera meritorum, atque exiguis vel boni operis vel degeneris flagitii momentis huc atque illuc saepe inclinatur. . . . In die iudicii aut nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in profundum, tamquam molari depressos lapide, mergent. 1247

1244. ML 13, 1057. 1245. ML 13, 1071. 1246. ML 13, 78.
1247. ML 16, 883; B (= Ballerini) 5, 327.

1248 18 [Imperatori Valentiniano, a. 384], 7. Sacrificium vestrum 254
ritus est bestiarum cruore respergi. Quid in mortuis pecudibus 256
quaeritis Dei voces? Venite et discite in terris caelestem militiam; hic vivimus, et illic militamus. Caeli mysterium doceat me Deus ipse qui condidit, non homo qui se ipsum ignoravit. Cui magis de Deo quam Deo credam? Quomodo possum vobis credere, qui fatemini vos ignorare quod colitis?

1249 19 [Vigilio, a. 385], 7. Sed prope nihil gravius quam copulari 570
alienigenae, ubi et libidinis et discordiae incentiva et sacrilegii flagitia conflantur. Nam cum ipsum coniugium velamine sacerdotali et benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugium dici, ubi non est fidei concordia?

1250 21 [Imperatori Valentiniano, a. 386], 14. Hoc [negatio divinitatis 64
Christi, etc.] scriptum est in ariminensi synodo, meritoque concilium illud exhorreo, sequens tractatum concilii nicaeni, a quo me nec mors nec gladius poterit separare.

1251 37 [Simpliciano, p. 387], 23. Docuit me tamen apostolus quod 274
ultra ipsam libertatem sit, ut servire libertas sit: *Cum liber*, inquit, *essem, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem* [1 Cor 9, 19]. Quid est ultra libertatem, nisi habere Spiritum gratiae, habere caritatem? Libertas enim liberum facit hominibus, caritas amicum Deo. 273

1252 41 [sorori, a. 388], 7. Redegerat [diabolus] humanum genus 413
in perpetuam captivitatem obnoxiae hereditatis gravi foenore, quod obaeratus auctor ad posteros de foenerata successione transmiserat. Venit Dominus Iesus, mortem suam pro morte 419
omnium obtulit, sanguinem suum pro sanguine fudit uni- 422
versorum.

1253 42 [Siricio P., ca 392], 3. Neque nos negamus sanctificatum 570
a Christo esse coniugium, divina voce dicente: *Erunt ambo in* 582
carne una [Mt 19, 5] et in uno spiritu, sed prius est quod nati sumus, quam quod effecti; multoque praestantius divini operis mysterium quam humanae fragilitatis remedium. Iure laudatur bona uxor, sed melius pia virgo praefertur.

1254 48 [Sabino, ca 390], 5. [Confitemur] sicut in Dei forma nihil 376
ei defuit divinae naturae et plenitudinis, sic in illa forma ho- 380
minis nihil ei defuisse, quo imperfectus homo iudicaretur; qui ideo venit, ut totum hominem salvum faceret. Neque enim decebat, ut, qui perfectum opus in aliis consummaverat, hoc imperfectum in se esse pateretur; si enim aliquid ei defuit, non totum redemit; si non totum redemit, fefellit igitur qui dixit ideo se venisse, ut totum hominem salvum faceret. Sed

---

1248. ML 16, 974; B 5, 378.
1249. ML 16, 984; B 5, 388.
1250. ML 16, 1005; B 5, 410.
1251. ML 16, 1090; B 5, 475.
1252. ML 16, 1115; B 5, 169.
1253. ML 16, 1124; B 5, 291.
1254. ML 16, 1153; B 5, 522.

quia *impossibile est mentiri Deo* [Hebr 6, 18], non fefellit; ergo quia ita venit, ut totum redimeret et salvum faceret, totum utique suscepit, quod erat humanae perfectionis.

48, 6. Nostra sententia huiusmodi est, ut meministi. Si 1255
verba alicubi movent, non praeiudicant fidei; etenim sermonem dubium mens non dubia obumbrat et defendit a lapsu.

70 [Horontiano, a.?], 23. *Quis Deus sicut tu, auferens peccata* 1256
et transferens impietates? [Mich 7, 18.] Qui non fuisti memor indignationis tuae, sed sicut in mari mersisti omnes iniquitates nostras, sicut Aegyptium plumbum, et redisti ad misericordiam voluntarius, quam gemino contulisti munere, dimittens peccata atque abscondens. . . . Quod ergo ait: *auferens peccata,* ad remissionem pertinet; quia penitus ea tollit, ita ut non sint quorum memor non erit.

72 [Constantio, a.?], 8. Redempti sumus non corruptibilibus 1257
argento et auro, sed pretioso sanguine Domini nostri Iesu Christi [cf. 1 Petr 1, 18 sq]. . . . Pretium autem nostrae liberationis erat sanguis Domini Iesu, quod necessario solvendum erat ei, cui peccatis nostris venditi eramus.

Enarrationes in 12 Psalmos davidicos.

In Ps. 36 [scripta post a. 393], 26. In mare Rubrum demersus 1258
populus est Aegyptiorum, transivit autem populus Hebraeorum. Moyses pertransivit, praecipitatus est Pharao, quoniam graviora eum peccata merserunt. Eo modo praecipitabuntur sacrilegi in lacum ignis ardentis, qui superba in Deum iactavere convicia.

37 [post a. 393], 57. Non solum confitetur [peccator] peccata 1259
sua, sed etiam enumerat et accusat; non vult enim latere sua delicta. Nam ut febres, cum in alto sunt, non queunt mitigari, cum foras erumpunt, spem afferunt desinendi; ita peccatorum morbus dum tegitur inardescit, si confessionibus proditur evaporat.

38 [post a. 393], 25. Vidimus principem sacerdotum ad nos 1260
venientem, vidimus et audivimus offerentem pro nobis sanguinem suum; sequimur, ut possumus, sacerdotes, ut offeramus pro populo sacrificium; etsi infirmi merito, tamen honorabiles sacrificio; quia, etsi nunc Christus non videtur offerri, tamen ipse offertur in terris quando Christi corpus offertur; immo ipse offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificat sacrificium quod offertur.

40 [post a. 393], 30. Ipse est Petrus cui dixit: *Tu es Petrus,* 1261
et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam [Mt 16, 18]. Ubi

---

1255. ML 16, 1153; B 5, 523.
1256. ML 16, 1240; B 5, 606.
1257. ML 16, 1245; B 5, 611.
1258. ML 14, 981; B 2, 219.
1259. ML 14, 1037; B 2, 279.
1260. ML 14, 1051; B 2, 294.
1261. ML 14, 1082; B 2, 326.

ergo Petrus, ibi ecclesia; ubi ecclesia, ibi nulla mors, sed vita aeterna.

1262 43 [a. 397], 19. Nomen ergo proprietas uniuscuiusque est, 94
quo possit intellegi. Unde arbitror quod et Moyses volens proprium Dei et aliquid de eo speciale cognoscere . . . interrogavit: *Quod est nomen tuum?* [Ex 3, 13.] Denique cognoscens mentem eius Deus, non respondit nomen, sed negotium; hoc est, rem expressit, non appellationem, dicens: *Ego sum qui sum* [ib. 14]; quia nihil tam proprium Dei quam semper esse. Qui ergo negant Christum coaeternum Patri, 157
videant quia Deum negant, cuius est semper esse nec aliquando non fuisse.

1263 43, 71. Si consideres quia iustus vix salvus fit, intellegis 315
profecto et ipsius nonnumquam titubare vestigia, et auctorem declinationis eorum Deum videri; quia ipse quoque patitur iustos saepe tentari, quo magis probentur tentationibus eruditi. Quis est autem tam fortis, ut nequaquam in tentatione moveatur, nisi Dominus adiutor ei assistat?

De fide, ad Gratianum, 378/9.

1264 L. 1, c. 2, n. 16. Certe, ne quis possit errare, sequatur 162
ea, quibus scriptura sancta ut intellegere possimus Filium significavit. Verbum dicitur, Filius dicitur, Dei virtus dicitur, dicitur Dei sapientia. Verbum, quia immaculatus; virtus, quia perfectus; Filius, quia genitus ex Patre; sapientia, quia unum 158
cum Patre, unum aeternitate, unum divinitate. Non enim 178
Pater ipse qui Filius, sed inter Patrem et Filium generationis expressa distinctio est, ut ex Deo Deus, ex manente manens, plenus e pleno sit. 17. Non sunt igitur haec nuda nomina, sed operatricis virtutis indicia; est enim plenitudo divinitatis in Patre, est plenitudo divinitatis in Filio, non discrepans, sed una divinitas. Nec confusum quod unum est, nec multiplex quod indifferens.

1265 1, 5, 42. Omnem enim vim venenorum suorum in dia- 9
lectica disputatione constituunt [Ariani], quae philosophorum sententia definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo salvum facere populum suum: *Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis* [1 Cor 4, 20].

1266 1, 16, 106. Deus naturae simplicis est, non coniunctae 97
atque compositae; cui nihil accedat, sed solum quod divinum est in natura habeat sua; complens omnia, nusquam ipse 100

1262. ML 14, 1100; B 2, 345.
1263. ML 14, 1123; B 2, 369.
1264. ML 16, 532; B 4, 577.
1265. ML 16, 537; B 4, 582.
1266. ML 16, 552; B 4, 597.

confusus; penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus; ubique totus, eodemque tempore vel in caelo, vel in terris, vel in
108 novissimo maris praesens; visu incomprehensibilis, fatu inexpretabilis, sensu inaestimabilis, fide sequendus, religione
115 venerandus; ut, quidquid religiosius sentiri potest, quidquid praestantius ad decorem, quidquid sublimius ad potestatem, hoc Deo intellegas convenire.

390 2, 7, 56. Ut homo ergo dubitat [Christus], ut homo tur- 1267
383 batur. Non turbatur eius virtus, non turbatur eius divinitas, sed turbatur anima; turbatur secundum humanae fragilitatis
402 assumptionem. Et ideo quia suscepit animam, suscepit et animae passiones; non enim Deus, eo quod Deus erat, aut
392 turbari aut mori potuisset. . . . 58. Unde illud quod lectum est, Dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus, sed quia idem Deus idem homo, per divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo Iesus Christus, Dominus maiestatis dicitur crucifixus.

418 3, 11, 87. Sacerdos enim aliquid debet offerre et se- 1268
cundum legem in sancta intrare per sanguinem; ergo, quia sanguinem taurorum hircorumque repudiaverat Deus, hunc utique sacerdotem per suum sanguinem, sicut legisti, in sancta sanctorum caeli summa penetrantem oportebat intrare, ut aeterna nostrorum esset oblatio peccatorum. Idem ergo sacerdos, idem et hostia, et sacerdotium tamen et sacrificium humanae condicionis officium est; nam et agnus ad immolandum ductus est, et sacerdos est secundum ordinem Melchisedech.

148 4, 8, 91. Est quaedam indistincta distinctae incomprehensi- 1269
150 bilis et inenarrabilis substantia Trinitatis. Distinctionem etenim accepimus Patris et Filii et Spiritus Sancti, non confusionem; distinctionem, non separationem; distinctionem, non pluralitatem. Divino itaque admirandoque mysterio manentem semper accipimus Patrem, semper Filium, semper Spiritum Sanctum, non duos Patres, non duos Filios, non duos Spiritus. . . . Distinctionem scimus, secreta nescimus; causas non discutimus, sacramenta servamus.

484 4, 10, 124. *Caro mea vere est esca, et sanguis meus est* 1270
483 *potus* [Io 6, 56]. Carnem audis, sanguinem audis, mortis dominicae sacramenta cognoscis; et divinitati calumniaris? Audi dicentem ipsum: *Quia spiritus carnem et ossa non habet* [Lc 24, 39]. Nos autem quotiescumque sacramenta sumimus,
497 quae per sacrae orationis mysterium in carnem transfigurantur
489 et sanguinem, mortem Domini annuntiamus [cf. 1 Cor 11, 26].

1267. ML 16, 571; B 4, 616. 1268. ML 16, 607; B 4, 653.
1269. ML 16, 634; B 4, 681. 1270. ML 16, 641; B 4, 687.

1271 4, 10, 132. Sed obiciendum putant quia dixerat: *Ego vivo* 158
propter Patrem [Io 6, 58]. Utique si ad divinitatem referunt, propter Patrem vivit Filius, quia ex Patre Filius est; propter Patrem, quia unius substantiae cum Patre; propter Patrem, quia eructatum est Verbum ex Patris corde [cf. Ps 44, 1], quia 153
a Patre processit, quia ex paterno generatus est utero, quia fons Pater Filii est, quia radix Pater Filii est.

1272 5, 6, 83. Denique ad Patrem referens, addidit: *quibus* 120
paratum est [Mt 20, 23], ut ostenderet Patrem quoque non 138
petitionibus deferre solere, sed meritis, quia *Deus personarum acceptor non est* [Act 10, 34]. Unde et apostolus ait: *quos praescivit, et praedestinavit* [Rom 8, 29]: non enim ante praedestinavit quam praesciret, sed quorum merita praescivit, eorum praemia praedestinavit.

1273 5, 7, 90. Numquid sic diligi possunt a Deo homines quem- 359
admodum Filius, in quo complacuit Pater? Ille per se complacet, nos per ipsum; in quibus enim Deus Filium suum ad imaginem suam cernit, eos per Filium adsciscit in gratiam filiorum, ut, quemadmodum per imaginem ad imaginem sumus, sic per generationem Filii in adoptionem vocemur. Alius igitur naturae amor sempiternus, alius gratiae.

1274 5, 12, 150. Sumus regnum Christi ante, postea Patris; quia 424
scriptum est: *Nemo venit ad Patrem nisi per me* [Io 14, 6]. Cum in via sum, Christi sum; cum pervenero, Patris sum; sed ubique per Christum, et ubique sub Christo.

De excessu fratris sui Satyri, 377/8.

1275 L. 2, c. 46. Unius morte mundus redemptus est. Potuit 403
enim Christus non mori, si voluisset; sed neque refugiendam 422
mortem quasi ignavam putavit, neque melius nos quam moriendo servasset. Itaque mors eius vita est omnium.

1276 2, 87. Si terra renovatur et caelum, cur dubitemus hominem 598
a quo datur, quia non aliunde accepit illud quod ab ipso procedit, fatendum est Patrem et Filium principium esse Spiritus Sancti, non duo principia, sed sicut Pater et Filius unus Deus et ad creaturam relative unus creator et unus Dominus, sic relative ad Spiritum Sanctum unum principium,
180 ad creaturam vero Pater et Filius et Spiritus Sanctus unum
195 principium, sicut unus creator et unus Dominus.

101 5, 16, 17. Quod ergo temporaliter dici incipit Deus quod 1663
antea non dicebatur, manifestum est relative dici; non tamen secundum accidens Dei quod ei aliquid acciderit, sed plane secundum accidens eius ad quod dici aliquid Deus incipit relative. Et quod amicus Dei iustus esse incipit, ipse mutatur; Deus autem absit ut temporaliter aliquem diligat, quasi nova dilectione quae in illo ante non erat, apud quem nec praeterita transierunt et futura iam facta sunt.

96 6, 4, 6. Humano quippe animo non hoc est esse quod 1664
est fortem esse, aut prudentem, aut iustum, aut temperantem: potest enim esse animus et nullam istarum habere virtutem. Deo autem hoc est esse quod est fortem esse, aut iustum esse, aut sapientem esse, et si quid de illa simplici multiplicitate, vel multiplici simplicitate dixeris, quo substantia eius significetur.

1660. ML 42, 914. 1661. ML 42, 920.
1662. ML 42, 921. 1663. ML 42, 923.
1664. ML 42, 927.

1665 6, 5, 7. Etiam Spiritus Sanctus in eadem unitate substan- 176
tiae et aequalitate consistit [cum Patre et Filio]. Sive enim sit unitas amborum, sive sanctitas, sive caritas, sive ideo unitas quia caritas, et ideo caritas quia sanctitas, manifestum est quod non aliquis duorum est quo uterque coniungitur, quo genitus a gignente diligatur, generatoremque suum diligat.

1666 6, 7, 8. Deus vero multipliciter quidem dicitur magnus, 90
bonus, sapiens, beatus, verus et quidquid aliud non indigne dici videtur; sed eadem magnitudo eius est, quae sapientia, non enim mole magnus est, sed virtute, et eadem bonitas quae sapientia et magnitudo, et eadem veritas quae illa omnia, et non est ibi aliud beatum esse, et aliud magnum, aut sapientem, aut verum, aut bonum esse, aut omnino ipsum esse.

1667 6, 7, 9. Nec quoniam Trinitas est, ideo triplex putandus 177
est: alioquin minor erit Pater solus, aut Filius solus, quam simul Pater et Filius. Quamquam non inveniatur quomodo dici possit aut Pater solus, aut Filius solus; cum semper atque inseparabiliter et ille cum Filio sit et ille cum Patre; non ut ambo sint Pater, aut ambo Filius, sed quia semper in invicem, neuter solus.

1668 7, 4, 8. Quod de personis secundum nostram, hoc de sub- 149
stantiis secundum Graecorum consuetudinem, ea quae diximus, oportet intellegi. Sic enim dicunt illi tres substantias, unam essentiam, quemadmodum nos dicimus tres personas, unam essentiam vel substantiam.

1669 7, 5, 10. Res ergo mutabiles neque simplices proprie di- 96
cuntur substantiae. . . . Nefas est autem dicere ut subsistat et 97
subsit Deus bonitati suae, atque illa bonitas non substantia sit vel potius essentia, neque ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tamquam in subiecto: unde manifestum est Deum abusive substantiam vocari, ut nomine usitatiore intellegatur essentia, quod vere ac proprie dicitur; ita ut fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia 94
incommutabilis est, idque nomen suum famulo suo Moysi enuntiavit, cum ait: *Ego sum qui sum*, et: *Dices ad eos: Qui est, misit me ad vos* [Ex 3, 14].

1670 8, Prooemium, 1. Diximus alibi, ea dici proprie in illa 178
Trinitate distincte ad singulas personas pertinentia, quae relative dicuntur ad invicem: sicut Pater et Filius et utrius- 175
que donum Spiritus Sanctus: non enim pater Trinitas, aut filius Trinitas, aut Trinitas donum. Quod vero ad se dicuntur singuli, non dici pluraliter tres, sed unum ipsam Trinitatem: sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus 164
Sanctus; et bonus Pater, bonus Filius, bonus Spiritus Sanctus;

1665. ML 42, 927. 1666. ML 42, 929. 1667. ML 42, 929.
1668. ML 42, 941. 1669. ML 42, 942. 1670. ML 42, 946.

et omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus: nec tamen tres dii, aut tres boni, aut tres omnipotentes, sed unus Deus, bonus, omnipotens ipsa Trinitas; et quidquid aliud non ad invicem relative, sed ad se singuli dicuntur. Hoc enim secundum essentiam dicuntur, quia hoc est ibi esse, quod magnum esse, quod bonum esse, quod sapientem esse, et quidquid aliud ad se unaquaeque ibi persona vel ipsa Trinitas dicitur. Ideoque dici tres personas, vel tres substantias, non ut aliqua intellegatur diversitas essentiae, sed ut vel uno aliquo vocabulo responderi possit, cum dicitur quid tres, vel quid tria; tantamque esse aequalitatem in ea Trinitate, ut non solum Pater non sit maior quam Filius, quod attinet ad divinitatem, sed nec Pater et Filius simul
77 maius aliquid sint quam Spiritus Sanctus, aut singula quaeque persona quaelibet trium minus aliquid sit quam ipsa Trinitas.

15 8, 3, 4. Bonum hoc et bonum illud: tolle hoc et illud, et 1671
vide ipsum bonum, si potes: ita Deum videbis, non alio bono bonum, sed bonum omnis boni. Neque enim in his omnibus bonis, vel quae commemoravi, vel quae alia cernuntur sive cogitantur, diceremus aliud alio melius cum vere iudicamus, nisi esset nobis impressa notio ipsius boni, secundum quod et
76 probaremus aliquid et aliud alii praeponeremus. Sic amandus est Deus, non hoc et illud bonum, sed ipsum bonum.

31 9, 1, 1. Ea recta intentio est, quae proficiscitur a fide. 1672
Certa enim fides utcumque incohat cognitionem; cognitio vero certa non perficietur nisi post hanc vitam, cum *videbimus facie*
50 *ad faciem* [1 Cor 13, 12]. . . . Quod ergo ad istam quaestionem
48 attinet, credamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum esse unum Deum, universae creaturae conditorem atque rectorem; nec Patrem esse Filium, nec Spiritum Sanctum vel Patrem
78 esse vel Filium, sed Trinitatem relatarum ad invicem personarum et unitatem aequalis essentiae. Hoc autem quaeramus intellegere, ab eo ipso, quem intellegere volumus, auxilium precantes.

28 12, 6, 6. Dixit enim Deus: *Faciamus hominem ad imaginem* 1673
44 *et similitudinem nostram* [Gn 1, 26]. Paulo post autem dictum est: *Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei* [ib. 27]. *Nostram* certe, quia pluralis est numerus, non recte diceretur, si homo ad unius personae imaginem fieret, sive Patris, sive Filii, sive Spiritus Sancti. Sed quia fiebat ad imaginem Trinitatis, propterea dictum est: *ad imaginem nostram.* Rursus autem ne in Trinitate credendos arbitraremur tres deos, cum sit eadem Trinitas unus Deus, *Et fecit,* inquit, *Deus hominem ad imaginem Dei,* pro eo ac si diceret: ad imaginem suam.

1671. ML 42, 949. 1672. ML 42, 961.
1673. ML 42, 1001.

1674 13, 8, 11. Cum ergo beati esse omnes homines velint, si vere volunt, profecto et esse immortales volunt: aliter enim beati esse non possent. Denique et de immortalitate interrogati, sicut et de beatitudine, omnes eam se velle respondent.

1675 13, 14, 18. Quae est igitur iustitia, qua victus est diabolus? Quae, nisi iustitia Iesu Christi? Et quomodo victus est? Quia, cum in eo nihil morte dignum inveniret, occidit eum tamen. Et utique iustum est ut debitores quos tenebat liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine ullo debito occidit. Hoc est quod iustificari dicimur in Christi sanguine [Rom 5, 9]. Sic quippe in remissionem peccatorum nostrorum innocens sanguis ille effusus est. . . . Numquid isto iure aequissimo diabolus vinceretur, si potentia Christus cum illo agere, non iustitia voluisset? Sed postposuit quod potuit, ut prius ageret quod oportuit. Ideo autem illum esse opus erat et hominem et Deum. Nisi enim homo esset, non posset occidi; nisi Deus esset, non crederetur noluisse quod potuit, sed non potuisse quod voluit; nec ab eo iustitiam potentiae praelatam fuisse, sed ei defuisse potentiam putaremus. Nunc vero humana pro nobis passus est, quia homo erat; sed si noluisset, etiam hoc non pati potuisset, quia et Deus erat. . . . 15, 19. In hac redemptione tamquam pretium pro nobis datus est sanguis Christi, quo accepto diabolus non ditatus est, sed ligatus, ut nos ab eius nexibus solveremur.

1676 15, 13, 22. Quae autem scientia Dei est, ipsa et sapientia; et quae sapientia, ipsa essentia sive substantia; quia in illius naturae simplicitate mirabili non est aliud sapere, aliud esse; sed quod est sapere, hoc est et esse.

1677 15, 14, 23. Verbum ergo Dei Patris unigenitus Filius, per omnia Patri similis et aequalis, Deus de Deo, lumen de lumine, sapientia de sapientia, essentia de essentia; est hoc omnino quod Pater, non tamen Pater; quia iste Filius, ille Pater. Ac per hoc novit omnia quae novit Pater, sed ei nosse de Patre est, sicut esse. Nosse enim et esse ibi unum est. Et ideo, Patri sicut esse non est a Filio, ita nec nosse. Proinde tamquam se ipsum dicens, Pater genuit Verbum sibi aequale per omnia. Non enim se ipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius Verbo quam in ipso.

1678 15, 17, 29. Et tamen non frustra in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei nisi Filius, nec donum Dei nisi Spiritus Sanctus, nec de quo genitum est Verbum et de quo procedit principaliter Spiritus Sanctus nisi Deus Pater. Ideo autem addidi ‚principaliter', quia et de Filio Spiritus Sanctus pro-

1674. ML 42, 1022. 1675. ML 42, 1027. 1676. ML 42, 1076.
1677. ML 42, 1076. 1678. ML 42, 1081.

cedere reperitur. Sed hoc quoque illi Pater dedit, non iam exsistenti et nondum habenti, sed quidquid unigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo donum commune procederet et Spiritus Sanctus spiritus esset amborum.

274 15, 18, 31. *Dilectio Dei diffusa est in cordibus nostris, per* 1679
Spiritum Sanctum qui datus est nobis [Rom 5, 5]. 32. Nullum est isto Dei dono excellentius. Solum est quod dividit inter filios regni aeterni et filios perditionis aeternae. Dantur et alia per Spiritum Sanctum munera, sed sine caritate nihil
242 prosunt. . . . Sine caritate quippe fides potest quidem esse, sed non et prodesse.

394 15, 26, 46. Dominus ipse Iesus Spiritum Sanctum non 1680
solum dedit ut Deus, sed etiam accepit ut homo; propterea dictus est *plenus gratia* [Io 1, 14] et *Spiritu Sancto* [Lc 4, 1]. Et manifestius de illo scriptum est in Actibus apostolorum: *Quoniam unxit eum Deus Spiritu Sancto* [Act 10, 38]: non utique oleo visibili, sed dono gratiae, quod visibili significatur unguento, quo baptizatos unguit ecclesia. Nec sane tunc unctus est Christus Spiritu Sancto, quando super eum baptizatum velut columba descendit [Mt 3, 16]; tunc enim corpus suum, id est ecclesiam suam, praefigurare dignatus est, in qua praecipue baptizati accipiunt Spiritum Sanctum; sed ista mystica et invisibili unctione tunc intellegendus est unctus,
385 quando *Verbum* Dei *caro factum est* [Io 1, 14], id est, quando
386 humana natura, sine ullis praecedentibus bonorum operum meritis, Deo Verbo est in utero virginis copulata, ita ut cum illo fieret una persona.

171 15, 26, 47. Si enim quidquid habet, de Patre habet Filius; 1681
de Patre habet utique ut et de illo procedat Spiritus Sanctus. . . .
151 Pater enim solus non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in scripturis, sed in consuetudine disputantium, et de re tanta sermonem qualem valuerint pro-
172 ferentium. Filius autem de Patre natus est; et Spiritus Sanctus de Patre principaliter, et ipso sine ullo temporis intervallo
174 dante, communiter de utroque procedit. Diceretur autem filius Patris et Filii, si, quod abhorret ab omnium sanorum sensibus, eum ambo genuissent. Non igitur ab utroque est genitus, sed procedit ab utroque amborum Spiritus.

15, 27, 48. De processione Spiritus Sancti locum transfert Augustinus, qui habetur In Io. tr. 99, 8 sq, cf. n. 1840.

45 15, 28, 51. Domine Deus noster, credimus in te Patrem, 1682
48 et Filium, et Spiritum Sanctum. Neque enim diceret veritas: *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus*

1679. ML 42, 1082. 1680. ML 42, 1093. 1681. ML 42, 1094. 1682. ML 42, 1097.

Sancti [Mt 28, 19], nisi Trinitas esses. Nec baptizari nos iuberes, Domine Deus, in eius nomine, qui non est Dominus Deus. Neque diceretur voce divina: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est* [Dt 6, 4], nisi Trinitas ita esses, ut unus Dominus Deus esses. Et si tu Deus Pater ipse esses, et Filius Verbum tuum Iesus Christus ipse esses, et donum vestrum Spiritus Sanctus, non legeremus in litteris veritatis: *Misit Deus Filium suum* [Gal 4, 4; Io 3, 17]. Nec tu, o Unigenite, diceres de Spiritu Sancto: *Quem mittet Pater in nomine meo* [Io 14, 26], et: *Quem ego mittam vobis a Patre* [ib. 15, 26].

De Genesi ad litteram, 401—415.

1683 L. 1, c. 18, n. 37. In rebus obscuris atque a nostris oculis 21
remotissimis, si qua inde scripta etiam divina legerimus, quae possint, salva fide qua imbuimur, alias atque alias parere sententias, in nullam earum nos praecipiti affirmatione ita proiciamus, ut, si forte diligentius discussa veritas eam recte labefactaverit, corruamus, non pro sententia divinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes, ut eam velimus scripturarum esse, quae nostra est, cum potius eam, quae scripturarum est, nostram esse velle debeamus.

1684 1, 19, 39. Plerumque enim accidit ut aliquid de terra, de 21
caelo, de ceteris mundi huius elementis, de motu et conversione vel etiam magnitudine et intervallis siderum, de certis defectibus solis ac lunae, de circuitibus annorum et temporum, de naturis animalium, fruticum, lapidum atque huiusmodi ceteris, etiam non christianus ita noverit, ut certissima ratione vel experientia teneat. Turpe est autem nimis et perniciosum ac maxime cavendum, ut christianum de his rebus, quasi secundum christianas litteras loquentem, ita delirare audiat, ut, quemadmodum dicitur, toto caelo errare conspiciens risum tenere vix possit.

1685 1, 20, 40. Ad hoc enim considerandum et observandum 21
libri Geneseos multipliciter, quantum potui, enucleavi protulique sententias de verbis ad exercitationem nostram obscure positis, non aliquid unum temere affirmans cum praeiudicio alterius expositionis fortasse melioris.

1686 1, 21, 41. Dicet aliquis: Quid tu tanta tritura dissertationis 21
huius, quid granorum exuisti, quid eventilasti? Cur propemodum in quaestionibus adhuc latent omnia? Affirma aliquid eorum, quae multa posse intellegi disputasti. Cui respondeo, ad eum ipsum me suaviter cibum pervenisse, quod didici non

1683. CV 28, 2 (ed. I. Zycha, 1894), 27; ML 34, 260.
1684. CV 28, 2, 28; ML 34, 261. 1685. CV 28, 2, 29; ML 34, 261.
1686. CV 28, 2, 30; ML 34, 262.

haerere hominem in respondendo secundum fidem, quod respondendum est hominibus qui calumniari libris nostrae salutis affectant, ut, quidquid ipsi de natura rerum veracibus documentis demonstrare potuerint, ostendamus nostris litteris non esse contrarium, quidquid autem de quibuslibet suis voluminibus his nostris litteris, id est catholicae fidei, contrarium protulerint, aut aliqua etiam facultate ostendamus, aut nulla dubitatione credamus esse falsissimum.

67 72 215 2, 9, 20. Sed quia de fide agitur scripturarum, propter illam causam, quam non semel commemoravi, ne quisquam eloquia divina non intellegens, cum de his rebus tale aliquid vel invenerit in libris nostris vel ex illis audierit, quod perceptis a se rationibus adversari videatur, nullo modo iis cetera utilia monentibus vel narrantibus vel praenuntiantibus credat; breviter dicendum est de figura caeli hoc scisse auctores nostros, quod veritas habet; sed Spiritum Dei, qui per eos loquebatur, noluisse ista docere homines nulli saluti profutura. 1687

235 4, 12, 22. Potest etiam intellegi Deum requievisse a condendis generibus creaturae, quia ultra iam non condidit aliqua genera nova; deinceps autem usque nunc et ultra operari eorumdem generum administrationem, quae tunc instituta sunt, non ut ipso saltem die septimo potentia eius a caeli et terrae omniumque rerum quas condiderat gubernatione cessaret, alioquin continuo dilaberentur. 1688

213 4, 22, 39. Et quia ceterae creaturae, quae infra ipsam [angelicam] fiunt, sine cognitione eius non fiunt, propterea nimirum idem dies ubique repetitur, ut eius repetitione fiant tot dies, quotiens distinguuntur rerum genera creatarum, perfectione senarii numeri terminanda; ut vespera primi diei sit etiam sui cognitio, non se esse quod Deus est; mane autem post hanc vesperam, quo concluditur dies unus et incohatur secundus, conversio sit eius, qua id, quod creata est, ad laudem referat creatoris, et percipiat de Verbo Dei cognitionem creaturae quae post ipsam fit, hoc est, firmamenti. . . . Deinde fit vespera illius lucis, cum ipsum firmamentum, non in Verbo Dei sicut ante, sed in ipsa eius natura cognoscit; quae cognitio, quoniam minor est, recte nomine vesperae significatur. 1689

214 4, 27, 44. Istos septem dies, qui pro illis agunt hebdomada, cuius cursu et recursu tempora rapiuntur, in qua dies unus est a solis ortu usque in ortum circuitus, sic illorum vicem quamdam exhibere credamus, ut non eos illis similes, sed multum impares minime dubitemus. 1690

1687. CV 28, 2, 46; ML 34, 270.
1688. CV 28, 2, 108; ML 34, 304.
1689. CV 28, 2, 121; ML 34, 312.
1690. CV 28, 2, 126; ML 34, 314.

1691 4, 32, 49. Mens itaque humana prius haec quae facta sunt per sensus corporis experitur, eorumque notitiam pro infirmitatis humanae modulo capit; et deinde quaerit eorum causas, si quo modo possit ad eas pervenire principaliter atque incommutabiliter manentes in Verbo Dei, ac sic *invisibilia eius, per ea, quae facta sunt, intellecta conspicere* [Rom 1, 20]. . . . Mens vero angelica pura caritate inhaerens Verbo Dei, postea quam illo ordine creata est, ut praecederet cetera, prius ea vidit in Verbo Dei facienda, quam facta sunt. 87 196 197

1692 4, 33, 52. De quo enim creatore scriptura ista narravit, quod sex diebus consummaverit opera sua, de illo alibi non utique dissonanter scriptum est, quod creaverit omnia simul [Eccli 18, 1]. Ac per hoc et istos dies sex vel septem, vel potius unum sexies septiesve repetitum simul fecit, qui fecit omnia simul. 211

1693 5, 16, 34. Propinquior nobis est qui fecit, quam multa quae facta sunt. *In illo enim vivimus, et movemur, et sumus* [Act 17, 28]. . . . Ex quo fit, ut maior ad illa invenienda sit labor, quam ad illum a quo facta sunt, cum sit incomparabili felicitate praestantius illum ex quantulacumque particula pia mente sentire, quam illa universa comprehendere. 86

1694 5, 20, 40. Sunt qui arbitrentur tantummodo mundum ipsum factum a Deo, cetera iam fieri ab ipso mundo, sicut ille ordinavit et iussit, Deum autem ipsum nihil operari. Contra quos profertur illa sententia Domini: *Pater meus usque modo operatur* [Io 5, 17]. . . . Sic ergo credamus, vel, si possumus, etiam intellegamus, usque nunc operari Deum, ut, si conditis ab eo rebus operatio eius subtrahatur, intercidant. 235

1695 5, 33, 45. Sicut autem in ipso grano invisibiliter erant omnia simul quae per tempora in arborem surgerent, ita ipse mundus cogitandus est, cum Deus simul omnia creavit, habuisse simul omnia quae in illo cum illo facta sunt, quando factus est dies: non solum caelum cum sole et luna et sideribus, quorum species manet motu rotabili, et terram et abyssos, quae velut inconstantes motus patiuntur, atque inferius adiuncta partem alteram mundo conferunt; sed etiam illa quae aqua et terra produxit potentialiter atque causaliter, priusquam per temporum moras ita exorirentur, quomodo nobis iam nota sunt in iis operibus, quae Deus usque nunc operatur. 211 212

1696 6, 13, 23. Sed quomodo eum [Adam] fecit Deus de limo terrae? Utrum repente in aetate perfecta, hoc est virili atque iuvenali, an sicut nunc usque format in uteris matrum? Neque enim alius haec fecit, quam ille qui dixit: *Priusquam te* 225

1691. CV 28, 2, 129; ML 34, 316.
1692. CV 28, 2, 133; ML 34, 318.
1693. CV 28, 2, 159; ML 34, 333.
1694. CV 28, 2, 163; ML 34, 335.
1695. CV 28, 2, 168; ML 33, 338.
1696. CV 28, 2, 187; ML 34, 348.

formarem in utero, novi te [Ier 1, 5]; ut illud tantum proprium habuerit Adam, quod non ex parentibus natus est, sed factus ex terra; eo tamen modo, ut in hoc perficiendo et per aetates augendo hi temporum numeri complerentur, quos naturae humani generis attributos videmus. An potius hoc non est requirendum? Utrumlibet enim fecerit, hoc fecit quod Deum et omnipotentem et sapientem posse ac facere congruebat.

6, 13, 24. Num Dominus lignum quaesivit aut terram aut 1697
has temporum moras, cum aquam miro compendio convertit in vinum, et tale vinum quod etiam ebrius conviva laudaret? ... Num exspectati sunt hi dies, ut in draconem virga converteretur de manu Moysi et Aaron? Nec ista, cum fiunt, contra naturam fiunt, nisi nobis quibus aliter naturae cursus innotuit; non autem Deo, cui hoc est natura quod fecerit.

6, 24, 35. Quomodo ergo, inquiunt, renovari dicimur, si 1698
non hoc recipimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc plane recipimus secundum quemdam modum, et non hoc recipimus secundum quemdam modum. Non itaque immortalitatem spiritalis corporis recipimus, quam nondum habuit homo; sed recipimus iustitiam, ex qua per peccatum lapsus est homo. Renovabimur ergo a vetustate peccati, non in pristinum corpus animale, in quo fuit Adam, sed in melius, id est in corpus spiritale, cum efficiemur aequales angelis Dei [Mt 22, 30], apti caelesti habitationi, ubi esca quae corrumpitur non egebimus. Renovabimur ergo spiritu mentis nostrae [Eph 4, 23] secundum imaginem eius qui creavit nos, quam peccando Adam perdidit.

6, 25, 36. Illud quippe [corpus] ante peccatum et mortale 1699
secundum aliam et immortale secundum aliam causam dici poterat: id est mortale, quia poterat mori; immortale, quia poterat non mori. Aliud est enim non posse mori, sicut quasdam naturas immortales creavit Deus; aliud est autem posse non mori, secundum quem modum primus homo creatus est immortalis; quod ei praestabatur de ligno vitae, non de constitutione naturae; a quo ligno separatus est cum peccasset, ut posset mori, qui, nisi peccasset, posset non mori. Mortalis ergo erat condicione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris.

7, 28, 43. Nunc tamen de anima, quam Deus inspiravit 1700
homini, sufflando in eius faciem, nihil confirmo, nisi quia ex Deo sic est, ut non sit substantia Dei, et sit incorporea, id est non sit corpus, sed spiritus; non de substantia Dei genitus, nec de substantia Dei procedens, sed factus a Deo; nec ita factus, ut in eius naturam natura ulla corporis vel irrationalis

---

1697. CV 28, 2, 188; ML 34, 349.
1698. CV 28, 2, 196; ML 34, 353.
1699. CV 28, 2, 197; ML 34, 354.
1700. CV 28, 2, 228; ML 34, 372.

animae verteretur, ac per hoc de nihilo, et quod sit immortalis secundum quemdam vitae modum, quem nullo modo potest amittere; secundum quamdam vero mutabilitatem, qua potest vel deterior vel melior fieri, non immerito etiam mortalis possit intellegi; quoniam veram immortalitatem solus ille habet, de quo proprie dictum est: *Qui solus habet immortalitatem* [1 Tim 6, 16].

1701 8, 12, 26. Sicut aer praesente lumine non factus est lucidus, sed fit; quia, si factus esset, non autem fieret, etiam absente lumine lucidus maneret, sic homo Deo sibi praesente illuminatur, absente autem continuo tenebratur; a quo non locorum intervallis, sed voluntatis aversione disceditur.

1702 9, 15, 26. Natura mulieris creata est, quamvis ex virili, quae iam erat, non aliquo motu iam exsistentium naturarum. Angeli autem nullam omnino possunt creare naturam; solus enim unus cuiuslibet naturae, seu magnae seu minimae, creator est Deus, id est ipsa Trinitas, Pater et Filius et Spiritus Sanctus.

1703 9, 17, 32. Elementa mundi huius corporei habent definitam vim qualitatemque suam, quid unumquodque valeat vel non valeat, quid de quo fieri possit vel non possit. Ex his velut primordiis rerum, omnia quae gignuntur, suo quaeque tempore exortus processusque sumunt, finesque et decessiones sui cuiusque generis. Unde fit ut de grano tritici non nascatur faba, vel de faba triticum, vel de pecore homo, vel de homine pecus. Super hunc autem motum cursumque rerum naturalem potestas creatoris habet apud se posse de his omnibus facere aliud, quam eorum quasi seminales rationes habent, non tamen id, quod non in iis posuit ut de his fieri vel ab ipso possit.

1704 10, 18, 32. Quid incoinquinatius illo utero virginis, cuius caro, etiamsi de peccati propagatione venit, non tamen de peccati propagatione concepit, ut ne ipsum quidem corpus Christi ea lex severit in utero Mariae, quae in membris posita corporis mortis repugnat legi mentis? . . . Proinde corpus Christi, quamvis ex carne feminae assumptum est, quae de illa carnis peccati propagine concepta fuerat, tamen quia non sic in ea conceptum est, quomodo fuerat illa concepta, nec ipsa erat caro peccati, sed similitudo carnis peccati.

1705 10, 23, 39. Consuetudo matris ecclesiae in baptizandis parvulis nequaquam spernenda est, neque ullo modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi apostolica esset traditio. Habet enim et illa parva aetas magnum testimonii pondus, quae prima pro Christo meruit sanguinem fundere.

1701. CV 28, 2, 250; ML 34, 383.
1702. CV 28, 2, 286; ML 34, 403.
1703. CV 28, 2, 291; ML 34, 406.
1704. CV 28, 2, 320; ML 34, 422.
1705. CV 28, 2, 327; ML 34, 426.

230 11, 1, 3. *Erant* ergo *ambo nudi* [Gn 2, 25]; verum est, 1706
omnino nuda erant corpora duorum hominum in paradiso
conversantium. *Nec pudebat eos* [ib.]; quid enim puderet,
quando nullam *legem* senserant *in membris* suis *repugnantem*
298 *legi mentis* suae [Rom 7, 23]? Quae illos poena peccati post
perpetrationem praevaricationis secuta est, usurpante inoboedientia prohibitum, et iustitia puniente commissum. Quod
antequam fieret, nudi erant, ut dictum est, et non confundebantur: nullus erat motus in corpore, cui verecundia deberetur;
nihil putabant velandum, quia nihil senserant refrenandum.

120 11, 9, 12. Praesciebat [Deus] quod eorum [protoparentum] 1707
futura esset voluntas mala. Praesciebat sane, et quia falli
non potest eius praescientia, ideo non ipsius, sed eorum est
122 voluntas mala. Cur ergo eos creavit, quos tales futuros esse
123 praesciebat? Quia, sicut praevidit quid mali essent facturi,
sic etiam praevidit de malis factis eorum quid boni esset ipse
134 facturus. Sic enim eos fecit, ut iis relinqueret unde et ipsi
aliquid facerent, quo, quidquid etiam culpabiliter eligerent,
illum de se laudabiliter operantem invenirent. A se quippe
habent voluntatem malam, ab illo autem et naturam bonam
et iustam poenam; sibi debitum locum, aliis exercitationis
333 adminiculum et timoris exemplum. 10, 13. Sed posset, inquit, etiam ipsorum voluntatem in bonum convertere, quoniam
omnipotens est. Posset plane. Cur ergo non fecit? Quia
noluit. Cur noluerit, penes ipsum est.

208 11, 14, 18. Nonnulli dicunt ipsum ei [diabolo] fuisse casum 1708
a supernis sedibus, quod inviderit homini facto ad imaginem
Dei. Porro autem invidia sequitur superbiam, non praecedit:
non enim causa superbiendi est invidia, sed causa invidendi
superbia.

Contra Felicem Manichaeum, 404.

67 L. 1, c. 10. Quia dixisti, quod Manichaeus vos docuerit 1709
initium, medium et finem, et quomodo vel quare factus sit
mundus, de cursu solis et lunae et de aliis quae commemorasti, non legitur in evangelio Dominum dixisse: Mitto vobis
Paracletum qui vos doceat de cursu solis et lunae. Christianos
enim facere volebat, non mathematicos.

334 2, 4. *Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut* 1710
facite arborem malam et fructum eius malum [Mt 12, 33]. Cum
ergo dicit: *Aut* hoc *facite, aut* illud *facite,* potestatem indicat,
non naturam. Nemo enim nisi Deus facere arborem potest,

1706. CV 28, 2, 335; ML 34, 430. 1707. CV 28, 2, 342; ML 34, 434.
1708. CV 28, 2, 346; ML 34, 436.
1709. CV 25, 2 (ed. I. Zycha, 1892), 811; ML 42, 525.
1710. CV 25, 2, 831; ML 42, 538.

sed habet unusquisque in voluntate aut eligere quae bona sunt, et esse arbor bona, aut eligere quae mala sunt, et esse arbor mala.

1711 2, 18. Omnia quae fiunt et quod quisque facit, aut de se 189
est, aut ex aliquo, aut ex nihilo. Homo, quia non est omnipotens, de se filium facit, ex aliquo, sicut artifex ex ligno arcam, ex argento vasculum. Potuit enim facere vasculum, sed non potuit facere argentum; potuit facere arcam, sed non potuit facere lignum. Ex nihilo autem, ex eo quod prorsus non est, facere ut sit, nullus hominum potest. Deus autem, 194
quia omnipotens est, et de se Filium genuit, et ex nihilo 196
mundum fecit, et ex limo hominem formavit, ut per istas tres potentias ostenderet effectionem suam in omnibus valentem.

De natura boni, 405.

1712 22. Deus autem nec modum habere dicendus est, ne finis 99
eius dici putetur. Nec ideo tamen immoderatus est, a quo modus omnibus rebus tribuitur, ut aliquo modo esse possint. Nec rursum moderatum oportet dici Deum, tamquam ab aliquo modum acceperit. Si autem dicamus eum summum modum, forte aliquid dicimus; si tamen in eo quod dicimus summum modum, intellegamus summum bonum.

Contra Cresconium Donatistam, 406.

1713 L. 1, c. 30, n. 35. Neque enim propterea mutandus vel 445
improbandus est regius character in homine, si erroris sui veniam et militandi ordinem a rege impetraverit, quia eumdem characterem quo sibi satellites congregaret, desertor infixit; aut propterea signa mutanda sunt ovibus, cum dominico gregi sociantur, quia iis dominicum signum fugitivus servus impressit.

Breviculus collationis cum Donatistis, 411.

1714 Coll. 3, c. 10, n. 20. De duabus etiam ecclesiis calumniam 43
eorum Catholici refutarunt, identidem expressius ostendentes 44
quid dixerint, id est, non eam ecclesiam quae nunc habet permixtos malos alienam se dixisse a regno Dei, ubi non erunt mali commixti, sed eamdem ipsam unam et sanctam ecclesiam nunc esse aliter, tunc autem aliter futuram; nunc habere malos mixtos, tunc non habituram; sicut nunc mortalem, quod ex mortalibus constaret hominibus, tunc autem immortalem, quod in ea nullus esset vel corpore moriturus.

1711. CV 25, 2, 847; ML 42, 547. 1712. CV 25, 2, 864; ML 42, 558.
1713. CV 52 (ed. M. Petschenig, 1909), 355; ML 43, 464.
1714. CV 53 (ed. M. Petschenig, 1910), 69; ML 43, 635.

De peccatorum meritis et remissione, 412.

54 I. 1, c. 9, n. 10. Christum imitantur sancti eius ad se- 1715
quendam iustitiam. Unde et idem apostolus dicit: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [1 Cor 11, 1]. Sed praeter hanc imitationem gratia eius illuminationem iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur, illo opere de quo idem praedicator eius dicit: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed*
75 *qui incrementum dat Deus* [ib. 3, 7]. Hac enim gratia baptizatos quoque parvulos suo inserit corpori, qui certe imitari aliquem
14 nondum valent. Sicut ergo ille in quo omnes vivificantur, praeter quod se ad iustitiam exemplum imitantibus praebuit, dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam
02 latenter infundit et parvulis: sic et ille in quo omnes moriuntur, praeter quod iis, qui praeceptum Domini voluntate transgrediuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiae suae tabificavit in se omnes de sua stirpe
03 venientes. . . . Hoc propagationis est, non imitationis.

01 1, 20, 27. An vero quisquam etiam hoc dicere audebit, 1716
05 quod ad parvulos haec sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis huius et sanguinis in se habere vitam, quia non ait: Qui non manducaverit, sicut de baptismo: *Qui non renatus fuerit* [Io 3, 5]; sed ait: *Si non manducaveritis* [Io 6, 54], velut eos alloquens qui audire et intellegere poterant, quod utique non valent parvuli? Sed qui hoc dicit, non attendit quia, nisi omnes ista sententia teneat, ut sine corpore et sanguine Filii hominis vitam habere non possint, frustra etiam aetas maior id curat.

70 1, 24, 34. Optime Punici Christiani baptismum ipsum nihil 1717
01 aliud quam salutem, et sacramentum corporis Christi nihil aliud quam vitam vocant. Unde, nisi ex antiqua, ut existimo, et apostolica traditione, qua ecclesiae Christi insitum tenent, praeter baptismum et participationem mensae dominicae, non solum ad regnum Dei, sed nec ad salutem et vitam aeternam posse quemquam hominum pervenire? Hoc enim et scriptura testatur.

50 2, 3, 3. Acute autem sibi videntur dicere [Pelagiani], quasi 1718
nostrum hoc ullus ignoret, quod «si nolumus, non peccamus; nec praeciperet Deus homini, quod esset humanae impossibile
15 voluntati». Sed hoc non vident, quod ad nonnulla superanda, vel quae male cupiuntur, vel quae male metuuntur, magnis aliquando et totis viribus opus est voluntatis, quas nos non perfecte in omnibus adhibituros praevidit.

1715. ML 44, 114. 1716. ML 44, 124. 1717. ML 44, 128.
1718. ML 44, 152.

1719 2, 5, 5. Ad peccandum namque non adiuvamur a Deo; 31
iusta autem agere vel iustitiae praeceptum omni ex parte
implere non possumus, nisi adiuvemur a Deo. Sicut enim 30
corporis oculus non adiuvatur a luce ut ab eadem luce clausus
aversusve discedat, ut autem videat adiuvatur ab ea, neque
hoc omnino nisi illa adiuverit potest; ita Deus, qui lux est
hominis interioris, adiuvat nostrae mentis obtutum, ut non
secundum nostram, sed secundum eius iustitiam boni aliquid
operemur.

1720 2, 6, 7. Si a me quaeratur, utrum homo sine peccato 31
possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam et
liberum eius arbitrium, ipsum quoque liberum arbitrium ad
Dei gratiam, hoc est, ad Dei dona, pertinere non ambigens,
nec tantum ut sit, verum etiam ut bonum sit, id est, ad fa-
cienda mandata Domini convertatur; atque ita Dei gratia 32
non solum ostendat quid faciendum sit, sed adiuvet etiam ut 32
possit fieri quod ostenderit. . . . Dubitare non possum, nec
Deum aliquid impossibile homini praecepisse, nec Deo ad
opitulandum et adiuvandum, quo fiat quod iubet, impossibile
aliquid esse. Ac per hoc potest homo, si velit, esse sine
peccato, adiutus a Deo. 7, 8. Si autem, quod secundo loco
posueram, quaeratur utrum sit, esse non credo.

1721 2, 11, 16. Secundum illam iustitiam qua se noverat iustum, 39
se vituperavit [Iob 42, 5 6] atque distabuit, aestimavitque se
terram et cinerem; mente conspiciens Christi iustitiam, in
cuius non tantum divinitate, sed nec in anima nec in carne
ullum potuit esse peccatum.

1722 2, 17, 26. Cum, voluntatem humanam gratia adiuvante 31
divina, sine peccato in hac vita possit homo esse, cur non
sit, possem facillime ac veracissime respondere, quia homines 33
nolunt; sed si ex me quaeritur, quare nolunt, imus in longum.
Verumtamen etiam hoc sine praeiudicio diligentioris inquisi-
tionis breviter dicam. Nolunt homines facere quod iustum
est, sive quia latet an iustum sit, sive quia non delectat. . . . 33
Ut autem innotescat quod latebat, et suave fiat quod non 32
delectabat, gratiae Dei est, quae hominum adiuvat voluntates;
qua ut non adiuventur, in ipsis itidem causa est, non in Deo,
sive damnandi praedestinati sint propter iniquitatem superbiae, 13
sive contra ipsam suam superbiam iudicandi et erudiendi, si
filii sint misericordiae.

1723 2, 18, 28. Ne sic defendamus gratiam, ut liberum arbitrium 33
auferre videamur; rursus ne liberum sic asseramus arbitrium,
ut superba impietate ingrati Dei gratiae iudicemur.

1719. ML 44, 153. 1720. ML 44, 155.
1721. ML 44, 161. 1722. ML 44, 167.
1723. ML 44, 168.

2, 19, 32. Nos quantum concessum est sapiamus; et intellegamus, si possumus, Dominum Deum bonum ideo etiam sanctis suis alicuius operis iusti aliquando non tribuere vel certam scientiam vel victricem delectationem, ut cognoscant non a se ipsis, sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur tenebrae eorum, et suavitatem qua det fructum suum terra eorum. 33. Cum autem ab illo illius adiutorium deprecamur ad faciendam perficiendamque iustitiam, quid aliud deprecamur, quam ut aperiat quod latebat, et suave faciat quod non delectabat? 1724

2, 27, 43. Quisquis vero adhuc movetur, quare baptizentur qui iam de baptizatis nascuntur, hoc breviter accipiat. . . . Sacramentum autem baptismi profecto sacramentum regenerationis est. Quocirca sicut homo qui non vixerit, mori non potest, et qui mortuus non fuerit, resurgere non potest; ita qui natus non fuerit, renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo parente renasci potuisse non natum. 1725

2, 28, 46. In hac non iam praeterita, sed adhuc manente lege concupiscentiae, reatus eius solvitur, et non erit, cum fit in baptismo plena remissio peccatorum. Denique si continuo consequatur ab hac vita emigratio, non erit omnino quod obnoxium hominem teneat, solutis omnibus quae tenebant. 1726

2, 34, 55. Sicut ergo illi primi homines postea iuste vivendo, unde merito creduntur per Domini sanguinem ab extremo supplicio liberati, non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum revocari: sic et caro peccati, etiam si remissis peccatis homo in ea iuste vixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati. 1727

3, 7, 14. In Adam omnes tunc peccaverunt, quando in eius natura illa insita vi, qua eos gignere poterat, adhuc omnes ille unus fuerunt. 1728

De spiritu et littera, 412.

C. 3, n. 5. Neque liberum arbitrium quidquam nisi ad peccandum valet, si lateat veritatis via; et cum id quod agendum et quo nitendum est coeperit non latere, nisi etiam delectet et ametur, non agitur, non suscipitur, non bene vivitur. 1729

9, 15. *Iustitia Dei manifestata est* [Rom 3, 21]; non dixit: iustitia hominis, vel iustitia propriae voluntatis; sed: *iustitia Dei,* non qua Deus iustus est, sed qua induit hominem, cum iustificat impium. 1730

1724. ML 44, 170.
1725. ML 44, 177.
1726. ML 44, 179.
1727. ML 44, 183.
1728. ML 44, 194.
1729. ML 44, 203.
1730. ML 44, 209.

1731 19, 32. Illa [lex] sine adiuvante spiritu procul dubio est 315
littera occidens; cum vero adest vivificans spiritus, hoc ipsum
intus conscriptum facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat
timeri.

1732 27, 47. Nec moveat, quod *naturaliter* eos dixit *quae legis* 354
sunt facere [Rom 2, 14], non spiritu Dei, non fide, non gratia.
Hoc enim agit spiritus gratiae, ut imaginem Dei, in qua na- 22
turaliter facti sumus, instauret in nobis.

1733 27, 48. Si autem hi qui *naturaliter quae legis sunt faciunt* 30
[Rom 2, 14], nondum sunt habendi in numero eorum, quos
Christi iustificat gratia, sed in eorum potius, quorum etiam
impiorum nec Deum verum veraciter iusteque colentium,
quaedam tamen facta vel legimus, vel novimus, vel audimus,
quae secundum iustitiae regulam non solum vituperare non
possumus, verum etiam merito recteque laudamus; quamquam
si discutiantur quo fine fiant, vix inveniuntur quae iustitiae
debitam laudem defensionemve mereantur; 28, 48. verum-
tamen quia non usque adeo in anima humana imago Dei
terrenorum affectuum labe detrita est, ut nulla in ea velut
lineamenta extrema remanserint, unde merito dici possit etiam
in ipsa impietate vitae suae facere aliqua legis vel sapere; si
hoc est quod dictum est, quia *gentes quae legem non habent*,
hoc est, legem Dei, *naturaliter quae legis sunt faciunt* . . .
differentia non perturbabitur, qua distat a vetere testamentum
novum. . . . Sicut enim non impediunt a vita aeterna iustum 316
quaedam peccata venialia, sine quibus haec vita non ducitur; 291
sic ad salutem aeternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, 308
sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis invenitur.

1734 31, 54. Vide nunc, utrum quisque credat, si noluerit, aut 249
non credat, si voluerit. Quod si absurdum est (quid est enim
credere, nisi consentire verum esse quod dicitur? consensio
autem utique volentis est), profecto fides in potestate est. Sed,
sicut apostolus dicit: *Non est potestas nisi a Deo* [Rom 13, 1].
Quid igitur causae est, cur non et de ista nobis dicatur: *Quid*
enim habes, quod non accepisti [1 Cor 4, 7]? Nam et ut creda- 314
mus, Deus dedit. Nusquam autem legimus in scripturis sanctis:
non est voluntas nisi a Deo. Et recte non scriptum est, quia 295
verum non est; alioquin etiam peccatorum, quod absit, auctor
est Deus, si non est voluntas nisi ab illo; quoniam mala vo- 290
luntas iam sola peccatum est, etiam si desit effectus, id est, si
non habeat potestatem.

1735 33, 58. *Vult* autem Deus *omnes homines salvos fieri et in* 120
agnitionem veritatis venire [1 Tim 2, 4]; non sic tamen, ut iis 334

1731. ML 44, 220. 1732. ML 44, 229. 1733. ML 44, 229.
1734. ML 44, 235. 1735. ML 44, 238.

adimat liberum arbitrium, quo vel bene vel male utentes
134 iustissime iudicentur. Quod cum fit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum eius evangelio non credunt; nec ideo tamen eam vincunt, verum se ipsos fraudant magno et summo bono malisque poenalibus implicant, experturi in suppliciis potestatem eius, cuius in donis misericordiam contempserunt.

326 34, 60. Visorum suasionibus agit Deus, ut velimus, et ut 1736
322 credamus, sive extrinsecus per evangelicas exhortationes, ubi et mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonet hominem infirmitatis suae, ut ad gratiam iustificantem credendo con-
324 fugiat, sive intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quid ei
334 veniat in mentem, sed consentire vel dissentire propriae vo-
314 luntatis est. His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali, ut ei credat, neque enim credere potest quodlibet libero arbitrio, si nulla sit suasio vel vocatio cui credat; profecto et ipsum velle credere Deus operatur in homine, et in omnibus misericordia eius praevenit nos; consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriae voluntatis est.

316 35, 63. Ecce quemadmodum sine exemplo est in hominibus 1737
perfecta iustitia, et tamen impossibilis non est. Fieret enim, si tanta voluntas adhiberetur, quanta sufficit tantae rei. Esset autem tanta, si et nihil eorum, quae pertinent ad iustitiam, nos
336 lateret, et ea sic delectarent animum, ut, quidquid aliud voluptatis dolorisve impedit, delectatio illa superaret; quod ut non sit, non ad impossibilitatem, sed ad iudicium Dei pertinet.

De civitate Dei, 413—426.

285 L. 1, c. 13. Nec ideo tamen contemnenda et abicienda 1738
sunt corpora defunctorum maximeque iustorum atque fidelium, quibus tamquam organis et vasis ad omnia bona opera sancte usus est Spiritus. Si enim paterna vestis et anulus, ac si quid huius modi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes maior affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quae utique multo familiarius atque coniunctius quam quaelibet indumenta gestamus.

246 4, 20. Unde autem sciunt illi [gentiles] quid sit fides, cuius 1739
primum et maximum officium est, ut in verum credatur Deum? Sed cur non suffecerat et virtus? Nonne ibi est et fides?

120 5, 9, n. 4. Qui enim non est praescius omnium futurorum, 1740
337 non est utique Deus. Quapropter et voluntates nostrae tantum

---

1736. ML 44, 240. 1737. ML 44, 242.
1738. CV 40 (ed. E. Hoffmann, 1899—1900), 1, 25; ML 41, 27.
1739. CV 40, 1, 187; ML 41, 127. 1740. CV 40, 1, 228; ML 41, 152.

valent, quantum Deus eas valere voluit atque praescivit; et ideo, quidquid valent, certissime valent; et quod facturae sunt, ipsae omnino facturae sunt, quia valituras atque facturas ille praescivit, cuius praescientia falli non potest.

1741 5, 10, 1. Recte [Deus] omnipotens dicitur, qui tamen mori 194
et falli non potest. Dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult; quod ei si accideret, nequaquam esset omnipotens. Unde propterea quaedam non potest, quia omnipotens est.

1742 5, 10, 2. Non ergo propterea nihil est in nostra voluntate, 12
quia Deus praescivit quid futurum esset in nostra voluntate. 12
Non enim qui hoc praescivit, nihil praescivit. Porro si ille qui praescivit quid futurum esset in nostra voluntate, non utique nihil, sed aliquid praescivit; profecto et illo praesciente est aliquid in nostra voluntate. Quocirca nullo modo cogimur, aut retenta praescientia Dei tollere voluntatis arbitrium, aut retento voluntatis arbitrio Deum (quod nefas est) negare praescium futurorum; sed utrumque amplectimur, utrumque fideliter et veraciter confitemur.... Neque enim ideo peccat 122
homo, quia Deus illum peccaturum esse praescivit; immo ideo non dubitatur ipsum peccare, cum peccat, quia ille cuius praescientia falli non potest, non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse praescivit.

1743 10, 3, 2. Ipse [Deus] fons nostrae beatitudinis, ipse omnis 606
appetitionis est finis. Hunc eligentes vel potius religentes 1
(amiseramus enim neglegentes), hunc ergo religentes, unde et religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quiescamus, ideo beati, quia illo fine perfecti.

1744 10, 5. Nec quod ab antiquis patribus alia sacrificia facta 514
sunt in victimis pecorum, quae nunc Dei populus legit, non facit, aliud intellegendum est, nisi rebus illis eas res fuisse significatas, quae aguntur in nobis, ad hoc ut inhaereamus 520
Deo et ad eumdem finem proximo consulamus. Sacrificium 437
ergo visibile invisibilis sacrificii sacramentum, id est sacrum signum, est.

1745 10, 20. Et sacerdos est [Christus], ipse offerens, ipse et 418
oblatio. Cuius rei sacramentum cotidianum esse voluit ec- 513
clesiae sacrificium, quae cum ipsius capitis corpus sit, se ipsam per ipsum discit offerre.

1746 11, 2. Quia ipsa mens, cui ratio et intellegentia naturaliter 4
inest, vitiis quibusdam tenebrosis et veteribus invalida est, 255
non solum ad inhaerendum fruendo, verum etiam ad perferendum incommutabile lumen, donec de die in diem re-

1741. CV 40, 1, 229; ML 41, 152. 1742. CV 40, 1, 230; ML 41, 153.
1743. CV 40, 1, 450; ML 41, 280. 1744. CV 40, 1, 452; ML 41, 282.
1745. CV 40, 1, 481; ML 41, 298. 1746. CV 40, 1, 513; ML 41, 318.

novata atque sanata fiat tantae felicitatis capax, fide primum
23 fuerat imbuenda atque purganda. In qua ut fidentius ambularet ad veritatem, ipsa veritas, Deus Dei Filius, homine assumpto, non Deo consumpto, eamdem constituit et fundavit fidem, ut ad hominis Deum iter esset homini per hominem
423 Deum. Hic est enim *mediator Dei et hominum homo Christus Iesus* [1 Tim 2, 5]. Per hoc enim mediator, per quod homo, per hoc et via. . . . Sola est autem adversus omnes errores via munitissima, ut idem ipse sit Deus et homo, quo itur, Deus, qua itur, homo.

196 11, 6. Si litterae sacrae maximeque veraces ita dicunt, *in* 1747
principio fecisse *Deum caelum et terram* [Gn 1, 1], ut nihil antea fecisse intellegatur, quia hoc potius in principio fecisse diceretur, si quid fecisset ante cetera cuncta quae fecit; procul dubio non est mundus factus in tempore, sed cum tempore.

96 11, 10, 1. Trinitas unus est Deus, nec ideo non simplex, 1748
178 quia Trinitas . . . sed ideo simplex dicitur, quoniam quod habet, hoc est, excepto quod relative quaeque persona ad alteram dicitur. Nam utique Pater habet Filium, nec tamen ipse est Filius; et Filius habet Patrem, nec tamen ipse est Pater.

306 11, 13. Cuivis iam non difficulter occurrit utroque coniuncto 1749
effici beatitudinem, quam recto proposito intellectualis natura desiderat; hoc est, ut et bono incommutabili, quod Deus est,
309 sine ulla molestia perfruatur, et in eo se in aeternum esse mansurum, nec ulla dubitatione cunctetur, nec ullo errore fallatur.

75 11, 24. Cum sit et Pater spiritus et Filius spiritus et Pater 1750
sanctus et Filius sanctus, proprie tamen ipse vocatur Spiritus Sanctus, tamquam sanctitas substantialis et consubstantialis amborum.

91 11, 24. In eo vero quod dicitur: *Vidit Deus quia bonum est* 1751
[Gn 1, 10], satis significatur Deum nulla necessitate, nulla suae
93 cuiusquam utilitatis indigentia, sed sola bonitate fecisse quod factum est, id est, quia bonum est.

07 11, 29. Illi quippe angeli sancti non per verba sonantia 1752
49 Deum discunt, sed per ipsam praesentiam immutabilis veritatis, hoc est, Verbum eius unigenitum, et ipsum Verbum et Patrem et eorum Spiritum Sanctum; eamque esse inseparabilem Trinitatem, singulasque in ea personas esse substantiam, et tamen omnes non tres deos esse, sed unum Deum, ita noverunt, ut iis magis ista quam nos ipsi nobis cogniti simus.

1747. CV 40, 1, 519; ML 41, 321. 1748. CV 40, 1, 526; ML 41, 325.
1749. CV 40, 1, 531; ML 41, 328. 1750. CV 40, 1, 547; ML 41, 338.
1751. CV 40, 1, 548; ML 41, 338. 1752. CV 40, 1, 556; ML 41, 343.

1753 12, 6. Proinde causa beatitudinis angelorum bonorum ea verissima reperitur, quod ei adhaerent qui summe est. Cum vero causa miseriae malorum angelorum quaeritur, ea merito occurrit, quod ab illo qui summe est aversi, ad se ipsos conversi sunt, qui non summe sunt. . . . Cum enim se voluntas relicto superiore ad inferiora convertit, efficitur mala, non quia malum est quo se convertit, sed quia perversa est ipsa conversio. Idcirco non res inferior voluntatem malam fecit, sed rem inferiorem prave atque inordinate ipsa, quia facta est, appetivit. Si enim aliqui duo aequaliter affecti animo et corpore videant unius corporis pulchritudinem, qua visa unus eorum ad illicite perfruendum moveatur, alter in voluntate pudica stabilis perseveret, quid putamus esse causae, ut in illo fiat, in illo non fiat voluntas mala? . . . Si eadem tentatione ambo tententur et unus ei cedat atque consentiat, alter idem qui fuerat perseveret; quid aliud apparet, nisi unum noluisse, alterum voluisse a castitate deficere? Unde nisi propria voluntate, ubi eadem fuerat in utroque corporis et animi affectio?

1754 12, 7. Nemo igitur quaeret efficientem causam malae voluntatis; non enim est efficiens, sed deficiens; quia nec illa effectio, sed defectio. Deficere namque ab eo quod summe est, ad id quod minus est, hoc est incipere habere voluntatem malam. Causas porro defectionum istarum, cum efficientes non sint, ut dixi, sed deficientes, velle invenire, tale est ac si quisquam velit videre tenebras, vel audire silentium.

1755 12, 9, 2. Nam et hoc discutiendum est, si boni angeli ipsi in se fecerunt bonam voluntatem, utrum aliqua eam, an nulla voluntate fecerunt. Si nulla, utique nec fecerunt. Si aliqua, utrum mala, an bona? Si mala, quomodo esse potuit mala voluntas bonae voluntatis effectrix? Si bona, iam ergo habebant. Et istam quis fecerat, nisi ille qui eos cum bona voluntate, id est, cum amore casto, quo illi adhaererent, creavit, simul iis et condens naturam et largiens gratiam?

1756 12, 14 (13), 1. Quomodo enim vera beatitudo est, de cuius numquam aeternitate confiditur, dum anima venturam miseriam aut imperitissime in veritate nescit, aut infelicissime in beatitudine pertimescit?

1757 12, 17 (16). Quae saecula praeterierint antequam genus institueretur humanum, me fateor ignorare; non tamen dubito nihil omnino creaturae creatori esse coaeternum.

1758 12, 18 (17), 2. Nobis autem fas non est credere, aliter affici Deum cum vacat, aliter cum operatur; quia nec affici dicendus est, tamquam in eius natura fiat aliquid quod ante non fuerit.

1753. CV 40, 1, 573; ML 41, 353.
1754. CV 40, 1, 577; ML 41, 355.
1755. CV 40, 1, 580; ML 41, 357.
1756. CV 40, 1, 587; ML 41, 361.
1757. CV 40, 1, 595; ML 41, 365.
1758. CV 40, 1, 597; ML 41, 367.

Patitur quippe qui afficitur, et mutabile est omne quod aliquid patitur. . . . Sed et si prius cessavit et posterius operatus est (quod nescio quemadmodum ab homine possit intellegi), hoc procul dubio quod dicitur prius et posterius, in rebus prius non exsistentibus et posterius exsistentibus fuit.

13, 7. Quicumque etiam non percepto regenerationis la- 1759
vacro pro Christi confessione moriuntur, tantum iis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis. Qui enim dixit: *Si quis non renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non intrabit in regnum caelorum* [Io 3, 5], alia sententia istos fecit exceptos, ubi non minus generaliter ait: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in caelis est* [Mt 10, 32].

13, 15. Constat inter Christianos veraciter catholicam 1760
tenentes fidem, etiam ipsam nobis corporis mortem non lege naturae, qua nullam mortem homini Deus fecit, sed merito inflictam esse peccati.

14, 4, 1. Homo ita factus est rectus, ut non secundum se 1761
ipsum, sed secundum eum a quo factus est, viveret, id est, illius potius quam suam faceret voluntatem: non ita vivere, quemadmodum est factus ut viveret, hoc est mendacium. Beatus quippe vult esse, etiam non sic vivendo ut possit esse. Quid est ista voluntate mendacius? Unde non frustra dici potest omne peccatum esse mendacium.

14, 26. Vivebat itaque homo in paradiso sicut volebat, 1762
quamdiu hoc volebat quod Deus iusserat; vivebat fruens Deo, ex quo bono erat bonus; vivebat sine ulla egestate, ita semper vivere habens in potestate. Cibus aderat, ne esuriret; potus, ne sitiret; lignum vitae, ne illum senecta dissolveret. Nihil corruptionis in corpore vel ex corpore nullas molestias ullis eius sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus. Summa in carne sanitas, in animo tota tranquillitas. Sicut in paradiso nullus aestus aut frigus, sic in eius habitatore nulla ex cupiditate vel timore accidebat bonae voluntatis offensio.

14, 28. Fecerunt itaque civitates duas amores duo: terrenam 1763
scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caelestem vero amor Dei usque ad contemptum sui. Denique illa in se ipsa, haec in Domino gloriatur. Illa enim quaerit ab hominibus gloriam; huic autem Deus conscientiae testis, maxima est gloria.

15, 6. Spiritus autem Sanctus operatur intrinsecus, ut valeat 1764
aliquid medicina, quae adhibetur extrinsecus. Alioquin etiamsi

---

1759. CV 40, 1, 622; ML 41, 381. 1760. CV 40, 1, 633; ML 41, 387.
1761. CV 40, 2, 7; ML 41, 407. 1762. CV 40, 2, 53; ML 41, 434.
1763. CV 40, 2, 56; ML 41, 436. 1764. CV 40, 2, 67; ML 41, 442.

Deus ipse utens creatura sibi subdita in aliqua specie humana sensus alloquatur humanos, sive istos corporis, sive illos, quos istis simillimos habemus in somnis, nec interiore gratia mentem regat atque agat, nihil prodest homini omnis praedicatio veritatis.

1765 16, 2, 1. Multa ad fidem catholicam pertinentia, dum haereticorum cal[l]ida inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, et considerantur diligentius et intelleguntur clarius et instantius praedicantur et ab adversario mota quaestio discendi exsistit occasio.

1766 17, 6, 2. *Et quaeret Dominus sibi hominem* [1 Rg 13, 14]: sive David, sive ipsum mediatorem significans testamenti novi, qui figurabatur in chrismate etiam quo unctus est ipse David et progenies eius. Non autem quasi nesciat ubi sit, ita sibi hominem Deus quaerit; sed per hominem more hominum loquitur; quia et sic loquendo nos quaerit.

1767 18, 38. In historia regum Iuda et regum Israel, quae res gestas continet, de quibus eidem scripturae canonicae credimus, commemorantur plurima, quae ibi non explicantur et in libris dicuntur aliis inveniri, quos prophetae scripserunt, et alicubi eorum quoque prophetarum nomina non tacentur [1 Par 29, 29; 2 Par 9, 29]; nec tamen inveniuntur in canone, quem recepit populus Dei. Cuius rei, fateor, causa me latet, nisi quod existimo etiam ipsos, quibus ea, quae in auctoritate religionis esse deberent, Sanctus utique Spiritus revelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut prophetas inspiratione divina scribere potuisse, atque haec ita fuisse distincta, ut illa tamquam ipsis, ista vero tamquam Deo per ipsos loquenti iudicarentur esse tribuenda, ac sic illa pertinerent ad ubertatem cognitionis, haec ad religionis auctoritatem, in qua auctoritate custoditur canon.

1768 20, 6, 2. Sicut ergo duae sunt regenerationes, de quibus iam supra locutus sum: una secundum fidem, quae nunc fit per baptismum; alia secundum carnem, quae fit in eius incorruptione atque immortalitate per iudicium magnum atque novissimum: ita sunt et resurrectiones duae: una prima, quae et nunc est et animarum est, quae venire non permittit in mortem secundam; alia secunda, quae non nunc, sed in saeculi fine futura est, nec animarum, sed corporum est, quae per ultimum iudicium alios mittet in secundam mortem, alios in eam vitam, quae non habet mortem.

1769 20, 7, 1. De his duabus resurrectionibus idem Ioannes evangelista in libro qui dicitur Apocalypsis eo modo locutus est,

---

1765. CV 40, 2, 124; ML 41, 477.
1766. CV 40, 2, 228; ML 41, 537.
1767. CV 40, 2, 328; ML 41, 598.
1768. CV 40, 2, 438; ML 41, 666.
1769. CV 40, 2, 439; ML 41, 666.

ut earum prima a quibusdam nostris non intellecta, insuper etiam in quasdam ridiculas fabulas verteretur. Ait quippe in libro memorato Ioannes apostolus: *Et vidi angelum descendentem de caelo* etc. [Apc 20, 1—6]. Qui propter haec huius libri verba primam resurrectionem futuram suspicati sunt corporalem, inter cetera maxime numero annorum mille permoti sunt, tamquam oporteret in sanctis eo modo velut tanti temporis fieri sabbatismum, vacatione scilicet sancta post labores annorum sex milium, ex quo creatus est homo. . . . Quae opinio esset utcumque tolerabilis, si aliquae deliciae spiritales in illo sabbato adfuturae sanctis per Domini praesentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando [cf. n. 1521].

20, 9, 2. Neque enim piorum animae mortuorum separantur 1770
ab ecclesia, quae nunc etiam est regnum Christi. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi.

20, 19, 4. Non veniet ad vivos et mortuos iudicandos Christus, 1771
nisi prius venerit ad seducendos in anima mortuos adversarius eius antichristus; quamvis ad occultum iam iudicium Dei pertineat quod ab illo seducentur.

21, 3, 1. Sic est anima conexa huic corpori, ut summis 1772
doloribus cedat, atque discedat; quoniam et ipsa compago membrorum atque vitalium sic infirma est, ut eam vim, quae magnum vel summum dolorem facit, non valeat sustinere. Tunc autem tali corpori anima et eo conectetur modo, ut illud vinculum, sicut nulla temporis longitudine solvetur, ita nullo dolore rumpatur. . . . Sempiterna mors erit, quando nec vivere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. Prima mors animam nolentem pellit e corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore.

21, 8, 2. Omnia quippe portenta contra naturam dicimus 1773
esse, sed non sunt. Quo modo est enim contra naturam quod Dei fit voluntate, cum voluntas tanti utique conditoris conditae rei cuiusque natura sit? Portentum ergo fit non contra naturam, sed contra quam est nota natura. . . . 5. Sicut ergo non fuit impossibile Deo quas voluit instituere, sic ei non est impossibile, in quidquid voluerit, quas instituit, mutare naturas.

21, 10, 1. Cur non dicamus, quamvis miris, tamen veris 1774
modis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi, si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporei, et nunc potuerunt includi corporalibus membris, et tunc poterunt

---

1770. CV 40, 2, 451; ML 41, 674. 1771. CV 40, 2, 474; ML 41, 687.
1772. CV 40, 2, 514; ML 41, 710. 1773. CV 40, 2, 531; ML 41, 721.
1774. CV 40, 2, 536; ML 41, 724.

corporum suorum vinculis insolubiliter alligari?... 2. Gehenna illa, quod etiam stagnum ignis et sulphuris dictum est [Apc 20, 10], corporeus ignis erit et cruciabit corpora damnatorum, aut et hominum et daemonum, solida hominum, aëria daemonum; aut tantum hominum corpora cum spiritibus, daemones autem spiritus sine corporibus, haerentes sumendo poenam, non impertiendo vitam corporalibus ignibus. Unus quippe utrisque ignis erit, sicut Veritas dixit [Mt 25, 41].

1775 21, 11. Peccata, quae vindicantur longissimi temporis poenis, brevissimo tempore perpetrantur; nec quisquam exstitit qui censeret tam cito nocentium finienda esse tormenta, quam cito factum est vel homicidium vel adulterium vel sacrilegium vel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudine, sed iniquitatis et impietatis magnitudine metiendum.

1776 21, 13. Temporarias poenas alii in hac vita tantum, alii post mortem, alii et nunc et tunc, verumtamen ante iudicium illud severissimum novissimumque patiuntur. Non autem omnes veniunt in sempiternas poenas, quae post illud iudicium sunt futurae, qui post mortem sustinent temporales.

1777 21, 15. Unicus natura Dei Filius propter nos misericordia factus est hominis filius, ut nos, natura filii hominis, filii Dei per illum gratia fieremus.... Sicut enim per unum hominem [Rom 5, 12] peccantem in hoc tam grave malum devenimus; ita per unum hominem eumdemque Deum iustificantem ad illud bonum tam sublime veniemus.

1778 21, 16. Purgatorias autem poenas nullas futuras opinetur, nisi ante illud ultimum tremendumque iudicium. Nequaquam tamen negandum est etiam ipsum aeternum ignem pro diversitate meritorum quamvis malorum aliis leviorem, aliis futurum esse graviorem, sive ipsius vis atque ardor pro poena digna cuiusque varietur, sive ipse aequaliter ardeat, sed non aequali molestia sentiatur.

1779 21, 23. Quale est aeternum supplicium pro igne diuturni temporis existimare, et vitam aeternam credere sine fine, cum Christus eodem ipso loco, in una eademque sententia dixerit utrumque complexus: *Sic ibunt isti in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam* [Mt 25, 46]? Si utrumque aeternum, profecto aut utrumque cum fine diuturnum, aut utrumque sine fine perpetuum debet intellegi. Par pari enim relata sunt, hinc supplicium aeternum, inde vita aeterna. Dicere autem in hoc uno eodemque sensu: Vita aeterna sine fine erit, supplicium aeternum finem habebit, multum absurdum est.

1775. CV 40, 2, 540; ML 41, 726.
1776. CV 40, 2, 543; ML 41, 728.
1777. CV 40, 2, 545; ML 41, 729.
1778. CV 40, 2, 548; ML 41, 731.
1779. CV 40, 2, 557; ML 41, 736.

587 21, 24, 2. Pro defunctis quibusdam vel ipsius ecclesiae 1780
588 vel quorumdam piorum exauditur oratio, sed pro his, quorum in Christo regeneratorum nec usque adeo vita in corpore male gesta est, ut tali misericordia iudicentur digni non esse, nec usque adeo bene, ut talem misericordiam reperiantur necessariam non habere.

548 21, 27, 4. Oratio cotidiana, quam docuit ipse Iesus, unde 1781
et dominica nominatur, delet quidem cotidiana peccata, cum cotidie dicitur: *Dimitte nobis debita nostra* [Mt 6, 12].

198 22, 1, 2. Ipse est [Deus], qui in principio condidit mundum, 1782
199 plenum bonis omnibus visibilibus atque intellegibilibus rebus, in quo nihil melius instituit quam spiritus, quibus intellegentiam dedit, et suae contemplationis habiles capacesque sui
203 praestitit . . .; qui liberum arbitrium eidem intellectuali naturae tribuit tale, ut, si vellet deserere Deum, beatitudinem scilicet suam, continuo miseria sequeretur.

28 22, 5. Incredibile est Christum resurrexisse in carne et in 1783
caelum ascendisse cum carne; incredibile est mundum rem tam incredibilem credidisse; incredibile est homines ignobiles, infimos, paucissimos, imperitos rem tam incredibilem tam efficaciter mundo et in illo etiam doctis persuadere potuisse.... Si vero per apostolos Christi, ut iis crederetur resurrectionem atque ascensionem praedicantibus Christi, etiam ista miracula facta esse non credunt, hoc nobis unum grande miraculum sufficit, quod eam terrarum orbis sine ullis miraculis credidit.

6 22, 8, 1. Cur, inquiunt, nunc illa miracula, quae prae- 1784
dicatis facta esse, non fiunt? Possem quidem dicere necessaria fuisse, priusquam crederet mundus, ad hoc ut crederet
28 mundus. Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirit, magnum est ipse prodigium, qui mundo credente non credit. Verum hoc ideo dicunt, ut nec tunc illa miracula facta fuisse cre-
25 dantur. Unde ergo tanta fide Christus usquequaque cantatur
427 in caelum cum carne sublatus? . . . Nam facta esse multa miracula, quae attestarentur illi uni grandi salubrique miraculo, quo Christus in caelum cum carne in qua resurrexit
16 ascendit, negare non possumus. In iisdem quippe veracissimis libris cuncta conscripta sunt, et quae facta sunt, et propter quod credendum facta sunt.

598 22, 20, 1. Absit autem, ut ad resuscitanda corpora vitae- 1785
que reddenda non possit omnipotentia creatoris omnia revocare, quae vel bestiae, vel ignis absumpsit, vel in pulverem cineremve collapsum, vel in humorem solutum, vel in auras
300 est exhalatum. . . . 3. Si contenditur in ea quemque statura

---

1780. CV 40, 2, 559; ML 41, 737. 1781. CV 40, 2, 576; ML 41, 748.
1782. CV 40, 2, 582; ML 41, 751. 1783. CV 40, 2, 589; ML 41, 756.
1784. CV 40, 2, 595; ML 41, 760. 1785. CV 40, 2, 631; ML 41, 782.

corporis resurrecturum esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendum est; tantum absit omnis deformitas, omnis 610
infirmitas, omnis tarditas, omnisque corruptio.

1786 22, 29, 1. *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc* 107
autem facie ad faciem [1 Cor 13, 12]. Sic iam vident sancti 607
angeli, qui etiam nostri angeli dicti sunt. . . . Sicut ergo illi vident, ita et nos visuri sumus; sed nondum ita videmus. Propter quod ait apostolus, quod paulo ante dixi: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.* Praemium itaque fidei nobis visio ista servatur, de qua et Ioannes apostolus loquens: *Cum apparuerit,* inquit, *similes ci erimus, quoniam videbimus eum sicuti est* [1 Io 3, 2]. Facies autem Dei manifestatio eius intellegenda est, non aliquod tale membrum, quale nos habemus in corpore atque isto nomine nuncupamus. 2. Quapropter cum ex me quaeritur, quid acturi 106
sint sancti in illo corpore spiritali, non dico quod iam video, sed dico quod credo, secundum illud quod in psalmo lego: *Credidi, propter quod locutus sum* [Ps 115, 10]. Dico itaque: Visuri sunt Deum in ipso corpore; sed utrum per ipsum, sicut per corpus nunc videmus solem, lunam, stellas, mare, ac terram, et quae sunt in ea, non parva quaestio est.

1787 22, 29, 6. Incorporeum Deum omnia regentem etiam per 106
corpora contuebimur. Aut ergo sic per illos oculos videbitur Deus, ut aliquid habeant in tanta excellentia menti simile, quo et incorporea natura cernatur, quod ullis exemplis sive scripturarum testimoniis divinarum vel difficile est vel impossibile ostendere; aut quod est ad intellegendum facilius, ita Deus nobis erit notus atque conspicuus, ut videatur spiritu a singulis nobis in singulis nobis, videatur ab altero in altero, videatur in se ipso, videatur in caelo novo et terra nova, atque in omni quae tunc fuerit creatura.

1788 22, 30, 1. Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, 607
nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus? . . . Qui motus illic talium corporum sint futuri, 610
temere definire non audeo, quod excogitare non valeo. Tamen et motus et status, sicut ipsa species, decens erit, ubi, quicumque erit, quod non decebit, non erit. Certe ubi volet spiritus, ibi erit protinus corpus; nec volet aliquid spiritus, quod nec spiritum possit decere, nec corpus. . . . Praemium 606
virtutis erit ipse, qui virtutem dedit, eique se ipsum, quo melius et maius nihil possit esse, promisit. . . . Sic enim et illud recte intellegitur, quod ait apostolus: *Ut sit Deus omnia in omnibus* [1 Cor 15, 28]. Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fati- 609

1786. CV 40, 2, 657; ML 41, 797. 1787. CV 40, 2, 663; ML 41, 800.
1788. CV 40, 2, 664; ML 41, 801.

gatione laudabitur.... 5. Ibi vacabimus et videbimus, videbimus et amabimus, amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine.

De bono viduitatis, 414.

C. 9, n. 12. In coniugali quippe vinculo si pudicitia conservatur, damnatio non timetur; sed in viduali et virginali continentia excellentia muneris amplioris expetitur; qua expetita et electa et voti debito oblata, iam non solum capessere nuptias, sed, etiamsi non nubatur, nubere velle damnabile est. 1789

12, 15. De tertiis et de quartis et de ultra pluribus nuptiis solent homines movere quaestionem. Unde ut breviter respondeam, nec ullas nuptias audeo damnare, nec iis verecundiam numerositatis auferre. 1790

De natura et gratia, 415.

C. 4, n. 4. Haec autem Christi gratia, sine qua nec infantes nec aetate grandes salvi fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur; propter quod et gratia nominatur. *Iustificati,* inquit, *gratis per sanguinem ipsius* [Rom 3, 24]. Unde ii, qui non per illam liberantur, sive quia audire nondum potuerunt, sive quia oboedire noluerunt, sive etiam cum per aetatem audire non possent, lavacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salvi fierent, non acceperunt, iuste utique damnantur, quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. *Omnes enim peccaverunt,* sive in Adam, sive in se ipsis, *et egent gloria Dei* [ib. 23]. 1791

26, 29. Ipse autem Deus, cum per *mediatorem Dei et hominum hominem Iesum Christum* [1 Tim 2, 5] spiritualiter sanat aegrum vel vivificat mortuum, id est, iustificat impium, et cum ad perfectam sanitatem, hoc est, ad perfectam vitam iustitiamque, perduxerit, non deserit si non deseratur, ut pie semper iusteque vivatur. Sicut enim oculus corporis etiam plenissime sanus, nisi candore lucis adiutus, non potest cernere: sic et homo etiam perfectissime iustificatus, nisi aeterna luce iustitiae divinitus adiuvetur, recte non potest vivere. 1792

31, 35. Operamur et nos, sed illo operante cooperamur, quia misericordia eius praevenit nos [Ps 58, 11]. Praevenit autem ut sanemur, quia et subsequetur ut etiam sanati vegetemur; praevenit ut vocemur, subsequetur ut glorificemur; 1793

1789. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 317; ML 40, 437.
1790. CV 41, 320; ML 40, 439.
1791. ML 44, 249. 1792. ML 44, 261. 1793. ML 44, 264.

praevenit ut pie vivamus, subsequetur ut cum illo semper vivamus, quia sine illo nihil possumus facere [Io 15, 5].

1794 36, 42. Excepta itaque sancta virgine Maria, de qua propter 42
honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, 43
haberi volo quaestionem — unde enim scimus, quid ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quae concipere ac parere meruit quem constat nullum habuisse peccatum? — hac ergo virgine excepta, si omnes illos 31
sanctos et sanctas, cum hic viverent, congregare possemus et interrogare utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus? Utrum hoc quod iste [Pelagius] dicit, an quod Ioannes apostolus? Rogo vos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, nonne una voce clamassent: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est* [1 Io 1, 8]?

1795 43, 50. Non igitur Deus impossibilia iubet, sed iubendo 33
admonet et facere quod possis, et petere quod non possis. 34
Iam nunc videamus unde possit, unde non possit. Iste [Pelagius] dicit: Voluntate non est, quod natura potest. Ego dico: Voluntate quidem non est homo iustus, si natura potest, sed medicina poterit, quod vitio non potest.

1796 53, 62. *Video aliam legem in membris meis* etc. [Rom 7, 23.] 34
Ecce quod vitium naturae humanae inoboedientia voluntatis inflixit. Orare sinatur, ut sanetur. Quid tantum de naturae possibilitate praesumitur? Vulnerata, sauciata, vexata, perdita est; vera confessione, non falsa defensione opus habet.

1797 57, 67. Sub lege est, qui timore supplicii quod lex minatur, 58
non amore iustitiae, se sentit abstinere ab opere peccati, nondum liber nec alienus a voluntate peccandi. In ipsa enim voluntate reus est, qua mallet, si fieri posset, non esse quod timeat, ut libere faciat quod occulte desiderat.

1798 70, 84. Caritas ergo incohata incohata iustitia est; caritas 27
provecta provecta iustitia est; caritas magna magna iustitia est; caritas perfecta perfecta iustitia est; sed caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta.

De perfectione iustitiae hominis, 415.

1799 C. 8, n. 19. *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus* [Phil 3, 15]; 24
id est, quotquot perfecte currimus, hoc sapiamus, quod nondum perfecti sumus, ut illic perficiamur, quo perfecte adhuc currimus; ut, *cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruatur* [1 Cor 13, 10]; id est, non iam ex parte sit, sed

---

1794. ML 44, 267. 1795. ML 44, 271. 1796. ML 44, 277.
1797. ML 44, 280. 1798. ML 44, 290.
1799. CV 42 (ed. C. F. Urba et I. Zycha, 1902), 17; ML 44, 300.

ex toto; quia fidei et spei iam res ipsa, non quae credatur
274 et speretur, sed quae videatur teneaturque, succedet; *caritas* autem, quae *in his tribus maior* est, non auferatur [ib. 13]; sed augeatur et impleatur, contemplata quod credebat, et quod sperabat indepta.

365 15, 33. Quantalibet enim iustitia sit praeditus homo, cogi- 1800
tare debet, ne aliquid in illo, quod ipse non videt, inveniatur esse culpandum, cum rex iustus sederit in throno, cuius cogitationem fugere delicta non possunt, nec illa de quibus dictum est: *Delicta quis intellegit?* [Ps 18, 13.]

316 21, 44. Si excepto illo capite nostro, sui corporis salvatore, 1801
asseruntur vel fuisse in hac vita vel esse aliqui homines iusti sine aliquo peccato, sive numquam consentiendo desideriis eius, sive quia pro nullo peccato habendum est, quod tantum est, ut hoc pietati non imputet Deus (quamvis aliter sit beatus sine peccato, aliter autem *beatus cui non imputat Dominus peccatum* [Ps 31, 2]), non nimis existimo reluctandum. Scio enim quibusdam esse visum, quorum de hac re sententiam non audeo reprehendere, quamquam nec defendere valeam.
341 Sed plane quisquis negat nos orare debere, ne intremus in tentationem (negat autem hoc qui contendit ad non peccandum gratiae Dei adiutorium non esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanam sufficere voluntatem), ab auribus omnium removendum, et ore omnium anathemandum esse non dubito.

Ad Orosium contra Priscillianistas et Origenistas, 415.

594 C. 6, n. 7. *Ibunt illi in ambustionem aeternam, iusti autem* 1802
609 *in vitam aeternam* [Mt 25, 46]. In utroque graecus αἰώνιον habet. Si misericordia nos provocat credere non futurum impiorum sine fine supplicium, quid de praemio iustorum crediturі sumus, cum in utraque parte, eodem loco, eadem
608 sententia, eodem verbo pronuntietur aeternitas? An iterum etiam iustos ex illa sanctificatione et vita aeterna in peccatorum immunditiam atque in mortem relapsuros esse dicemus? Absit hoc a christianae fidei sanitate. Utrumque igitur sine fine dictum est aeternum, hoc est, αἰώνιον.

18 8, 9. In Dei sapientia omnium faciendarum rerum rationes 1803
192 esse potuerunt, non tamen factae. Omnia enim per ipsam facta sunt, non et ipsa facta est, quia et ipsa est Verbum de quo dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt* [Io 1, 3]. Noverat ergo Deus omnia quae fecit antequam faceret. Non enim possumus eum dicere ignorata fecisse et ea non nisi facta didicisse.

1800. CV 42, 34; ML 44, 309.
1801. CV 42, 48; ML 44, 316.
1802. ML 42, 673.
1803. ML 42, 674.

1804 9, 12. Sicut in evangelio, quamvis verum sit omnino quod 71
dicta sint, non tamen omnia quae dicta sunt vera esse creduntur; quoniam multa a Iudaeis falsa et impia dicta esse verax evangelii scriptura testatur: sic in hoc libro [Iob], ubi multae personae locutae esse narrantur, non solum quid dicatur, sed a quo etiam dicatur considerandum est. . . . Quando inquirentes, probari nobis aliquid volumus testimonio sanctorum eloquiorum, non nobis dicatur credendum esse etiam quod in evangelio scriptum est, si forte evangelista eum hoc dixisse commemorat, cui fides habenda non est.

1805 11, 14. Certe ait apostolus: *sive sedes, sive dominationes,* 205
sive principatus, sive potestates [Col 1, 16]. Et esse itaque sedes, dominationes, principatus, potestates in caelestibus apparatibus, firmissime credo et differre inter se aliquid indubitata fide teneo. Sed, quo me contemnas, quem magnum putas esse doctorem, quaenam ista sint et quid inter se differant nescio.

In Ioannis evangelium tractatus, 416/7.

1806 Tr. 3, n. 4. Non distas a pecore nisi intellectu; noli aliunde 228
gloriari. De viribus praesumis? A bestiis vinceris. De velocitate praesumis? A muscis vinceris. De pulchritudine praesumis? Quanta pulchritudo est in pennis pavonis? Unde ergo melior es? Ex imagine Dei. Ubi imago Dei? In mente, in intellectu.

1807 3, 9. Quid est gratia? Gratis data. Quid est gratis data? 340
Donata, non reddita. Si debebatur, merces reddita est, non gratia donata; si autem vere debebatur, bonus fuisti; si autem, ut verum est, malus fuisti, credidisti autem *in eum qui iustificat impium* [Rom 4, 5] (quid est *qui iustificat impium*? Ex impio facit pium): cogita quid per legem tibi imminere debebat, et quid per gratiam consecutus sis. Consecutus autem istam gratiam fidei, eris iustus ex fide; *Iustus* enim *ex fide vivit* [Rom 1, 17; Hab 2, 4]; et promereberis Deum vivendo ex fide; cum promerueris Deum vivendo ex fide, accipies praemium 367
immortalitatem et vitam aeternam. Et illa gratia est. Nam pro quo merito accipis vitam aeternam? Pro gratia.

1808 4, 10. Non enim in iniquitate conceptus est [Christus], quia 397
non de mortalitate conceptus est; nec eum in peccatis mater eius in utero aluit, quem virgo concepit, virgo peperit, quia 430
fide concepit et fide suscepit. Ergo *ecce agnus Dei* [Io 1, 29]. 431
Non habet iste traducem de Adam; carnem tantum sumpsit 379
de Adam, peccatum non assumpsit.

1809 5, 1. Nemo habet de suo nisi mendacium et peccatum. 309
Si quid autem homo habet veritatis atque iustitiae, ab illo

1804. ML 42, 676. 1805. ML 42, 678. 1806. ML 35, 1398.
1807. ML 35, 1400. 1808. ML 35, 1410. 1809. ML 35, 1414.

fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati et in hac peregrinatione interim consolati, ne deficiamus in via, venire ad eius requiem satietatemque possimus.

449 5, 18. *Quamvis ipse non baptizaret, sed discipuli eius* [Io 4, 2]. 1810
Ipse, et non ipse; ipse potestate, illi ministerio; servitutem ad baptizandum illi admovebant, potestas baptizandi in Christo permanebat. Ergo baptizabant discipuli eius, et ibi adhuc
451 erat Iudas inter discipulos eius; quos ergo baptizavit Iudas, non sunt iterum baptizati; et quos baptizavit Ioannes, iterum baptizati sunt? Plane iterum, sed non iterato baptismo. Quos enim baptizavit Ioannes, Ioannes baptizavit; quos autem baptizavit Iudas, Christus baptizavit. Sic ergo quos baptizavit ebriosus, quos baptizavit homicida, quos baptizavit adulter, si baptismus Christi erat, Christus baptizavit.

393 7, 4. Oportebat ergo ut ille baptizaret qui est Filius Dei 1811
unicus, non adoptatus. Adoptati filii ministri sunt unici; unicus habet potestatem, adoptati ministerium.

570 9, 2. Per hoc ergo Dominus invitatus venit ad nuptias, 1812
ut coniugalis castitas firmaretur, et ostenderetur sacramentum nuptiarum; quia et illarum nuptiarum sponsus personam Domini figurabat, cui dictum est: *Servasti vinum bonum usque adhuc* [Io 2, 10]. Bonum enim vinum Christus servavit usque adhuc, id est, evangelium suum.

227 9, 10. In ipso exordio Adam et Eva parentes omnium 1813
gentium erant, non tantummodo Iudaeorum; et quidquid figurabatur in Adam de Christo, ad omnes utique gentes pertinebat, quibus salus est in Christo.

448 9, 10. Iam licet nobis ubique Christum quaerere. . . . 1814
Dormit Adam ut fiat Eva; moritur Christus ut fiat ecclesia. Dormienti Adae fit Eva de latere; mortuo Christo lancea percutitur latus, ut profluant sacramenta, quibus formetur ecclesia. Cui non appareat quia in illis tunc factis futura figurata sunt, quandoquidem dicit apostolus ipsum Adam formam futuri esse? *Qui est,* inquit, *forma futuri* [Rom 5, 14].

457 11, 3. Tales sunt omnes catechumeni; ipsi iam credunt 1815
in nomine Christi, sed Iesus non se credit iis. Intendat et intellegat caritas vestra. Si dixerimus catechumeno: Credis
287 in Christum? respondet: Credo, et signat se; iam crucem Christi portat in fronte, et non erubescit de cruce Domini
485 sui. Ecce credidit in nomine eius. Interrogemus eum: Manducas carnem Filii hominis et bibis sanguinem Filii hominis? nescit quid dicimus, quia Iesus non se credidit ei.

1810. ML 35, 1424. 1811. ML 35, 1439. 1812. ML 35, 1459.
1813. ML 35, 1463. 1814. ML 35, 1463 1815. ML 35, 1476.

1816 14, 7. Quomodo enim tu verbum quod loqueris in corde habes, et apud te est, et ipsa conceptio spiritalis est, . . . sic Deus edidit Verbum, hoc est, genuit Filium. Et tu quidem ex tempore gignis verbum etiam in corde; Deus sine tempore genuit Filium, per quem creavit omnia tempora. 163 157 181

1817 15, 4. Quid est baptismus Christi? *Lavacrum aquae in verbo* [Eph 5, 26]. Tolle aquam, non est baptismus; tolle verbum, non est baptismus. 433 461

1818 23, 6. Erigat te Christus per id quod homo est, ducat te per id quod Deus homo est, perducat te ad id quod Deus est. Et tota praedicatio dispensatioque per Christum haec est, fratres, et alia non est, ut resurgant animae, resurgant et corpora. Utrumque quippe mortuum erat, corpus ex infirmitate, anima ex iniquitate. Quia utrumque mortuum erat, resurgat utrumque. Quid utrumque? Anima et corpus. Per quid ergo anima nisi per Deum Christum? Per quid corpus nisi per hominem Christum? Erat enim et in Christo anima humana, tota anima; non irrationale tantum animae, sed etiam rationale quod mens dicitur. 380 414 378

1819 24, 1. Miracula quae fecit Dominus noster Iesus Christus, sunt quidem divina opera, et ad intellegendum Deum de visibilibus admonent humanam mentem. Quia enim ille non est talis substantia quae videri oculis possit, et miracula eius quibus totum mundum regit universamque creaturam administrat, assiduitate viluerunt, ita ut paene nemo dignetur attendere opera Dei mira et stupenda in quolibet seminis grano, secundum ipsam suam misericordiam servavit sibi quaedam, quae faceret opportuno tempore praeter usitatum cursum ordinemque naturae, ut non maiora, sed insolita videndo stuperent, quibus cotidiana viluerant. Maius enim miraculum est gubernatio totius mundi, quam saturatio quinque milium hominum de quinque panibus; et tamen haec nemo miratur, illud mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est.... 2. Nec tamen sufficit haec intueri in miraculis Christi. Interrogemus ipsa miracula, quid nobis loquantur de Christo; habent enim, si intellegantur, linguam suam. Nam quia ipse Christus Verbum Dei est, etiam factum Verbi verbum nobis est. 25 6

1820 25, 12. *Respondit Iesus, et dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille* [Io 6, 29]. Hoc est ergo manducare *cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam* [ib. 27]. Utquid paras dentes et ventrem? Crede, et manducasti. 488

1821 26, 2. *Nolite murmurare ad invicem; nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum* [Io 6, 43 44]. Magna 308

1816. ML 35, 1506. 1817. ML 35, 1512. 1818. ML 35, 1585.
1819. ML 35, 1592. 1820. ML 35, 1602. 1821. ML 35, 1607.

gratiae commendatio. Nemo venit nisi tractus. Quem trahat et quem non trahat, quare illum trahat et illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare. Semel accipe, et intellege. Nondum traheris? Ora ut traharis. Quid hic dicimus, fratres? Si trahimur ad Christum, ergo inviti credimus; ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur. Intrare quisquam ecclesiam potest nolens, accedere ad altare potest nolens, accipere sacramentum potest nolens; credere non potest nisi volens.

26, 4. Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico: Parum est voluntate, etiam voluptate traheris. . . . Porro si poetae dicere licuit: «Trahit sua quemque voluptas» [*Virg.* Ecl. 2, 64]; non necessitas, sed voluptas; non obligatio, sed delectatio: quanto fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est? . . . Da amantem, et sentit quod dico. Da desiderantem, da esurientem, da in ista solitudine peregrinantem atque sitientem, et fontem aeternae patriae suspirantem: da talem, et scit quid dicam. Si autem frigido loquor, nescit quid loquor. 1822

26, 7. Videte quomodo trahit Pater: docendo delectat, non necessitatem imponendo. Ecce quomodo trahit. 1823

26, 13. *Caro mea est,* inquit, *pro mundi vita* [Io 6, 52]. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non neglegant. Fiant corpus Christi, si volunt vivere de spiritu Christi. De spiritu Christi non vivit nisi corpus Christi. . . . Inde est quod exponens nobis apostolus Paulus hunc panem, *Unus panis,* inquit, *unum corpus multi sumus* [1 Cor 10, 17]. O sacramentum pietatis! o signum unitatis! o vinculum caritatis! Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedat, credat; incorporetur, ut vivificetur. 1824

36, 1. In quattuor evangeliis, vel potius quattuor libris unius evangelii, sanctus Ioannes apostolus, non immerito secundum intellegentiam spiritualem aquilae comparatus, altius multoque sublimius aliis tribus erexit praedicationem suam; et in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit. Nam ceteri tres evangelistae tamquam cum homine Domino in terra ambulabant, de divinitate eius pauca dixerunt; istum autem quasi piguerit in terra ambulare, sicut ipso exordio sui sermonis intonuit, erexit se . . . et pervenit ad eum per quem facta sunt omnia, dicendo: *In principio erat Verbum,* etc. [Io 1, 1 sqq]. 1825

40, 9. Quid promittit credentibus, fratres? *Et cognoscetis veritatem* [Io 8, 32]. Quid enim? Non illam cognoverant, 1826

1822. ML 35, 1608. 1823. ML 35, 1610. 1824. ML 35, 1612.
1825. ML 35, 1662. 1826. ML 35, 1690.

quando Dominus loquebatur? Si non cognoverant, quomodo crediderunt? Non quia cognoverunt crediderunt, sed ut cognoscerent crediderunt. Credimus enim ut cognoscamus, non cognoscimus ut credamus. . . . Quid est enim fides, nisi credere quod non vides? Fides ergo est quod non vides credere, veritas, quod credidisti videre.

1827 44, 13. *Scimus autem quia peccatores Deus non audit,* etc. [Io 9, 31.] Adhuc inunctus loquitur. Nam et peccatores exaudit Deus. Si enim peccatores Deus non exaudiret, frustra ille publicanus oculos in terram demittens et pectus suum percutiens diceret: *Domine, propitius esto mihi peccatori* [Lc 18, 13]. Et ista confessio meruit iustificationem, quomodo iste caecus illuminationem.

1828 49, 2. Omnis qui peccat moritur. Sed mortem carnis omnis homo timet, mortem animae pauci. Pro morte carnis, quae sine dubio quandoque ventura est, curant omnes ne veniat; inde est quod laborant. Laborat ne moriatur homo moriturus, et non laborat ne peccet homo in aeternum victurus.

1829 49, 10. Habent omnes animae, cum de saeculo exierint, diversas receptiones suas. Habent gaudium bonae, malae tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, et bonorum gaudium amplius erit et malorum tormenta graviora; quando cum corpore torquebuntur. . . . Requiem quae continuo post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque cum moritur. . . . Et alii in ista requie iam diu sunt, alii non tam diu, alii paucioribus annis, alii nec recenti tempore. Cum vero ab hoc somno evigilabunt, simul omnes quod promissum est accepturi sunt.

1830 53, 6. *Non poterant credere,* quia hoc Isaias propheta praedixit [Io 12, 39; Is 6, 10]; hoc autem propheta praedixit, quia Deus hoc futurum esse praescivit. Quare autem non poterant si a me quaeratur, cito respondeo: Quia nolebant; malam quippe eorum voluntatem praevidit Deus, et per prophetam praenuntiavit ille, cui abscondi futura non possunt. Sed aliam causam, inquis, dicit propheta, non voluntatis eorum. Quam causam dicit propheta? Quia *dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant, et excaecavit oculos eorum, et induravit cor eorum* [Is 6, 9 10; Io 12, 40, Rom 11, 8]. Etiam hoc eorum voluntatem meruisse respondeo. Sic enim excaecat, sic obdurat Deus, deserendo et non adiuvando; quod occulto iudicio facere potest, iniquo non potest.

1831 67, 2. Denarius quidem ille aequalis est omnibus, quem paterfamilias iis, qui operati sunt in vinea, iubet dari omnibus,

---

1827. ML 35, 1718. 1828. ML 35, 1747. 1829. ML 35, 1751.
1830. ML 35, 1776. 1831. ML 35, 1812.

non in eo discernens qui minus et qui amplius laborarunt [Mt 20, 9]; quo utique denario vita significatur aeterna, ubi amplius alio nemo vivit, quoniam vivendi non est diversa in aeternitate mensura. Sed multae mansiones [Io 14, 2] diversas meritorum in una vita aeterna significant dignitates.

74, 1. Apostolica vox est: *Nemo dicit Dominus Iesus nisi* 1832
in Spiritu Sancto [1 Cor 12, 3]. Et quis Dominum Iesum, nisi qui eum diligit, dicit, si eo modo dicit, quo apostolus intellegi voluit? Multi enim voce dicunt, corde autem et factis negant.... *Nemo* itaque *dicit Dominus Iesus* animo, verbo, facto, corde, ore, opere, *nemo dicit Dominus Iesus nisi in Spiritu Sancto.*

79, 1. Haec est laus fidei, si quod creditur non videtur. 1833
Nam quid magnum est si creditur quod videtur, secundum illam eiusdem Domini sententiam, quando discipulum arguit dicens: *Quia vidisti, credidisti; beati qui non vident, et credunt* [Io 20, 29]?

80, 3. *Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum* 1834
vobis [Io 15, 3]. Quare non ait: mundi estis propter baptismum quo loti estis, sed ait: *propter verbum quod locutus sum vobis,* nisi quia et in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, et quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum, etiam ipsum tamquam visibile verbum. Nam et hoc utique dixerat, quando pedes discipulis lavit: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus* [Io 13, 10]. Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo; non quia dicitur, sed quia creditur? Nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens.

81, 3. Ne quisquam putaret saltem parvum aliquem fructum 1835
posse a semetipso palmitem ferre, cum dixisset: *Hic fert fructum multum* [Io 15, 5], non ait: quia sine me parum potestis facere, sed: *nihil potestis facere* [ib.]. Sive ergo parum, sive multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest.

82, 4. Quod ait etiam de Patre: *Maneo in eius dilectione* 1836
[Io 15, 10], illa scilicet accipienda est, qua dilexit eum Pater. Sed numquid et hic gratia intellegenda est, qua Pater diligit Filium, sicut gratia est qua nos diligit Filius, cum simus nos filii gratia, non natura, Unigenitus autem natura, non gratia? An hoc etiam in ipso Filio ad hominem referendum est? Ita sane. Nam dicendo: *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos* [ib. 9], gratiam mediatoris ostendit. *Mediator* autem *Dei et hominum,* non in quantum Deus, sed in quantum *homo,* est *Christus Iesus* [1 Tim 2, 5]. Et profecto secundum id quod

1832. ML 35, 1827. 1833. ML 35, 1837. 1834. ML 35, 1840.
1835. ML 35, 1841. 1836. ML 35, 1844.

homo est, de illo legitur: *Et Iesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines* [Lc 2, 52].

1837 86, 2. Si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse nos praesciverat, simul etiam praescisset quod eum nos fuissemus prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni; nisi forte dicendus est bonus qui non elegit bonum. Quid ergo elegit in non bonis? Non enim electi sunt quia boni fuerunt, qui boni non essent, nisi electi essent. *Alioquin gratia iam non est gratia* [Rom 11, 6], si praecessisse contendimus merita.

1838 96, 3. Etsi non iis [catechumenis] fidelium sacramenta praeduntur, non ideo fit quod ea ferre non possunt, sed ut ab iis tanto ardentius concupiscantur, quanto iis honorabilius occultantur.

1839 99, 7. Cur ergo non credamus quod etiam de Filio procedat Spiritus Sanctus, cum Filii quoque ipse sit Spiritus? Si enim non ab eo procederet, non post resurrectionem se repraesentans discipulis suis insufflasset dicens: *Accipite Spiritum Sanctum* [Io 20, 22]. Quid enim aliud significavit illa insufflatio, nisi quod procedat Spiritus Sanctus et de ipso?

1840 99, 8[1]. A quo autem habet Filius ut sit Deus (est enim de Deo Deus), ab illo habet utique ut etiam de illo procedat Spiritus Sanctus; ac per hoc Spiritus Sanctus, ut etiam de Filio procedat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre. 9. Hic utcumque etiam illud intellegitur, quantum a talibus, quales nos sumus, intellegi potest, cur non dicatur natus esse, sed potius procedere Spiritus Sanctus: quoniam si et ipse Filius diceretur, amborum utique Filius diceretur, quod absurdissimum est; filius quippe nullus est duorum, nisi patris et matris. Absit autem, ut inter Deum Patrem et Deum Filium tale aliquid suspicemur.

1841 106, 4. Quod Deus dicitur universae creaturae, etiam omnibus gentibus, antequam in Christum crederent, non omni modo esse potuit hoc nomen ignotum. Haec est enim vis verae divinitatis, ut creaturae rationali iam ratione utenti non omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis, in quibus natura nimium depravata est, universum genus humanum Deum mundi huius fatetur auctorem. In hoc ergo, quod fecit hunc mundum caelo terraque conspicuum, et antequam imbuerentur in fide Christi, notus omnibus gentibus Deus.

1842 108, 5. *Ut sint et ipsi sanctificati in veritate* [Io 17, 19]. Quod quid est aliud quam ‚in me', secundum id quod veritas est Verbum illud in principio Deus? In quo et ipse filius

[1] Hunc locum rettulit Augustinus in De Trin. 15, 27, 48.

1837. ML 35, 1851. 1838. ML 35, 1875. 1839. ML 35, 1889.
1840. ML 35, 1890. 1841. ML 35, 1910. 1842. ML 35, 1916.

hominis sanctificatus est ab initio creationis suae, quando Verbum factum est caro; quia una persona facta est Verbum et homo. Tunc ergo sanctificavit se in se, hoc est, hominem se in Verbo se; quia unus Christus Verbum et homo, sanctificans hominem in Verbo.

110, 7. Cum vero noverimus bonorum omnium creatorem 1843
reparandis angelis malis nihil gratiae contulisse, cur non potius intellegimus, quod tanto damnabilior eorum iudicata sit culpa, quanto erat natura sublimior?

118, 5. Quid est, quod omnes noverunt, signum Christi 1844
nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur sive frontibus credentium, sive ipsi aquae ex qua regenerantur, sive oleo quo chrismate unguntur, sive sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur.

124, 5. Cogitur homo tolerare [hanc vitam] etiam remissis 1845
peccatis, quamvis, ut in eam veniret miseriam, primum fuerit causa peccatum. Productior est enim poena quam culpa; ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et poena. Ac per hoc vel ad demonstrationem debitae miseriae, vel ad emendationem labilis vitae, vel ad exercitationem necessariae patientiae, temporaliter hominem detinet poena et quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa.

In epistulam Ioannis ad Parthos tractatus, 416.

Tr. 1, n. 6. Non potest homo, quamdiu carnem portat, 1846
nisi habere vel levia peccata; sed ista levia quae dicimus noli contemnere. Si contemnis, quando appendis, expavesce, quando numeras. Levia multa faciunt unum grande; multae guttae implent flumen; multa grana faciunt massam. Et quae spes est? Ante omnia confessio; ne quisquam se iustum putet, et ante oculos Dei qui videt quod est, erigat cervicem homo qui non erat et est. Ante omnia ergo confessio, deinde dilectio; quia de caritate quid dictum est? *Caritas cooperit multitudinem peccatorum* [1 Petr 4, 8]. Iam videamus si ipsam caritatem commendat, propter subrepentia delicta; quia sola caritas exstinguit delicta.

3, 5. *Et vos unctionem habebitis a Sancto, ut ipsi vobis* 1847
manifesti sitis [1 Io 2, 20]. Unctio spiritualis ipse Spiritus Sanctus est, cuius sacramentum est in unctione visibili.

4, 7. *Et omnis qui habet spem hanc in ipso, castificat semet-* 1848
ipsum, sicut et ipse castus est [1 Io 3, 3]. Videte quemadmodum non abstulit liberum arbitrium, ut diceret *castificat semetipsum.* Quis nos castificat nisi Deus? Sed Deus te no-

---

1843. ML 35, 1924. 1844. ML 35, 1950. 1845. ML 35, 1972.
1846. ML 35, 1982. 1847. ML 35, 2000. 1848. ML 35, 2009.

lentem non castificat. Ergo quod adiungis voluntatem tuam Deo, castificas te ipsum. Castificas te, non de te, sed de illo qui venit ut inhabitet te.

1849 8, 1. Opera misericordiae, affectus caritatis, sanctitas pietatis, incorruptio castitatis, modestia sobrietatis, semper haec tenenda sunt . . . quia intus sunt omnes istae virtutes quas nominavi. Quis autem sufficit omnes nominare? Quasi exercitus est imperatoris, qui sedet intus in mente tua. Quomodo enim imperator per exercitum suum agit quodque placet, sic Dominus Iesus Christus incipiens habitare in interiore homine nostro, id est, in mente per fidem [cf. Eph 3, 17], utitur istis virtutibus quasi ministris suis.

De gestis Pelagii, 417.

1850 C. 1, n. 3. Admonemur adiutoriorum esse genera duo. Alia quippe sunt sine quibus illud ad quod adiuvant effici non potest; sicut sine navi navigat nemo, nemo sine voce loquitur, nemo sine pedibus graditur, nemo sine luce contuetur, et multa huiusmodi; unde est etiam illud, quod nemo sine Dei gratia recte vivit. Alia vero sunt adiutoria quibus sic adiuvamur, ut, etiam si desint, possit alio modo fieri propter quod ea requirimus; sicut illa sunt quae commemoravi: tribula ad fruges terendas, paedagogus ad puerum ducendum, medicamentum humana arte confectum ad recipiendam salutem, et cetera talia.

1851 14, 33. Ipsum quippe gratiae nomen, et eius nominis intellectus aufertur, si non gratis datur, sed eam qui dignus est accipit. An forte quis dicet apostolo me facere iniuriam, quia eum gratia dignum fuisse non dico? Immo tunc facio et illi iniuriam et mihi poenam, si quod dicit ipse non credo. An ille gratiam non ita definivit, ut eam sic gratis appellatam quod daretur ostenderet? Nempe ipse dixit: *Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia* [Rom 11, 6].

De gratia Christi et de peccato originali, 418.

Lib. I. De gratia Christi.

1852 C. 12, n. 13. Haec autem gratia, qua *virtus in infirmitate perficitur* [2 Cor 12, 9], praedestinatos et *secundum propositum vocatos* [Rom 8, 28] ad summam perfectionem glorificationemque perducit. Qua gratia agitur, non solum ut facienda no-

1849. ML 35, 2035.
1850. CV 42 (ed. C. F. Urba et I. Zycha, 1902), 53; ML 44, 321.
1851. CV 42, 89; ML 44, 340. 1852. CV 42, 136; ML 44, 367.

verimus, verum etiam ut cognita faciamus; nec solum ut diligenda credamus, verum etiam ut credita diligamus.

24, 25. Convertit Deus et transtulit indignationem eius 1853
[Assueri, cf. Esth 15, 11] in lenitatem. Quis autem non videat multo maius esse indignationem a contrario in lenitatem convertere atque transferre, quam cor neutra affectione praeoccupatum, sed inter utramque medium in aliquid declinare? Legant ergo et intellegant, intueantur atque fateantur, non lege atque doctrina insonante forinsecus, sed interna et occulta, mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed bonas etiam voluntates.

25, 26. Non solum enim Deus posse nostrum donavit 1854
atque adiuvat, sed etiam *velle et operari operatur in nobis* [Phil 2, 13], non quia nos non volumus, aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adiutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus.

29, 30. Item in eodem libro *[De libero arbitrio]* alio loco: 1855
«Ut, quod per liberum», inquit [Pelagius], «homines facere iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam». Tolle ‚facilius', et non solum plenus, verum etiam sanus est sensus.... Quem sensum redarguit qui dicit: *Sine me nihil potestis facere* [Io 15, 5].

47, 52. Sed quia ista quaestio, ubi de arbitrio voluntatis 1856
et Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, ut, quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur, quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri; potest Pelagius ita se latebris obscuritatis huius involvere, ut etiam his quae a sancto Ambrosio conscripta posuimus consentire se dicat.

Lib. II. **De peccato originali.**

C. 24, n. 28. In causa duorum hominum, quorum per 1857
unum venumdati sumus sub peccato, per alterum redimimur a peccatis, per unum praecipitati sumus in mortem, per alterum liberamur ad vitam, quoniam ille nos in se perdidit faciendo voluntatem suam, non eius a quo factus est, iste nos in se salvos fecit non faciendo voluntatem suam, sed eius a quo missus est [Io 4, 34; 5, 30]; in horum ergo duorum hominum causa proprie fides christiana consistit. *Unus* est *enim Deus, et unus mediator Dei et hominum homo Christus Iesus* [1 Tim 2, 5], quoniam *non est aliud nomen sub caelo datum*

1853. CV 42, 145; ML 44, 373.
1854. CV 42, 146; ML 44, 373.
1855. CV 42, 149; ML 44, 375.
1856. CV 42, 163; ML 44, 383.
1857. CV 42, 186; ML 44, 398.

hominibus, in quo oportet salvos fieri nos [Act 4, 12], et in illo definivit Deus *fidem omnibus, suscitans illum a mortuis* [Act 17, 31]. Itaque sine ista fide, hoc est, sine fide unius mediatoris 261
Dei et hominum hominis Christi Iesu, sine fide, inquam, resurrectionis eius, quam Deus omnibus definivit, quae utique sine incarnatione eius ac morte non potest veraciter credi; sine fide ergo incarnationis et mortis et resurrectionis Christi, nec antiquos iustos, ut iusti essent, a peccatis potuisse mun- 42
dari et Dei gratia iustificari, veritas christiana non dubitat.... Et ipsorum enim corda eadem mundabantur mediatoris fide, et *diffundebatur* in iis *caritas per Spiritum Sanctum* [Rom 5, 5], qui *ubi vult spirat* [Io 3, 8], non merita sequens, sed etiam ipsa merita faciens. Non enim Dei gratia gratia erit ullo 84
modo, nisi gratuita fuerit omni modo.

Sermo ad Caesariensis ecclesiae plebem, 418.

1858 6. [Salutem homo] non potest habere nisi in ecclesia catho- 47
lica. Extra catholicam ecclesiam totum potest praeter salutem. Potest habere honorem, potest habere sacramenta, potest 45
cantare alleluia, potest respondere Amen, potest evangelium tenere, potest in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti fidem habere et praedicare, sed nusquam nisi in ecclesia catholica salutem poterit invenire.

Contra sermonem Arianorum, 418.

1859 8. Filius Dei dicitur crucifixus et sepultus, quamvis haec 49
non in divinitate ipsa, qua est Unigenitus Patri coaeternus, sed in naturae humanae sit infirmitate perpessus.... Hanc 383
unitatem personae Christi Iesu Domini nostri sic ex natura 392
utraque constantem, divina scilicet atque humana, ut quaelibet earum vocabulum etiam alteri impertiat, et divina humanae et humana divinae, beatus ostendit apostolus [Phil 2, 5—8].

1860 16. Est in homine simile quiddam, quamvis nequaquam 144
illius Trinitatis, quae Deus est, excellentiae comparandum.... Dictum est: *ad imaginem nostram* [Gn 1, 26]. Quod ex persona ipsius Trinitatis rectissime accipitur. Tria itaque ista in hominis anima cogitemus: memoriam, intellegentiam, voluntatem; ab his tribus fit omne quod facimus.

De adulterinis coniugiis, 419.

1861 L. 1, c. 9, n. 9. Quemadmodum igitur si dixerimus: Qui- 57
cumque mulierem a marito praeter causam fornicationis di- 573

1858. CV 53 (ed. M. Petschenig, 1910), 174; ML 43, 695.
1859. ML 42, 688. 1860. ML 42, 695.
1861. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 356; ML 40, 456.

missam duxerit, moechatur, procul dubio verum dicimus; nec tamen ideo illum, qui propter causam fornicationis dimissam duxerit, ab hoc crimine absolvimus, sed utrosque moechos esse minime dubitamus; ita eum, qui praeter causam fornicationis uxorem dimiserit et aliam duxerit, moechum pronuntiamus; nec ideo tamen eum, qui propter causam fornicationis dimiserit et alteram duxerit, ab huius peccati labe defendimus. Ambos enim, licet alterum altero gravius, moechos tamen esse cognoscimus.

70 1, 26, 33. Catechumenis ergo in huius vitae ultimo con- 1862
73 stitutis, seu morbo seu casu aliquo si compressi sint, ut, quamvis adhuc vivant, petere sibi tamen baptismum vel ad interrogata respondere non possint, prosit iis quod eorum in fide christiana iam nota voluntas est, ut eo modo baptizentur, quo modo baptizantur infantes, quorum voluntas adhuc nulla patuit. Non tamen propterea damnare debemus eos, qui
54 timidius agunt quam nobis videtur agi oportere. . . . Baptizare non audent eos, qui pro se respondere nequiverint, ne forte contrarium gerant voluntatis arbitrium. Quod de parvulis dici non potest, in quibus adhuc rationis nullus est usus. Sed non solum incredibile est nec in fine vitae huius baptizari catechumenum velle, verum etiam, si voluntas eius incerta est, multo satius est nolenti dare quam volenti negare, ubi velit an nolit sic non apparet, ut tamen credibilius sit eum, si posset, velle se potius fuisse dicturum ea sacramenta percipere, sine quibus iam credidit non se oportere de corpore exire.

72 2, 4, 4. *Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit* 1863
73 *cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro* [Rom 7, 3]. Haec verba apostoli toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viva sunt, sana sunt, plana sunt. Nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse desiverit. Esse autem desinet uxor prioris, si moriatur vir eius, non si fornicetur. Licite itaque dimittitur coniux ob causam fornicationis; sed manet vinculum pudoris, propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit etiam ob hanc causam fornicationis.

75 2, 16, 16. Si a catechumeno factum est [homicidium], baptis- 1864
47 mate abluitur, et, si a baptizato, paenitentia et reconciliatione
27 sanatur.

Quaestiones in Heptateuchum, 419.

12 L. 2 (In Ex.), q. 21. Insunt enim rebus corporeis per 1865
omnia elementa mundi quaedam occultae seminariae rationes,

1862. CV 41, 380; ML 40, 469. 1863. CV 41, 385; ML 40, 473.
1864. CV 41, 401; ML 40, 482.
1865. CV 28, 3 (ed. I. Zycha, 1895), 102; ML 34, 602.

quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atque causalis, prorumpunt in species debitas suis modis et finibus. Et sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolae segetum vel arborum vel quorumque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamvis noverint praebere quasdam visibiles opportunitates et causas, ut illa nascantur. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc angeli invisibiliter; Deus vero solus unus creator est, qui causas ipsas et rationes seminarias rebus insevit.

1866 3 (In Lev.), 57. Illis sacrificiis [veteris legis] unum hoc sacrificium significabatur, in quo vera fit remissio peccatorum, a cuius tamen sacrificii sanguine in alimentum sumendo non solum nemo prohibetur, sed ad bibendum potius omnes exhortantur, qui volunt habere vitam.

De nuptiis et concupiscentia, 419/20.

1867 L. 1, c. 10, n. 11. Quoniam sane non tantum fecunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius vinculum est fides, verum etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis, unde dicit apostolus: *Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam* [Eph 5, 25]; huius procul dubio sacramenti res est, ut mas et femina conubio copulati quamdiu vivunt inseparabiliter perseverent, nec liceat, excepta causa fornicationis, a coniuge coniugem dirimi [Mt 5, 32]. . . . Quod si quisquam fecerit, non lege huius saeculi, ubi interveniente repudio sine crimine conceditur cum aliis alia copulare conubia, quod etiam sanctum Moysen Dominus, propter duritiam cordis illorum, Israelitis permisisse testatur, sed lege evangelii reus est adulterii, sicut etiam illa si alteri nupserit [Mt 19, 8 9]. . . . Ita manet inter viventes quiddam coniugale, quod nec separatio nec cum altero copulatio possit auferre. Manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum foederis; sicut apostatae anima, velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita, sacramentum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis accepit.

1868 1, 11, 12. Quibus vero placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiae in perpetuum continere, absit ut vinculum inter illos coniugale rumpatur; immo firmius erit, quo magis ea pacta secum inierunt, quae carius concordiusque servanda sunt, non voluptariis corporum nexibus, sed voluntariis affectibus animorum. Neque enim fallaciter ab angelo dictum est ad Ioseph: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*

1866. CV 28, 3, 290; ML 34, 704.
1867. CV 42 (ed. C. F. Urba et I. Zycha, 1902), 222; ML 44, 420.
1868. CV 42, 224; ML 44, 420.

[Mt 1, 20]. Coniux vocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu nec cognoverat nec fuerat cogniturus.

568 . 1, 17, 19. In nuptiis tamen bona nuptialia diligantur: proles, 1869
fides, sacramentum. Sed proles, non ut nascatur tantum, verum etiam ut renascatur; nascitur namque ad poenam nisi renascatur ad vitam. Fides autem, non qualem habent inter se etiam infideles zelantes carnem. . . . Sacramentum vero, quod nec separati et adulterati amittunt, coniuges concorditer casteque custodiant.

303 1, 18, 20. Propter hanc [concupiscentiam] fit, ut etiam de 1870
iustis et legitimis nuptiis filiorum Dei, non filii Dei, sed filii saeculi generentur; quia et ii qui generant, si iam regenerati sunt, non ex hoc generant quod filii Dei sunt, sed ex quo adhuc filii saeculi.

302 1, 23, 25. Concupiscentia, quae solo sacramento regenera- 1871
305 tionis expiatur, profecto peccati vinculum generatione traicit in posteros, nisi ab illo et ipsi regeneratione solvantur. Nam ipsa quidem concupiscentia iam non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non consentitur, atque ut ea perpetrent, a regina mente membra non dantur. . . . Sed quia modo quodam loquendi peccatum vocatur quod et peccato facta est et peccatum, si vicerit, facit, reatus eius valet in generato; quem reatum Christi gratia per remissionem omnium peccatorum in regenerato, si ad mala opera ei quodam modo iubenti non oboediat, valere non sinit.

305 1, 24, 27. Ipse ille licitus honestusque concubitus non 1872
potest esse sine ardore libidinis, ut peragi possit quod rationis est, non libidinis. . . . Ex hac concupiscentia carnis, tamquam filia peccati, et quando illi ad turpia consentitur, etiam pecca-
302 torum matre multorum, quaecumque nascitur proles, originali
97 est obligata peccato, nisi in illo renascatur, quem sine ista concupiscentia virgo concepit; propterea quando nasci est in carne dignatus, sine peccato solus est natus.

97 1, 26, 29. Sicut eorum peccatorum, quae manere non pos- 1873
sunt, quoniam cum fiunt praetereunt, reatus tamen manet, et, nisi remittatur, in aeternum manebit; sic illius [concupiscentiae], quando remittitur, reatus aufertur. Hoc est enim non habere peccatum, reum non esse peccati. Nam si quisquam, verbi gratia, fecerit adulterium, etiamsi numquam deinceps faciat, reus est adulterii, donec reatus ipsius indulgentia remittatur. Habet ergo peccatum, quamvis illud quod admisit iam non sit, quia cum tempore quo factum est praeteriit.

1869. CV 42, 231; ML 44, 424.
1870. CV 42, 232; ML 44, 425.
1871. CV 42, 237; ML 44, 428.
1872. CV 42, 239; ML 44, 429.
1873. CV 42, 241; ML 44, 430.

1874 1, 33, 38. Eodem lavacro regenerationis et verbo sanctificationis omnia prorsus mala hominum regeneratorum mundantur atque sanantur, non solum peccata quae omnia nunc remittuntur in baptismo, sed etiam quae posterius humana ignorantia vel infirmitate contrahuntur, non ut baptisma quoties peccatur toties repetatur, sed quia ipso quod semel datur fit, ut non solum antea, verum etiam postea quorumlibet peccatorum venia fidelibus impetretur. 475 522

1875 2, 11, 24. Ex quo instituta est circumcisio in populo Dei, quod erat tunc signaculum iustitiae fidei, ad significationem purgationis valebat et parvulis originalis veterisque peccati, sicut et baptismus ex illo valere coepit ad innovationem hominis, ex quo est institutus. 442

1876 2, 26, 43. Non sunt nuptiae causa peccati, quod trahitur a nascente, et expiatur in renascente; sed voluntarium peccatum hominis primi originalis est causa peccati. . . . 27, 44. Quid est ergo quod [Iulianus] quaerit a nobis: Per quid peccatum invenitur in parvulo, utrum per voluntatem, an per nuptias, an per parentes? . . . 45. Ad omnia ista huic respondet apostolus, qui neque voluntatem arguit parvuli, quae propria in illo nondum est ad peccandum; neque nuptias in quantum nuptiae sunt, quae habent a Deo non solum institutionem, verum etiam benedictionem; neque parentes in quantum parentes sunt, invicem licite atque legitime ad procreandos filios coniugati; sed: *Per unum,* inquit, *hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors; et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt* [Rom 5, 12]. 581 302 304 570

1877 2, 28, 48. «Si peccatum», inquit, «ex voluntate est, mala voluntas quae peccatum facit; si ex natura, mala natura.» Cito respondeo: Ex voluntate peccatum est. Quaerit forte, utrum et originale peccatum? Respondeo: Prorsus et originale peccatum; quia et hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, ut et in illo esset et in omnes transiret. 302 304

De anima et eius origine, 419/20.

1878 L. 1, c. 9, n. 11. Non baptizatis parvulis nemo promittat inter damnationem regnumque caelorum quietis vel felicitatis cuiuslibet atque ubilibet quasi medium locum. Hoc enim iis etiam haeresis pelagiana promisit. 306 470 307

1879 2, 3, 6. Unde, obsecro, credis esse animam, non uniusquisque nostrum dico, sed primam primo illi homini datam? Si ex nihilo, et factam tamen insufflatamque a Deo, id credis quod ego. 222

1874. CV 42, 250; ML 44, 435.
1875. CV 42, 276; ML 44, 450.
1876. CV 42, 297; ML 44, 461.
1877. CV 42, 303; ML 44, 464.
1878. ML 44, 481.
1879. ML 44, 497.

585 2, 4, 8. Illud quod rectissime et valde salubriter credit 1880
[Vincentius Victor], iudicari animas cum de corporibus exierint,
600 antequam veniant ad illud iudicium, quo eas oportet iam
601 redditis corporibus iudicari, atque in ipsa in qua hic vixerunt
carne torqueri sive gloriari; hoc itane tandem ipse nesciebas?
Quis adversus evangelium tanta obstinatione mentis obsurduit,
ut in illo paupere qui post mortem ablatus est in sinum
Abrahae, et in illo divite cuius in inferno cruciatus exponitur
[Lc 16, 22 sqq], ista non audiat vel audita non credat?

470 3, 9, 12. Noli credere, nec dicere, nec docere, infantes 1881
antequam baptizentur morte praeventos pervenire posse ad
originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse catholicus.

470 4, 11, 16. Quod apertissime apostolum video docuisse, 1882
simpliciter teneo: ex uno homine omnes homines ire in
condemnationem qui nascuntur ex Adam [Rom 5, 18], nisi ita
renascantur in Christo, sicuti instituit ut renascantur, antequam
128 corpore moriantur, quos praedestinavit ad aeternam vitam
135 misericordissimus gratiae largitor; qui est et illis quos prae-
destinavit ad aeternam mortem iustissimus supplicii retributor;
306 non solum propter illa, quae volentes adiciunt, verum etiam
130 si infantes nihil adiciant, propter originale peccatum. Haec
est in illa quaestione definitio mea, ut occulta opera Dei
habeant suum secretum, salva fide mea.

Contra duas epistulas Pelagianorum, 420.

301 L. 1, c. 2, n. 5. Quis autem nostrum dicat, quod primi 1883
hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere?
300 Libertas quidem periit per peccatum, sed illa quae in paradiso
fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam; propter
308 quod natura humana divina indiget gratia.

425 1, 7, 12. Dicimus vel ante legem vel tempore veteris 1884
testamenti a peccatis fuisse liberatos . . . per sanguinem ipsius
redemptoris, qui est *unus mediator Dei et hominum homo*
Christus Iesus [1 Tim 2, 5]. Isti autem inimici gratiae Dei,
quae data est pusillis et magnis per Iesum Christum Dominum
nostrum, ideo dicunt antiquos homines Dei perfectae fuisse
iustitiae, ne Christi incarnatione, passione, resurrectione, cuius
265 fide salvi facti sunt, credantur eguisse.

535 1, 9, 15. Aliud est enim voluntate benefaciendi benefacere, 1885
aliud autem ad malefaciendum sic voluntate inclinari, ut etiam
faceret si hoc posset impune permitti. Nam sic profecto in
ipsa intus voluntate peccat qui non voluntate sed timore
non peccat.

1880. ML 44, 498. 1881. ML 44, 516. 1882. ML 44, 533.
1883. ML 44, 552. 1884. ML 44, 555. 1885. ML 44, 558.

1886 1, 13, 26. Dicimus baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum, et auferre crimina, non radere, nec ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, unde crescant iterum resecanda peccata. 355

1887 1, 13, 27. Haec [concupiscentia] etiamsi vocatur peccatum, non utique quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic vocatur; sicut scriptura manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit. 305

1888 1, 14, 28. Multi baptizati fideles sunt sine crimine; sine peccato autem in hac vita neminem dixerim, quantalibet Pelagiani, quia haec dicimus, adversum nos inflentur et disrumpantur insania; non quia aliquid peccati remanet quod in baptismate non remittatur, sed quia a nobis in huius vitae infirmitate manentibus cotidie fieri non quiescunt, quae fideliter orantibus et misericorditer operantibus cotidie remittantur. 316 350 548 458

1889 1, 18, 36. Nec ex Dei potentia vel in malum vel in bonum invitum aliquem cogi [respondemus]; sed Deo deserente pro meritis ire in malum, et Deo adiuvante sine meritis converti ad bonum. Non enim est homo bonus si nolit; sed gratia Dei etiam ad hoc adiuvatur ut velit; quoniam non inaniter scriptum est: *Deus est enim qui operatur in vobis et velle et operari pro bona voluntate* [Phil 2, 13], et: *Praeparatur voluntas a Domino* [Prv 8, 35: LXX]. 295 344 340

1890 1, 19, 37. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum* [Io 6, 44]. Non enim ait: duxerit, ut illic aliquo modo intellegamus praecedere voluntatem. Quis trahitur, si iam volebat? Et tamen nemo venit, nisi velit. Trahitur ergo miris modis ut velit, ab illo qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant. 308 334 333

1891 1, 21, 39. Hoc vos non vultis inimici huic gratiae, ut eadem gratia Iesu Christi salvi facti credantur antiqui; sed distribuitis tempora secundum Pelagium, in cuius libris hoc legitur; et ante legem dicitis salvos factos esse natura, deinde per legem, postremo per Christum, quasi hominibus duorum superiorum temporum, ante legem scilicet et in lege, sanguis Christi non fuerit necessarius. 425

1892 2, 3, 5. Libellus eius [Caelestii [1]] catholicus dictus est, quia et hoc catholicae mentis est, si qua forte aliter sapit, quam veritas exigit, non ea certissime definire, sed detecta ac demonstrata respuere. Non enim haereticis, sed catholicis apostolus loquebatur, ubi ait: *Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus,* 59 63

[1] Caelestius Zosimo papae libellum fidei obtulerat, in quo de exsistentia peccati originalis se adhuc dubitare et instrui velle perfidus confitebatur.

1886. ML 44, 562. 1887. ML 44, 563. 1888. ML 44, 563.
1889. ML 44, 567. 1890. ML 44, 568. 1891. ML 44, 569.
1892. ML 44, 574.

et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis revelabit [Phil 3, 15]. Hoc in illo factum esse putabatur, quando se litteris beatae memoriae papae Innocentii, quibus de hac re dubitatio tota sublata est, consentire respondit.

329 2, 9, 21. Multa Deus facit in homine bona, quae non 1893
facit homo; nulla vero facit homo, quae non facit Deus ut faciat homo. . . . Si enim sine illo nihil possumus facere, profecto nec incipere nec perficere; quia, ut incipiamus, dictum est: *Misericordia eius praeveniet me* [Ps 58, 11]; ut perficiamus, dictum est: *Misericordia eius subsequetur me* [Ps 22, 6].

350 4, 10, 27. Illud iam tertium videamus, quod non minus in 1894
istis [Pelagianis] omne Christi membrum et totum eius corpus exhorret, quia contendunt esse in hac vita vel fuisse iustos
316 nullum habentes omnino peccatum. Qua praesumptione apertissime orationi dominicae contradicunt, in qua omnia membra Christi *Dimitte nobis debita nostra* [Mt 6, 21] veraci corde et cotidianis vocibus clamant.

Contra adversarium legis et prophetarum, 420.

10 L. 1, c. 17, n. 35. Sicut autem Deus unus et verus creator 1895
bonorum est et temporalium et aeternorum, ita idem ipse auctor est amborum testamentorum, quia et novum in vetere est figuratum et vetus in novo est revelatum.

73 1, 20, 39. Sane de apocryphis iste [adversarius] posuit testi- 1896
monia, quae sub nominibus apostolorum Andreae Ioannisque conscripta sunt. Quae si illorum essent, recepta essent ab ecclesia, quae ab illorum temporibus per episcoporum successiones certissimas, usque ad nostra et deinceps tempora, perseverat.

11 2, 7, 26. Finis autem legis quis est? Ad hoc non ego, sed 1897
apostolus ipse respondeat: *Finis enim legis,* inquit, *Christus, ad iustitiam omni credenti* [Rom 10, 4]. Finis perficiens, non interficiens. Finis quippe dicitur propter quem fiunt omnia
12 quaecumque aliquo fiunt officio. . . . Quemadmodum scientia quae nunc est, *evacuabitur,* sicut idem dicit apostolus, cum venerit illa quam dicit *facie ad faciem* [1 Cor 13, 11 12]: sic et ista quae in umbris tradita erant Iudaeis in vetere testamento, necesse fuit evacuari revelatione testamenti novi.

Contra Iulianum, 421.

L. 1, c. 6, n. 21 22 26. Fragm. S. Ioannis Chrysostomi, v. 1228 sq.

84 1, 7, 30. Convinceris undique: luce clariora sunt testimonia 1898
tanta sanctorum [de peccato originali]. In quorum conventum

1893. ML 44, 586. 1894. ML 44, 629. 1895. ML 42, 623.
1896. ML 42, 626. 1897. ML 42, 653. 1898. ML 44, 661.

te introduxerim conspice. Hic est Mediolanensis Ambrosius. . . . Hic est et Constantinopolitanus Ioannes. . . . Hic est Basilius. . . . Hic sunt et ceteri, quorum te movere debeat tanta consensio. Non est ista, sicut stilo maledico scribis, «conspiratio perditorum». In ecclesia catholica doctrinae sanae studiis claruerunt; spiritualibus armis muniti et accincti strenua contra haereticos bella gesserunt; perfuncti fideliter suae dispensationis laboribus in pacis gremio dormierunt. . . . 31. Ecce quo te introduxi, conventus sanctorum istorum non est multitudo popularis; non solum filii, sed et patres ecclesiae sunt.

1899 2, 10, 33. Sancti ac beati et in divinorum eloquiorum pertractatione clarissimi sacerdotes, Irenaeus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius, Innocentius, Ioannes [Chrysostomus], Basilius, quibus addo presbyterum velis nolis Hieronymum, ut omittam eos qui nondum dormierunt, adversus vos proferunt de omnium hominum peccato originali obnoxia successione sententiam, unde nemo eruit, nisi quem sine lege peccati repugnante legi mentis virgo concepit. 34. . . . Quod invenerunt in ecclesia, tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod a patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Nondum vobiscum apud istos iudices aliquid agebamus et apud eos acta est causa nostra. 302 84 397 78

1900 2, 10, 37. Isti [patres] episcopi sunt, docti, graves, sancti, veritatis acerrimi defensores adversus garrulas vanitates, in quorum ratione, eruditione, libertate, quae tria bona iudici tribuisti, non potes invenire quod spernas. . . . Talibus post apostolos sancta ecclesia plantatoribus, rigatoribus, aedificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit. 84

1901 3, 18, 35. Bonus est Deus, iustus est Deus; potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest quemquam sine malis meritis damnare, quia iustus est. Nullum meritum malum octo dierum infans de propriis peccatis habebat; quare damnaretur, nisi circumcideretur, si ex origine non trahebat? 134 306

1902 4, 3, 16. Sed acerbissimi gratiae huius inimici exempla nobis opponitis impiorum, quos dicitis alienos a fide abundare virtutibus, in quibus sine adiutorio gratiae solum est naturae bonum, licet superstitionibus mancipatum, qui solis libertatis ingenitae viribus et misericordes crebro et modesti et casti inveniuntur et sobrii. Haec dicens, ecce iam et illud quod gratiae Dei tribueras abstulisti, ipsum scilicet voluntatis effectum. . . . Quanto satius, si te impios ita laudare delectat, ut non audiens dicentem scripturam: *Qui dicit impium iustum esse, maledictus erit in populo et odibilis in gentibus* [Prv 24, 24], 350 308 312

1899. ML 44, 697. 1900. ML 44, 700. 1901. ML 44, 721. 1902. ML 44, 744.

etiam virtutibus veris eos praedices abundare: quanto, inquam, satius haec ipsa in iis dona Dei esse fatereris.

308 4, 3, 17. Sed absit ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit 1903
312 iustus. Absit autem ut sit iustus vere, nisi vivat ex fide. *Iustus* enim *ex fide vivit* [Rom 1, 17]. Quis porro eorum, qui se christianos haberi volunt, nisi soli Pelagiani, aut in ipsis etiam forte tu solus, iustum dixerit infidelem, iustum dixerit impium, iustum dixerit diabolo mancipatum?

312 4, 3, 21. Noveris itaque non officiis, sed finibus a vitiis 1904
237 discernendas esse virtutes. Officium est autem quod faciendum est, finis vero propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit propter quod facere debet, peccare convincitur. Quae tu non attendens, fines ab officiis separasti et virtutes veras
288 officia sine finibus appellandas esse dixisti. . . . Quidquid autem boni fit ab homine, et non propter hoc fit propter quod fieri debere vera sapientia praecipit, etsi officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est.

309 4, 3, 25. Sed ad hoc eos [infideles] in die iudicii cogitationes 1905
312 suae defendent, ut tolerabilius puniantur, quia *naturaliter quae legis sunt* utcumque *fecerunt*, *scriptum* habentes *in cordibus opus legis* [Rom 2, 14 15] hactenus, ut aliis non facerent quod perpeti nollent; hoc tamen peccantes, quod, homines sine fide, non ad eum finem ista opera rettulerunt, ad quem referre debuerunt.

126 4, 8, 44. *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum* 1906
a Patre meo [Io 6, 66]. Omnes ergo qui salvi fiunt et in agnitionem veniunt veritatis [1 Tim 2, 4], eo volente salvi fiunt, eo volente veniunt; quia et qui nondum, sicut parvuli, utuntur voluntatis arbitrio, eo volente regenerantur, quo creante generantur, et qui iam utuntur voluntatis arbitrio, nisi eo volente ac subveniente, a quo *praeparatur voluntas* [Prv 8, 35: LXX], velle non possunt.

345 5, 3, 12. Cum ergo dicitur homo tradi desideriis suis, inde 1907
fit reus, quia desertus a Deo cedit iis atque consentit, vincitur, capitur, trahitur, possidetur. A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est [2 Petr 2, 19], et fit ei peccatum consequens, praecedentis poena peccati. [Varia exempla afferuntur; deinde:] Et multa alia commemorare possumus, in quibus liquido apparet occulto iudicio Dei fieri perversitatem cordis, ut non audiatur quod verum dicitur, et inde peccetur et sit ipsum peccatum praecedentis etiam poena peccati.

306 5, 11, 44. Quis dubitaverit parvulos non baptizatos, qui 1908
solum habent originale peccatum nec ullis propriis aggra-

1903. ML 44, 745. 1904. ML 44, 749. 1905. ML 44, 751.
1906. ML 44, 760. 1907. ML 44, 790. 1908. ML 44, 809.

vantur, in damnatione omnium levissima futuros? Quae qualis et quanta erit, quamvis definire non possim, non tamen audeo dicere, quod iis ut nulli essent, quam ut ibi essent, potius expediret.

1909 5, 11, 45. Nec credendum est et ante datam circumcisionem famulos Dei, quandoquidem iis inerat mediatoris fides in carne venturi, nullo sacramento eius opitulatos fuisse parvulis suis; quamvis quid illud esset aliqua necessaria causa scriptura latere voluerit. Nam et sacrificia eorum legimus, quibus utique sanguis ille figurabatur, qui solus tollit peccatum mundi. 440

1910 6, 13, 40. Dixisse me affirmas, quod gratia non perfecte hominem novum faciat. Non hoc dico, attende quod dico. Gratia perfecte hominem novum facit; quandoquidem et ad corporis immortalitatem plenamque felicitatem ipsa perducit. Nunc etiam perfecte innovat hominem, quantum attinet ad liberationem ab omnibus omnino peccatis, non quantum ad liberationem attinet ab omnibus malis et ab omni corruptione mortalitatis, qua nunc corpus aggravat animam. 355

1911 6, 16, 49. Tu autem, qui putas quod, si malum esset concupiscentia, careret ea qui baptizatur, multum erras. Omni enim peccato caret, non omni malo. Quod planius ita dicitur: omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis. 305

1912 6, 19, 60. Dixi sane: «Quomodo manent peccata reatu, quae praeterierunt actu, sic e contrario fieri potest, ut concupiscentia maneat actu et praetereat reatu» [v. n. 1873]. . . . Ego enim de concupiscentia dixi, quae est *in membris repugnans legi mentis* [Rom 7, 23], quamvis reatus eius in omnium peccatorum remissione transierit; sicut e contrario sacrificium idolis factum, si deinceps non fiat, praeteriit actu, sed manet reatu, nisi per indulgentiam remittatur. 297

Enchiridion, sive De fide, spe et caritate, 421.

1913 7. Fides credit, spes et caritas orant. Sed sine fide esse non possunt, ac per hoc et fides orat. Propterea quippe dictum est: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* [Rom 10, 14.] 8. Quid autem sperari potest quod non creditur? Porro aliquid etiam quod non speratur credi potest. Quis namque fidelium poenas non credit impiorum? Nec sperat tamen. 268

1914 32. Si nullus dicere Christianus audebit: Non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, ne apostolo apertissime contradicat, restat ut propterea recte dictum intellegatur: *Non* 308

1909. ML 44, 809. 1910. ML 44, 844. 1911. ML 44, 850.
1912. ML 44, 858. 1913. ML 40, 234; S (= Scheel) 3.
1914. ML 40, 248; S 22.

volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei [Rom 9, 16], ut
327 totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam et praeparat
328 adiuvandam et adiuvat praeparatam. Praecedit enim bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia; quae autem non praecedit ipsa, in iis est et ipsa. Nam utrumque legitur in sanctis eloquiis: et *Misericordia eius praeveniet me* [Ps 58, 11] et *Misericordia eius subsequetur me* [Ps 22, 6]. Nolentem praevenit, ut velit; volentem subsequitur, ne frustra velit.

409 33. *Fuimus enim et nos natura filii irae, sicut et ceteri* 1915
[Eph 2, 3]. In hac ira cum essent homines per originale peccatum, tanto gravius et perniciosius, quanto maiora vel plura insuper addiderant, necessarius erat mediator, hoc est, re-
416 conciliator, qui hanc iram sacrificii singularis, cuius erant umbrae omnia sacrificia legis et prophetarum, oblatione placaret.

397 41. Nulla igitur voluptate carnalis concupiscentiae semi- 1916
natus sive conceptus et ideo nullum peccatum originaliter
393 trahens, Dei quoque gratia Verbo Patris unigenito, non gratia
385 Filio, sed natura, in unitate personae modo mirabili et in-
398 effabili adiunctus atque concretus et ideo nullum peccatum et ipse committens; tamen propter *similitudinem carnis peccati* [Rom 8, 3], in qua venerat, dictus est et ipse peccatum, sacri-
419 ficandus ad diluenda peccata. . . . Ait [apostolus]: *Eum qui non noverat peccatum*, id est Christum, *pro nobis peccatum fecit* [2 Cor 5, 21] Deus, cui reconciliandi sumus, hoc est, sacrificium pro peccatis, per quod reconciliari valeremus. Ipse ergo peccatum, ut nos iustitia; nec nostra, sed Dei; nec in nobis, sed in ipso; sicut ipse peccatum, non suum, sed nostrum.

410 61. Non enim pro angelis mortuus est Christus. Sed ideo 1917
etiam pro angelis fit, quidquid hominum per eius mortem redimitur et liberatur a malo, quoniam cum iis quodam modo redit in gratiam, post inimicitias quas inter homines et sanctos angelos peccata fecerunt, et ex ipsa hominum redemptione ruinae illius angelicae detrimenta reparantur.

475 64. Excepto baptismatis munere, quod contra originale 1918
303 peccatum donatum est, ut, quod generatione attractum est, regeneratione detrahatur (et tamen activa quoque peccata, quaecumque corde, ore, opere commissa invenerit, tollit), hac ergo excepta magna indulgentia, unde incipit hominis reno-
316 vatio, in qua solvitur omnis reatus et ingeneratus et additus; ipsa etiam vita cetera iam ratione utentis aetatis, quantalibet praepolleat fecunditate iustitiae, sine peccatorum remissione
291 non agitur. . . . Neque enim quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaque sanctorum hominum vitam quamdiu in hac mortali vivitur, inveniri posse

---

1915. ML 40, 248; S 23. 1916. ML 40, 252; S 28.
1917. ML 40, 261; S 39. 1918. ML 40, 262; S 40.

dicimus sine crimine; *peccatum* autem *si dixerimus quia non habemus*, ut ait tantus apostolus, *nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est* [1 Io 1, 8].

1919 65. Sed neque de ipsis criminibus quamlibet magnis remittendis in sancta ecclesia Dei misericordia desperanda est agentibus paenitentiam secundum modum sui cuiusque peccati. In actione autem paenitentiae, ubi tale commissum est, ut is qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis quam doloris.

1920 69. Tale aliquid [ignem] etiam post hanc vitam fieri incredibile non est, et utrum ita sit quaeri potest, et aut inveniri aut latere nonnullos fideles per ignem quemdam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque salvari.

1921 71. De cotidianis autem brevibus levibusque peccatis, sine quibus haec vita non ducitur, cotidiana fidelium oratio satisfacit. Eorum est enim dicere: *Pater noster qui es in caelis* [Mt 6, 9], qui iam Patri tali regenerati sunt ex aqua et Spiritu [Io 3, 5]. Delet omnino haec oratio minima et cotidiana peccata.

1922 84. Resurrecturam tamen carnem omnium quicumque nati sunt hominum atque nascentur et mortui sunt atque morientur, nullo modo dubitare debet Christianus.

1923 89. Quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne liquesceret, aut contereretur in pulverem, aut confunderetur in massam, et eam vellet artifex rursus ex illius materiae quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quae particula materiae cui membro statuae redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat restituta resumeret: ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra constiterat, eam mirabili et ineffabili celeritate restituet, nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, utrum capilli ad capillos redeant et ungues ad ungues, an quidquid eorum perierat mutetur in carnem et in partes alias corporis revocetur, curante artificis providentia ne quid indecens fiat.

1924 93. Mitissima sane omnium poena erit eorum, qui praeter peccatum, quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt; et in ceteris qui addiderunt, tanto quisque tolerabiliorem ibi habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniquitatem.

1925 95. Tunc [in caelo] non latebit quod nunc latet, cum de duobus parvulis unus esset assumendus per misericordiam, alius per iudicium relinquendus, in quo is qui assumeretur

---

1919. ML 40, 262; S 41.
1920. ML 40, 265; S 44.
1921. ML 40, 265; S 45.
1922. ML 40, 272; S 54.
1923. ML 40, 273; S 55.
1924. ML 40, 275; S 57.
1925. ML 40, 275; S 58.

agnosceret quid sibi per iudicium deberetur, nisi misericordia subveniret; cur ille potius quam iste fuerit assumptus, cum causa una esset ambobus; cur apud quosdam non factae sint virtutes, quae, si factae fuissent, egissent illi homines paenitentiam, et factae sint apud eos qui non fuerant crediturí. Apertissime namque Dominus dicit: *Vae tibi Corozain, vae tibi Bethsaida: quia, si in Tyro et Sidone factae fuissent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent* [Mt 11, 21]. Nec utique Deus iniuste noluit salvos fieri, cum possent salvi esse, si vellent.

98. Quis porro tam impie desipiat, ut dicat Deum malas 1926
hominum voluntates quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? Sed cum facit, per misericordiam facit.

103. Cum audimus et in sacris litteris legimus, quod velit 1927
omnes homines salvos fieri, quamvis certum sit nobis non omnes homines salvos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissimae Dei voluntati aliquid derogare, sed ita intellegere quod scriptum est: *Qui omnes homines vult salvos fieri* [1 Tim 2, 4], tamquam diceretur nullum hominem fieri salvum, nisi quem fieri ipse voluerit, non quod nullus sit hominum, nisi quem salvum fieri velit, sed quod nullus fiat, nisi quem velit; et ideo sit rogandus ut velit, quia necesse est fieri si voluerit. . . . Aut certe sic dictum est: *Qui omnes homines vult salvos fieri,* non quod nullus hominum esset quem salvum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse paenitentiam si fecisset; sed ut ‚omnes homines' omne genus humanum intellegamus per quascumque differentias distributum, reges, privatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos. . . .

104. Etiam primum hominem Deus in ea salute, in qua 1928
conditus erat, custodire voluisset, eumque opportuno tempore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perducere, ubi iam non solum peccatum non committere, sed nec voluntatem posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccato, sicut factus erat, perpetuam voluntatem habiturum esse praescisset. Quia vero eum male usurum libero arbitrio, hoc est, peccaturum esse praesciebat, ad hoc potius praeparavit voluntatem suam, ut bene ipse faceret etiam de male faciente, ac sic hominis voluntate mala non evacuaretur, sed nihilominus impleretur omnipotentis bona.

108. Cum factus est Adam, homo scilicet rectus, mediatore 1929
non opus erat. Cum vero genus humanum peccata longe

1926. ML 40, 277; S 60. 1927. ML 40, 280; S 64.
1928. ML 40, 281; S 65. 1929. ML 40, 282; S 67.

separaverunt a Deo, per mediatorem, qui solus sine peccato 397
natus est, vixit, occisus est, reconciliari nos oportebat Deo 403
usque ad carnis resurrectionem in vitam aeternam; ut humana
superbia per humilitatem Dei argueretur ac sanaretur, et de-
monstraretur homini quam longe a Deo recesserat, cum per
incarnatum Deum revocaretur et exemplum oboedientiae per 413
hominem Deum contumaci homini praeberetur; et Unigenito
suscipiente formam servi, quae nihil ante meruerat, fons gratiae 414
panderetur et carnis etiam resurrectio redemptis promissa in
ipso redemptore praemonstraretur; et per eamdem naturam
quam se decepisse laetabatur, diabolus vinceretur.

1930 109. Tempus autem quod inter hominis mortem et ultimam 586
resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis
continet, sicut unaquaeque digna est vel requie vel aerumna,
pro eo quod sortita est in carne cum viveret. 110. Neque 587
negandum est defunctorum animas pietate suorum viventium 588
relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elee- 520
mosynae in ecclesia fiunt. Sed iis haec prosunt, qui, cum
viverent, ut haec sibi postea possint prodesse meruerunt.
Est enim quidam vivendi modus, nec tam bonus ut non re-
quirat ista post mortem, nec tam malus ut non ei prosint
ista post mortem; est vero talis in bono, ut ista non requirat,
et est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cum ex hac vita
transierit, adiuvari.

1931 111. Post resurrectionem, facto universo completoque iudicio, 608
suos fines habebunt civitates duae, una scilicet Christi, altera 609
diaboli; una bonorum, altera malorum; utraque tamen et
angelorum et hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit
ulla esse peccandi, vel ulla condicio moriendi; istis in aeterna
vita vere feliciterque viventibus, illis infeliciter in aeterna 59
morte sine moriendi potestate durantibus, quoniam utrique
sine fine. Sed in beatitudine isti alius alio praestabilius, in 61
miseria vero illi alius alio tolerabilius permanebunt. 59

1932 112. Frustra itaque nonnulli, immo quam plurimi, aeternam 59
damnatorum poenam et cruciatus sine intermissione perpetuos
humano miserantur affectu, atque ita futurum esse non cre-
dunt. . . . Sed poenas damnatorum certis temporum intervallis 59
existiment, si hoc iis placet, aliquatenus mitigari. Etiam sic
quippe intellegi potest manere in illis ira Dei [Io 3, 36], hoc 59
est, ipsa damnatio (haec enim vocatur ira Dei, non divini
animi perturbatio), ut in ira sua, hoc est, manente ira sua,
non tamen contineat miserationes suas; non aeterno supplicio
finem dando, sed levamen adhibendo vel interponendo cru-
ciatibus.

1930. ML 40, 283; S 68. 1931. ML 40, 284; S 69.
1932. ML 40, 284; S 69.

274 117. Iam porro caritas, quam duabus istis, id est, fide ac 1933
spe, maiorem dixit apostolus [1 Cor 13, 13], quanto in quocumque maior est, tanto melior est in quo est. Cum enim quaeritur, utrum quisque sit homo bonus, non quaeritur quid
275 credat, aut speret, sed quid amet. Nam qui recte amat,
271 procul dubio recte credit et sperat; qui vero non amat, inaniter credit, etiamsi sint vera quae credit; inaniter sperat, etiamsi ad veram felicitatem doceantur pertinere quae sperat, nisi et hoc credat ac speret, quod sibi petenti donari possit ut amet. . . . Ipsa est autem fides Christi, quam commendat apostolus, *quae per dilectionem operatur* [Gal 5, 6], et quod in dilectione nondum habet, petit ut accipiat, quaerit ut inveniat,
313 pulsat ut aperiatur ei [Mt 7, 7]. Fides namque impetrat quod lex imperat. Nam sine Dei dono, id est, sine Spiritu Sancto, per quem *diffunditur caritas in cordibus nostris* [Rom 5, 5], iubere lex poterit, non iuvare; et praevaricatorem insuper facere, qui de ignorantia se excusare non possit. Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non est Dei caritas.

De cura pro mortuis gerenda, 421.

588 C. 1, n. 3. In Machabaeorum libris [2 Mach 12, 43] legimus 1934
oblatum pro mortuis sacrificium. Sed et si nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parva est universae ecclesiae quae in hac consuetudine claret auctoritas, ubi in precibus sacerdotis, quae Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.

284 15, 18. Possunt etiam spiritus mortuorum aliqua quae hic 1935
aguntur, quae necessarium est eos nosse et quos necessarium est ea nosse, non solum praesentia vel praeterita, verum etiam futura Spiritu Dei revelante cognoscere, sicut non omnes homines, sed prophetae, dum hic viverent, cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quae illis esse revelanda Dei providentia iudicabat.

De gratia et libero arbitrio, 426/7.

308 C. 5, n. 12. Ne ipsa voluntas sine gratia Dei putetur boni 1936
aliquid posse, continuo, cum dixisset [Paulus]: *Gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboravi,* subiunxit
329 atque ait: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum* [1 Cor 15, 10], id est, non solus, sed gratia Dei mecum, ac per hoc nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo. Ut
314 autem de caelo vocaretur, et tam magna et efficacissima

1933. ML 40, 286; S 72.
1934. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 623; ML 40, 593.
1935. CV 41, 651; ML 40, 606. 1936. ML 44, 889.

vocatione converteretur [cf. Act 9, 1 sqq], gratia Dei erat sola; quia merita eius erant magna, sed mala.

1937 6, 14. *Superest,* inquit, *mihi corona iustitiae, quam reddet* 308
mihi Dominus in illa die iustus iudex [2 Tim 4, 8]. Cui redderet 367
coronam iustus iudex, si non donasset gratiam misericors pater? Et quomodo esset ista corona iustitiae, nisi praecessisset gratia quae iustificat impium?

1938 7, 16. *Bonum,* inquit, *certamen certavi, cursum consummavi,* 308
fidem servavi [2 Tim 4, 7]. Primo ista bona opera, si non ea 327
praecessissent cogitationes bonae, nulla essent. Attendite itaque quid de ipsis cogitationibus dicat; ait enim scribens ad Corinthios: *Non quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis, tamquam ex nobismetipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est* [2 Cor 3, 5].

1939 13, 25. Numquid natura erit gratia? Nam et hoc Pelagiani 339
ausi sunt dicere, gratiam esse naturam, in qua sic creati sumus, 349
ut habeamus mentem rationalem, qua intellegere valeamus, facti ad imaginem Dei, ut dominemur piscibus maris et volucribus caeli et omnibus pecoribus quae repunt super terram. Sed non haec est gratia, quam commendat apostolus per fidem Iesu Christi. Hanc enim naturam etiam cum impiis et infidelibus certum est nobis esse communem; gratia vero per fidem Iesu Christi eorum tantummodo est, quorum est ipsa fides.

1940 14, 29. Si fides liberi est tantummodo arbitrii, nec datur 314
a Deo, propter quid pro iis, qui nolunt credere, oramus ut 342
credant? Quod prorsus faceremus inaniter, nisi rectissime 333
crederemus etiam perversas et fidei contrarias voluntates omnipotentem Deum ad credendum posse convertere.

1941 16, 32. Certum est nos mandata servare, si volumus; sed 341
quia *praeparatur voluntas a Domino* [Prv 8, 35: LXX], ab illo 313
petendum est ut tantum velimus, quantum sufficit ut volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus; sed ille facit 329
ut velimus bonum. . . . Certum est nos facere cum facimus; sed ille facit ut faciamus, praebendo vires efficacissimas voluntati.

1942 17, 33. Quamvis parva et imperfecta, non deerat [caritas 327
Petro], quando dicebat Domino: *Animam meam pro te ponam* 328
[Io 13, 37]; putabat enim se posse quod se velle sentiebat. Et quis istam etsi parvam dare coeperat caritatem, nisi ille qui praeparat voluntatem et cooperando perficit quod operando incipit? Quoniam ipse ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens [Phil 1, 6]. . . . Ut ergo velimus, sine nobis operatur; cum autem volumus, et sic volumus ut

---

1937. ML 44, 890. 1938. ML 44, 891. 1939. ML 44, 896.
1940. ML 44, 898. 1941. ML 44, 900. 1942. ML 44, 901.

faciamus, nobiscum cooperatur; tamen sine illo vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus.

281 18, 37. Haec omnia praecepta dilectionis, id est caritatis, 1943
311 quae tanta et talia sunt, ut quidquid se putaverit homo facere bene, si fiat sine caritate, nullo modo fiat bene; haec ergo praecepta caritatis inaniter darentur hominibus, non habentibus liberum voluntatis arbitrium.

De correptione et gratia, 426/7.

361 C. 6, n. 9. Si autem iam regeneratus et iustificatus in 1944
malam vitam sua voluntate relabitur, certe iste non potest dicere: Non accepi, quia acceptam gratiam Dei suo in malum libero amisit arbitrio.

264 7, 11. Si, sicut veritas loquitur, nemo liberatur a dam- 1945
natione, quae facta est per Adam, nisi per fidem Iesu Christi, et tamen ab hac damnatione non se liberabunt, qui poterunt dicere non se audisse evangelium Christi, cum *fides ex auditu* sit [Rom 10, 17], quanto minus se liberabunt qui dicturi sunt: Perseverantiam non accepimus? Iustior enim videtur excusatio dicentium: Non accepimus perseverantiam, quoniam potest
318 dici: Homo, in eo quod audieras et tenueras, in eo perseverares si velles; nullo modo autem dici potest: Id quod non audieras, crederes si velles.

129 7, 12. Ac per hoc, et qui evangelium non audierunt, et 1946
qui, eo audito, in melius commutati, perseverantiam non acceperunt, et qui, evangelio audito, venire ad Christum, hoc est, in eum credere noluerunt, quoniam ipse dixit: *Nemo venit*
306 *ad me, nisi ei datum fuerit a Patre meo* [Io 6, 66], et qui per aetatem parvulam nec credere potuerunt, sed ab originali noxa solo possent lavacro regenerationis absolvi, quo tamen
133 non accepto mortui perierunt; non sunt ab illa conspersione discreti, quam constat esse damnatam, euntibus omnibus ex uno in condemnationem.

127 7, 13. Quicumque ab illa originali damnatione ista divinae 1947
gratiae largitate discreti sunt, non est dubium quod et procuratur iis audiendum evangelium; et cum audiunt, credunt;
321 et in *fide quae per dilectionem operatur* [Gal 5, 6] usque in finem perseverant; et si quando exorbitant, correpti emendantur, et quidam eorum, etsi ab hominibus non corripiantur, in viam quam reliquerant redeunt; et nonnulli, accepta gratia, in qualibet aetate, periculis huius vitae mortis celeritate subtrahuntur.

1943. ML 44, 903. 1944. ML 44, 921. 1945. ML 44, 923.
1946. ML 44, 923. 1947. ML 44, 924.

1948 7, 14. Quicumque enim electi, sine dubio etiam vocati; 131
non autem quicumque vocati, consequenter electi. Illi ergo
electi, ut saepe dictum est, qui *secundum propositum vocati,*
qui etiam praedestinati atque praesciti [Rom 8, 28 sq]. Horum 337
si quisquam perit, fallitur Deus; sed nemo eorum perit, quia
non fallitur Deus.

1949 7, 16. *Scivit Dominus qui sunt eius* [2 Tim 2, 19]. Horum 321
fides, *quae per dilectionem operatur* [Gal 5, 6], profecto aut
omnino non deficit, aut, si qui sunt quorum deficit, reparatur
antequam vita ista finiatur, et, deleta quae intercurrerat ini-
quitate, usque in finem perseverantia deputatur. Qui vero 133
perseveraturi non sunt, ac sic a fide christiana et conversatione
lapsuri sunt, ut tales eos vitae huius finis inveniat, procul
dubio nec illo tempore, quo bene pieque vivunt, in istorum
numero computandi sunt. Non enim sunt a massa illa per-
ditionis praescientia Dei et praedestinatione discreti; et ideo 131
nec *secundum propositum vocati* [Rom 8, 28]; ac per hoc nec
electi; sed in iis vocati, de quibus dictum est: *Multi vocati;*
non in iis de quibus dictum est: *Pauci vero electi* [Mt 20, 16]. . . .
8, 17. Hic si a me quaeratur, cur iis Deus perseverantiam 130
non dederit, quibus eam qua christiane viverent dilectionem
dedit, me ignorare respondeo.

1950 10, 27. Angeli quidam, quorum princeps est qui dicitur 203
diabolus, per liberum arbitrium a Domino Deo refugae facti 208
sunt. Refugientes tamen eius bonitatem, qua beati fuerunt,
non potuerunt eius effugere iudicium, per quod miserrimi
effecti sunt. Ceteri autem per ipsum liberum arbitrium in 207
veritate steterunt, eamque de suo casu numquam futuro cer- 609
tissimam scire meruerunt.

1951 10, 28. Quia vero per liberum arbitrium Deum deseruit 302
[Adam], iustum iudicium Dei expertus est, ut cum tota sua
stirpe, quae in illo adhuc posita tota cum illo peccaverat,
damnaretur. Quotquot enim ex hac stirpe gratia Dei libe- 128
rantur, a damnatione utique liberantur, qua iam tenentur ob-
stricti. Unde etiam si nullus liberaretur, iustum Dei iudicium
nemo iuste reprehenderet. Quod ergo pauci in comparatione 132
pereuntium, in suo vero numero multi liberantur, gratia fit,
gratis fit, gratiae sunt agendae quia fit, ne quis velut de suis
meritis extollatur, sed omne os obstruatur, et *qui gloriatur, in*
Domino glorietur [1 Cor 1, 31].

1952 11, 29. Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Immo 331
vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quae 234
de bonitate sui conditoris acceperat; neque enim ea bona
et ille suis meritis comparaverat, in quibus prorsus nullum

1948. ML 44, 924. 1949. ML 44, 925. 1950. ML 44, 932.
1951. ML 44, 933. 1952. ML 44, 933.

patiebatur malum. Sancti vero in hac vita, ad quos pertinet liberationis haec gratia, in malis sunt, ex quibus clamant ad Deum: *Libera nos a malo* [Mt 6, 13]. Ille in illis bonis Christi morte non eguit, istos a reatu et hereditario et proprio illius
230 Agni sanguis absolvit. Ille non opus habebat eo adiutorio, quod implorant isti cum dicunt: *Video aliam legem in membris meis* etc. [Rom 7, 23—25.] . . . Ille vero nulla tali rixa de se ipso adversus se ipsum tentatus atque turbatus in illo beatitudinis loco sua secum pace fruebatur.

378 11, 30. Deus ergo naturam nostram, id est, animam ratio- 1953
381 nalem carnemque hominis Christi suscepit, susceptione singulariter mirabili vel mirabiliter singulari, ut nullis iustitiae suae praecedentibus meritis Filius Dei sic esset ab initio quo esse homo coepisset, ut ipse et Verbum quod sine initio est
396 una persona esset. . . . Neque enim metuendum erat, ne isto ineffabili modo in unitatem personae a Verbo Deo natura humana suscepta per liberum voluntatis peccaret arbitrium, cum ipsa susceptio talis esset, ut natura hominis a Deo ita suscepta nullum in se motum malae voluntatis admitteret.

331 11, 31. Istam gratiam non habuit homo primus, qua num- 1954
334 quam vellet esse malus; sed sane habuit, in qua, si permanere vellet, numquam malus esset, et sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset, sed eam tamen per liberum arbitrium deserere posset. Nec ipsum ergo Deus esse voluit
308 sine sua gratia, quam reliquit in eius libero arbitrio. Quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum
344 est, nisi adiuvetur ab omnipotenti bono. Quod adiutorium si homo ille per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset
330 bonus; sed deseruit et desertus est. Tale quippe erat adiutorium, quod desereret cum vellet et in quo permaneret si vellet, non quo fieret ut vellet.

330 11, 32. Tunc ergo dederat homini Deus bonam voluntatem, 1955
331 in illa quippe eum fecerat qui fecerat rectum; dederat adiutorium, sine quo in ea non posset permanere si vellet; ut
334 autem vellet, in eius libero reliquit arbitrio. Posset ergo per-
318 manere si vellet, quia non deerat adiutorium per quod posset et sine quo non posset perseveranter bonum tenere quod vellet. Sed quia noluit permanere, profecto eius culpa est, cuius me-
208 ritum fuisset, si permanere voluisset; sicut fecerunt angeli
207 sancti, qui, cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi et huius permansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, qua iis certissimum sit semper se in illa esse
326 mansuros. . . . Fit quippe in nobis per hanc Dei gratiam in
332

1953. ML 44, 934. 1954. ML 44, 935. 1955. ML 44, 935.

bono recipiendo et perseveranter tenendo, non solum posse quod volumus, verum etiam velle quod possumus. Quod non fuit in homine primo; unum enim horum in illo fuit, alterum non fuit.

1956 12, 33. Quapropter bina ista quid inter se differant, dili- 332
genter et vigilanter intuendum est: posse non peccare et non 231
posse peccare, posse non mori et non posse mori, bonum posse non deserere et bonum non posse deserere. Potuit enim non peccare primus homo, potuit non mori, potuit bonum non deserere. . . . Prima ergo libertas voluntatis erat, posse 608
non peccare: novissima erit multo maior, non posse peccare; prima immortalitas erat, posse non mori: novissima erit multo maior, non posse mori; prima erat perseverantiae potestas, 318
bonum posse non deserere: novissima erit felicitas perseve- 319
rantiae, bonum non posse deserere.

1957 12, 34. Itemque ipsa adiutoria distinguenda sunt. Aliud 330
est adiutorium sine quo aliquid non fit, et aliud est adiutorium quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus vivere, nec tamen, cum adfuerint alimenta, iis fit ut vivat qui mori voluerit. Ergo adiutorium alimentorum est sine quo non fit, non quo fit ut vivamus. At vero beatitudo, quam non habet homo, cum data fuerit, continuo fit beatus. Adiutorium est enim non solum sine quo non fit, verum etiam quo fit propter quod datur. Quapropter hoc adiutorium et quo fit est et sine quo non fit: quia, et si data fuerit homini beatitudo, continuo fit beatus, et si data numquam fuerit, numquam erit.

1958 12, 38. Ac per hoc nec de ipsa perseverantia boni voluit 320
Deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari, qui iis non solum dat adiutorium quale primo homini dedit, sine quo non possint perseverare si velint, sed in iis etiam operatur et velle. . . . Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanae, 333
ut divina gratia indeclinabiliter et insuperabiliter ageretur, et ideo quamvis infirma non tamen deficeret neque adversitate aliqua vinceretur.

1959 13, 39. Haec de his loquor, qui praedestinati sunt in re- 131
gnum Dei, quorum ita certus est numerus, ut nec addatur iis 132
quisquam nec minuatur ex iis; non de his qui, cum annuntiasset et locutus esset, *multiplicati sunt super numerum* [Ps 39, 6]. Ipsi enim vocati dici possunt, non autem electi, quia non *secundum propositum vocati* [Rom 8, 28].

1960 13, 42. Hi vero qui non pertinent ad hunc praedestina- 132
torum numerum, . . . pro meritis iustissime iudicantur. Aut enim iacent sub peccato, quod originaliter generatione traxe- 303
runt, et cum illo hereditario debito hinc exeunt, quod non est

---

1956. ML 44, 936. 1957. ML 44, 936. 1958. ML 44, 939.
1959. ML 44, 940. 1960. ML 44, 942.

regeneratione dimissum; aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt: arbitrium, inquam, liberum, sed non liberatum. . . . Aut gratiam Dei suscipiunt, sed temporales sunt,
344 nec perseverant; deserunt et deseruntur. Dimissi enim sunt
320 libero arbitrio, non accepto perseverantiae dono, iudicio Dei iusto et occulto.

334 14, 43. Sic velle seu nolle in volentis aut nolentis est 1961
potestate, ut divinam voluntatem non impediat nec superet potestatem. Etiam de his enim, qui faciunt quae non vult, facit ipse quae vult.

126 14, 44. Et quod scriptum est, quod *vult omnes homines* 1962
salvos fieri [1 Tim 2, 4], nec tamen omnes salvi fiunt, multis quidem modis intellegi potest, ex quibus in aliis opusculis nostris aliquos commemoravimus [v. n. 1457 1735 1906 1927], sed hic unum dicam. Ita dictum est: *Omnes homines vult salvos fieri,* ut intellegantur omnes praedestinati; quia omne genus hominum in iis est.

333 14, 45. Non est itaque dubitandum, voluntati Dei, qui 1963
in caelo et in terra omnia quaecumque voluit fecit [Ps 134, 6], et qui etiam illa *quae futura sunt fecit* [Is 45, 11: LXX], humanas voluntates non posse resistere, quominus faciat ipse quod vult, quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult, cum vult, facit, . . . sine dubio habens humanorum cordium quo placeret inclinandorum omnipotentissimam potestatem.

126 15, 47. Potest etiam sic intellegi, quod *omnes homines Deus* 1964
vult salvos fieri [1 Tim 2, 4], quoniam nos facit velle, sicut *misit Spiritum Filii sui clamantem: Abba, Pater* [Gal 4, 6], id est, nos clamare facientem.

Retractationes, 426/7.

222 L. 1, c. 1, n. 3. Sine controversia ergo quaedam originalis 1965
regio beatitudinis animi Deus ipse est, qui eum non quidem de se ipso genuit, sed de nulla re alia condidit, sicut condidit corpus e terra. Nam quod attinet ad eius originem, qua fit ut sit in corpore, utrum de illo uno sit, qui primum creatus est, quando *factus est homo in animam vivam* [Gn 2, 7; 1 Cor 15, 45], an similiter ita fiant singulis singuli, nec tunc sciebam nec adhuc scio.

308 1, 8 (9)[1], 6. Ecce tam longe antequam Pelagiana haeresis 1966
exstitisset, sic disputavimus, velut iam contra illos disputaremus.

---

[1] Indicatur intra ( ) numerus editionis ML, quando ab edit. CV differt.
1961. ML 44, 942. 1962. ML 44, 943.
1963. ML 44, 943. 1964. ML 44, 945.
1965. CV 36 (ed. P. Knoell, 1902), 16; ML 32, 587.
1966. CV 36, 45; ML 32, 598.

Cum enim bona dicerentur ex Deo, id est, et magna, et media, et minima, in mediis quidem bonis invenitur liberum voluntatis arbitrium, quia et male illo uti possumus. . . . Et quia omnia bona, sicut dictum est, et magna, et media, et minima ex Deo sunt, sequitur, ut ex Deo sit etiam bonus usus liberae voluntatis, quae virtus est et in magnis numeratur bonis.

1967 1, 8 (9), 6. Ad miseriam iustae damnationis pertinet igno- 300
rantia et difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio nativitatis suae; nec ab isto malo quisquam nisi Dei gratia liberatur. Quam miseriam Pelagiani nolunt ex iusta damna- 307
tione descendere, negantes originale peccatum, quamvis ignorantia et difficultas, etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus Deus esset.

1968 1, 9 (10), 2. Quod vero dixi: «Illud autem lumen . . . si 347
velint» [v. n. 1539], non putent novi haeretici Pelagiani se- 314
cundum eos esse dictum. Verum est enim omnino omnes homines hoc posse, si velint; sed *praeparatur voluntas a Domino* [Prv 8, 35: LXX] et tantum augetur munere caritatis, ut possint. Quod hic ideo dictum non est, quoniam praesenti necessarium non erat quaestioni.

1969 1, 12 (13), 5. Illud quod in parvulis dicitur originale pec- 304
catum, cum adhuc non utantur arbitrio voluntatis, non absurde vocatur etiam voluntarium, quia ex prima hominis mala voluntate contractum factum est quodam modo hereditarium. Non itaque falsum est quod dixi: «Usque adeo peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium» [v. n. 1549].

1970 1, 12 (13), 6. Item alio loco: «Prius, inquam, isti sequendi 256
sunt, qui unum summum et solum colendum esse dicunt; si apud hos veritas non eluxerit, tunc demum migrandum» [v. n. 1551]. Quod ita potest videri dictum, quasi de huius religionis veritate dubitaverim; dixi autem sicut ei congruebat ad quem scribebam. Sic enim dixi: «Si apud hos veritas non eluxerit», nihil dubitans quod apud eos elucesceret.

1971 1, 13 (14), 2. *Tunc cognoscam, sicut et cognitus sum* [1 Cor 607
13, 12]. Qui hoc invenerunt, ipsi dicendi sunt in beatitudinis possessione consistere, ad quam ducit via fidei quam tenemus, et quo credendo cupimus pervenire. Sed quinam sint illi beatissimi, qui iam sunt in ea possessione quo ducit haec via, magna quaestio est. Et angeli quidem sancti quod ibi sint, 207
nulla quaestio est; sed de sanctis hominibus iam defunctis, 586
utrum ipsi dicendi sint iam in illa possessione consistere, merito quaeritur. Iam enim corpore quidem corruptibili, quo

---

1967. CV 36, 46; ML 32, 598.
1968. CV 36, 48; ML 32, 599.
1969. CV 36, 60; ML 32, 604.
1970. CV 36, 61; ML 32, 604.
1971. CV 36, 67; ML 32, 606.

anima gravatur, exuti sunt, sed adhuc *exspectant* etiam ipsi *redemptionem corporis* sui [Rom 8, 23], et *caro* eorum *requiescit in spe* [Ps 15, 9], nondum in futura incorruptione clarescit. Sed utrum ad contemplandam cordis oculis veritatem, sicut dictum est, *facie ad faciem*, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus est disputando requirere.

304 1, 14 (15), 2. Item quod dixi: «Nusquam scilicet nisi in 1972
voluntate esse peccatum» [v. n. 1558], possunt Pelagiani pro se dictum putare, propter parvulos, quos ideo negant habere originale peccatum, quod iis in baptismo remittatur, quia nondum arbitrio voluntatis utuntur. Quasi vero peccatum, quod eos ex Adam dicimus originaliter trahere, id est reatu eius implicatos et ob hoc poenae obnoxios detineri, umquam esse potuit nisi ex voluntate, qua voluntate commissum est, quando
305 divini praecepti est facta transgressio. . . . Concupiscentiae reatus in baptismate solvitur, sed infirmitas manet; cui, donec sanetur, omnis fidelis qui bene proficit, studiosissime reluctatur. Peccatum autem, quod nusquam est nisi in voluntate, illud praecipue intellegendum est, quod iusta damnatio consecuta est: hoc enim *per unum hominem intravit in mundum* [Rom 5, 12].

294 1, 14 (15), 4. Itemque definitio peccati qua diximus: 1973
«Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat et unde liberum est abstinere» [ib.], propterea verum est, quia id definitum est quod tantummodo peccatum est, non quod etiam poena peccati. Nam quando tale est ut idem sit et poena peccati, quantum est quod valet voluntas sub dominante cupiditate, nisi forte, si pia est, ut oret auxilium? In tantum enim libera est, in quantum liberata est, et in tantum appellatur voluntas.

340 1, 22 (23), 2. Non est gratia si eam merita ulla praecedant, 1974
ne iam quod datur, non secundum gratiam, sed secundum debitum, reddatur potius meritis quam donetur.

De haeresibus, 428.

Haer. 46. De Manichaeis, v. K 768 sqq. *1974**
69. De Donatistis, v. K 774 sqq.

292 82. Iovinianistas quoque apud istum repperi, quos iam no- 1975
veram. A Ioviniano quodam monacho ista haeresis orta est aetate nostra, cum adhuc iuvenes essemus. Hic omnia peccata, sicut Stoici philosophi, paria esse dicebat, nec posse peccare hominem lavacro regenerationis accepto, nec aliquid prodesse
431 ieiunia vel a cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem Mariae
582 destruebat, dicens eam pariendo fuisse corruptam. Virginitatem

---

1972. CV 36, 72; ML 32, 608.
1973. CV 36, 75; ML 32, 609.
1974. CV 36, 108; ML 32, 621.
1975. ML 42, 45.

etiam sanctimonialium et continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus caelibem vitam coniugiorum castorum atque fidelium meritis adaequabat.

1976 88. In id etiam progrediuntur [Pelagiani], ut dicant vitam iustorum in hoc saeculo nullum omnino habere peccatum, et ex his ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine macula et ruga [Eph 5, 27], quasi non sit Christi ecclesia, quae toto terrarum orbe clamat ad Deum: *Dimitte nobis debita nostra* [Mt 6, 12]. Parvulos etiam negant, secundum Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquae prima nativitate contrahere. Sic enim eos sine ullo peccati originalis vinculo asserunt nasci, ut prorsus non sit quod iis oporteat secunda nativitate dimitti; sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei, de bono in melius translati, non ista renovatione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti. Nam etiamsi non baptizentur, promittunt iis extra regnum quidem Dei, sed tamen aeternam et beatam quamdam vitam suam.

Tractatus adversus Iudaeos, 428.

1977 9, 13. *Ab oriente sole usque in occidentem* etc. [Mal 1, 11]. Quid ad haec respondetis? Aperite oculos tandem aliquando et videte ab oriente sole usque in occidentem, non in uno, sicut vobis fuerat constitutum, sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum; non cuilibet Deo, sed ei qui ista praedixit, Deo Israel. . . . Nec in uno loco, sicut vobis praeceptum erat in terrena Ierusalem, sed in omni loco, usque in ipsam Ierusalem. Nec secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech.

De praedestinatione sanctorum, 428/9.

1978 C. 2, n. 3. Non receditur ab ea sententia, quam Pelagius ipse in episcopali iudicio Palaestino, sicut eadem gesta testantur [De gest. Pelag. c. 14], damnare compulsus est: gratiam Dei secundum merita nostra dari; si non pertinet ad Dei gratiam quod credere coepimus, sed illud potius, quod propter hoc nobis additur, ut plenius perfectiusque credamus, ac per hoc, initium fidei nostrae priores damus Deo, ut retribuatur nobis et supplementum eius, et si quid aliud fideliter poscimus.

1979 2, 4. Apostolus ait: *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo* [Phil 1, 29]. Utrumque ostendit Dei donum, quia utrumque

---

1976. ML 42, 48. 1977. ML 42, 61. 1978. ML 44, 961. 1979. ML 44, 962.

dixit esse donatum. Nec ait: ut plenius et perfectius credatis in eum, sed: *ut credatis in eum.* Nec se ipsum misericordiam consecutum dixit, ut fidelior, sed ut fidelis esset [cf. 1 Cor 7, 25], quia sciebat non se initium fidei suae priorem dedisse Deo et retributum sibi ab illo eius augmentum; sed ab eo se factum fidelem, a quo et apostolus factus est. Nam scripta sunt etiam fidei eius initia, suntque ecclesiastica celebri lectione notissima.
333 Aversus quippe a fide quam vastabat, eique vehementer adversus, repente est ad illam gratia potentiore conversus.

314 2, 5. Et ideo commendans istam gratiam, quae non datur 1980
secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: *Non quia idonei sumus,* inquit, *cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est* [2 Cor 3, 5]. Attendant hic et verba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei
248 coeptum et ex Deo esse fidei supplementum. Quis enim non
260 videat prius esse cogitare quam credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitaverit esse credendum. Quamvis enim raptim, quamvis celerrime credendi voluntatem quaedam cogitationes antevolent, moxque illa ita sequatur, ut quasi coniunctissima comitetur; necesse est tamen ut omnia quae creduntur praeveniente cogitatione credantur. Quamquam et ipsum credere nihil aliud est, quam cum assensione cogitare.

314 3, 7. *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem et* 1981
accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? [1 Cor 4, 7.] Quo
352 praecipue testimonio etiam ipse convictus sum, cum similiter errarem, putans fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis et per illam nos impetrari Dei dona, quibus temperanter et iuste et pie vivamus in hoc saeculo.

339 5, 10. Posse habere fidem, sicut posse habere caritatem, 1982
naturae est hominum; habere autem fidem, quemadmodum habere caritatem, gratiae est fidelium. Illa itaque natura, in qua nobis data est possibilitas habendi fidem, non discernit ab homine hominem; ipsa vero fides discernit ab infideli
314 fidelem. Ac per hoc ubi dicitur: *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?* [1 Cor 4, 7] quisquis audet dicere: Habeo ex me ipso fidem, non ergo accepi, profecto contradicit huic apertissimae veritati, non quia credere vel non credere non est in arbitrio voluntatis humanae, sed in electis *praeparatur voluntas a Domino* [Prv 8, 35: LXX].

126 8, 14. Sicut integre loquimur, cum de aliquo litterarum 1983
magistro, qui in civitate solus est, dicimus: Omnes iste hic litteras docet; non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit, quicumque ibi litteras discit; ita recte dicimus:

1980. ML 44, 962. 1981. ML 44, 964. 1982. ML 44, 968.
1983. ML 44, 971.

Omnes Deus docet venire ad Christum; non quia omnes veniunt, sed quia nemo aliter venit. . . . Hos omnes docet venire ad Christum Deus [cf. Io 6, 45]; hos enim *omnes vult salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire* [1 Tim 2, 4].

1984 8, 16. Fides igitur, et incohata et perfecta, donum Dei 314
est: et hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari, 34
omnino non dubitet, qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare. Cur autem non omnibus detur, fidelem movere non debet, qui credit ex uno omnes isse in condemnationem, sine dubitatione iustissimam: ita ut nulla Dei esset iusta reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur.

1985 9, 18. Quid est verius quam praescisse Christum, qui et 128
quando et quibus locis in eum fuerant crediturí? Sed utrum, 337
praedicato sibi Christo, a se ipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, id est, utrum tantummodo eos praescierit an etiam praedestinaverit Deus, quaerere atque disserere tunc necessarium non putavi. Proinde quod dixi: «Tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse qui in eum fuerant crediturí» [Ep. 102, 14; v. n. 1427], potest etiam sic dici: Tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse qui electi fuerant in ipso *ante mundi constitutionem* [Eph 1, 4].

1986 10, 19. Item quod dixi: «Salutem religionis huius nulli 129
umquam defuisse qui dignus fuit, et dignum non fuisse cui 347
defuit» [Ep. 102, 15; ML 33, 376]: si discutiatur et quaeratur unde quisque sit dignus, non desunt qui dicant: voluntate humana; nos autem dicimus: gratia vel praedestinatione divina. Inter gratiam porro et praedestinationem hoc tantum interest, quod praedestinatio est gratiae praeparatio, gratia vero iam ipsa donatio.

1987 16, 32. [Deus] ea vocatione praedestinatos vocat, quam 131
distinxit apostolus, dicens, *ipsis vocatis Iudaeis et Graecis* praedicare se *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam* [1 Cor 1, 23 sq]. Sic enim ait: *ipsis autem vocatis,* ut illos ostenderet non vocatos, sciens esse quamdam certam vocationem eorum, *qui secundum propositum vocati sunt, quos* ante *praescivit et praedestinavit conformes imaginis Filii sui* [Rom 8, 28 sq].

1988 17, 34. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea 128
praedestinatione, in qua Deus sua futura facta praescivit; electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua Deus id, quod praedestinavit, implevit. Quos enim praedestinavit, ipsos et vocavit, illa scilicet vocatione secundum propositum: non ergo alios, 131

1984. ML 44, 972. 1985. ML 44, 974. 1986. ML 44, 974.
1987. ML 44, 983. 1988. ML 44, 986.

sed quos praedestinavit, ipsos et vocavit, nec alios, sed quos ita vocavit, ipsos et iustificavit, nec alios, sed quos praedestinavit, vocavit, iustificavit, ipsos et glorificavit [Rom 8, 30]. . . . Eligendo ergo facit *divites in fide*, sicut *heredes regni* [Iac 2, 5]. Recte quippe in iis hoc eligere dicitur, quod ut in iis faciat, eos eligit.

18, 36. «Praesciebat ergo», ait Pelagianus, «qui futuri essent 1989
sancti et immaculati per liberae voluntatis arbitrium, et ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua praescientia, qua tales futuros esse praescivit, elegit. Elegit ergo», inquit, «antequam essent, praedestinans filios, quos futuros sanctos immaculatosque praescivit; utique ipse non fecit, nec se facturum, sed illos futuros esse praevidit.» Intueamur ergo verba apostoli . . .: *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati* [Eph 1, 4]. Non ergo quia futuri eramus, sed *ut essemus*. Nempe certum est, nempe manifestum est, ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipse praedestinans ut tales per gratiam eius essemus. . . . *Ut ostenderet nobis mysterium voluntatis suae, secundum bonam voluntatem suam* [ib. 9]. In hoc mysterio voluntatis suae posuit divitias gratiae suae secundum bonam voluntatem suam, non secundum nostram; quae bona esse non posset, nisi ipse, secundum bonam voluntatem suam, ut bona fieret subveniret.

19, 38. Non enim quia credidimus, sed ut credamus, elegit 1990
nos, ne priores eum elegisse dicamur, falsumque sit, quod absit: *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi* [Io 15, 16]. Nec quia credidimus, sed ut credamus, vocamur, atque illa vocatione, quae sine paenitentia est, id prorsus agitur et peragitur, ut credamus.

19, 39. Deus igitur operatur in cordibus hominum, voca- 1991
tione illa secundum propositum suum, de qua multum locuti sumus, ut non inaniter audiant evangelium, sed eo audito convertantur et credant.

De dono perseverantiae, 428/9.

C. 1, n. 1. Asserimus ergo donum Dei esse perseverantiam 1992
qua usque in finem perseveratur in Christo. Finem autem dico, quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est ne cadatur. Itaque utrum quisque hoc munus acceperit, quamdiu hanc vitam ducit, incertum est. Si enim priusquam moriatur cadat, non perseverasse utique dicitur, et verissime dicitur. . . . Sed ne quisquam reluctetur et dicat: Si ex quo fidelis quisque factus est, vixit, verbi gratia, decem annos et

1989. ML 44, 987. 1990. ML 44, 988. 1991. ML 44, 989. 1992. ML 45, 993.

eorum medio tempore a fide lapsus est, nonne quinque annos perseveravit? Non contendo de verbis, si et illa perseverantia putatur esse dicenda, tamquam temporis sui, hanc certe de qua nunc agimus perseverantiam, qua in Christo perseveratur usque in finem, nullo modo habuisse dicendus est, qui non perseveraverit usque in finem.

1993 6, 10. De illa enim perseverantia loquimur, qua perseve- 321
ratur usque in finem, quae si data est, perseveratum est usque in finem; si autem non est perseveratum usque in finem, non est data. . . . Perseverantiam usque in finem quoniam non habet quisquam nisi qui perseverat usque in finem, multi eam possunt habere, nullus amittere. Neque enim metuendum est, ne forte, cum perseveraverit homo usque in finem, aliqua in eo mala voluntas oriatur, ne perseveret usque in finem. Hoc 320
ergo Dei donum suppliciter emereri potest, sed cum datum 342
fuerit, amitti contumaciter non potest.

1994 7, 15. Prorsus in hac re non operosas disputationes ex- 342
spectet ecclesia, sed attendat cotidianas orationes suas. Orat, ut increduli credant; Deus ergo convertit ad fidem. Orat, ut credentes perseverent; Deus ergo donat perseverantiam usque in finem. Haec Deus facturum se esse praescivit: ipsa est 127
praedestinatio sanctorum quos *elegit in Christo ante constitutionem mundi* etc. [Eph 1, 4 sqq.]

1995 9, 21. Ex duobus itaque parvulis originali peccato pariter 343
obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquatur; et ex duobus 130
aetate iam grandibus impiis, cur iste ita vocetur ut vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur aut non ita vocetur; inscrutabilia sunt iudicia Dei. Ex duobus autem piis, cur huic 320
donetur perseverantia usque in finem, illi non donetur, inscrutabiliora sunt iudicia Dei.

1996 9, 22. Ut enim non dicam, quam sit possibile Deo aversas 333
et adversas in fidem suam hominum convertere voluntates, et in eorum cordibus operari, ut nullis adversitatibus cedant nec ab illo aliqua superati tentatione discedant; cum possit et quod ait apostolus facere, ut non eos permittat tentari super id quod possunt [1 Cor 10, 13]: ut ergo id non dicam, certe poterat illos Deus praesciens esse lapsuros, antequam id fieret, 123
auferre de hac vita. An eo redituri sumus, ut adhuc disputemus, quanta absurditate dicatur iudicari homines mortuos etiam de his peccatis, quae praescivit eos Deus perpetraturos fuisse, si viverent? Quod ita abhorret a sensibus christianis aut prorsus humanis, ut id etiam refellere pudeat.

1997 9, 23. Falsum est igitur et secundum ea mortuos iudicari, 306
quae facturi essent si ad viventes evangelium perveniret. Et

1993. ML 45, 999. 1994. ML 45, 1002. 1995. ML 45, 1004.
1996. ML 45, 1005. 1997. ML 45, 1006.

si hoc falsum est, non est cur dicatur de infantibus qui pereunt sine baptismate morientes, hoc in iis eo merito fieri, quia praescivit eos Deus, si viverent praedicatumque illis fuisset evangelium, infideliter audituros. Restat igitur ut solo peccato originali teneantur obstricti, et propter hoc solum eant in damnationem; quod videmus aliis eamdem habentibus causam non nisi per Dei gratuitam gratiam regeneratione donari.

11, 25. Quod in his videmus, quorum liberationem bona 1998
eorum merita nulla praecedunt, et in his, quorum damnationem utrisque communia originalia sola praecedunt; hoc et in maioribus fieri nequaquam omnino cunctemus, id est, non putantes vel secundum sua merita gratiam cuiquam dari, vel nisi suis meritis quemquam puniri.

13, 33. Unde satis dilucide ostenditur et incohandi et 1999
usque in finem perseverandi gratiam Dei non secundum merita nostra dari, sed dari secundum ipsius secretissimam eamdemque iustissimam, sapientissimam, beneficentissimam voluntatem, quoniam, *quos praedestinavit* ipsos *et vocavit* [Rom 8, 30], vocatione illa, de qua dictum est: *Sine paenitentia sunt dona et vocatio Dei* [Rom 11, 29]. Ad quam vocationem pertinere nullus est homo ab hominibus certa asseveratione dicendus, nisi cum de hoc saeculo exierit. . . . Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur et velle; nos ergo operamur, sed Deus in nobis operatur et operari pro bona voluntate. Hoc nobis expedit et credere et dicere: hoc est pium, hoc verum, ut sit humilis et submissa confessio et detur totum Deo.

14, 35. Haec est praedestinatio sanctorum, nihil aliud: 2000
praescientia scilicet et praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Ceteri autem ubi nisi in massa perditionis iusto divino iudicio relinquuntur? Ubi Tyrii relicti sunt et Sidonii, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent. Sed quoniam ut crederent non erat iis datum, etiam unde crederent est negatum.

16, 39. Sunt etiam qui propterea vel non orant, vel frigide 2001
orant, quoniam Domino dicente didicerunt, scire Deum quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo. Num propter tales huius sententiae veritas deserenda, aut ex evangelio delenda putabitur? Immo cum constet alia Deum danda etiam non orantibus, sicut initium fidei, alia non nisi orantibus praeparasse, sicut usque in finem perseverantiam: profecto qui ex se ipso hanc se habere putat, non orat ut habeat. Cavendum est igitur, ne, dum timemus ne tepescat hortatio, exstinguatur oratio, accendatur elatio.

1998. ML 45, 1008. 1999. ML 45, 1012. 2000. ML 45, 1014.
2001. ML 45, 1017.

2002 17, 41. Videte iam a veritate quam sit alienum, negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem huius vitae, cum vitae huic quando voluerit ipse det finem; quem si dat ante imminentem lapsum, facit hominem perseverare usque in finem. Sed mirabilior et fidelibus evidentior largitas bonitatis Dei est, quod etiam parvulis, quibus oboedientia non est illius aetatis ut detur, datur haec gratia.

2003 17, 42. Ii qui solum initium fidei et usque in finem perseverantiam sic in nostra constituunt potestate, ut Dei dona esse non putent, neque ad haec habenda atque retinenda Deum operari nostras cogitationes et voluntates, cetera vero ipsum dare concedunt, cum ab illo impetrantur credentis fide; cur ad ipsa cetera exhortationem, eorumque ceterorum praedicationem definitione praedestinationis non metuunt impediri? An forte nec ipsa dicunt praedestinata? Ergo nec dantur a Deo, aut ea se daturum esse nescivit. Quodsi et dantur et ea se daturum esse praescivit, profecto praedestinavit.

2004 19, 50. Isti tales tantique doctores [Cypr., Ambr., Greg. Naz.] dicentes non esse aliquid de quo tamquam de nostro, quod nobis Deus non dederit, gloriemur, nec ipsum cor nostrum et cogitationes nostras in potestate nostra esse, et totum dantes Deo, atque ab ipso nos accipere confitentes, ut permansuri convertamur ad eum, ut id quod bonum est nobis quoque videatur bonum, et velimus illud, ut honoremus Deum et recipiamus Christum, ut ex indevotis efficiamur devoti et religiosi, ut in ipsam Trinitatem credamus, et confiteamur etiam voce quod credimus: haec utique gratiae Dei tribuunt, Dei munera agnoscunt, ab ipso nobis, non a nobis esse testantur.

2005 21, 55. Videant tamen ii, quibus amantibus me ingratus esse non debeo, qui praeter hoc quod in quaestionem venit, omnia mea, sicut scribitis, se profitentur amplecti: videant, inquam, utrum in primi libri posterioribus partibus eorum duorum quos mei episcopatus initio, antequam pelagiana haeresis appareret, ad Simplicianum Mediolanensem episcopum scripsi, remanserit aliquid quo vocetur in dubium, gratiam Dei non secundum merita nostra dari, et utrum ibi non satis egerim, etiam initium fidei esse donum Dei, et utrum ex iis quae ibi dicta sunt, non consequenter eluceat, etsi non sit expressum, etiam usque in finem perseverantiam non nisi ab eo donari, qui nos praedestinavit in suum regnum et gloriam.

2006 23, 64. *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda* nostra, *clamantem: Abba, Pater* [Gal 4, 6]. Et hic quid est *clamantem* nisi clamare facientem, tropo illo quo dicimus laetum diem qui laetos facit? . . . Ubi intellegimus et hoc ipsum esse

---

2002. ML 45, 1018. 2003. ML 45, 1019. 2004. ML 45, 1025.
2005. ML 45, 1027. 2006. ML 45, 1032.

donum Dei, ut veraci corde et spiritualiter clamemus ad Deum. Attendant ergo quomodo falluntur qui putant esse a nobis, non dari nobis, ut petamus, quaeramus, pulsemus.

Opus imperfectum contra Iulianum, 429/30.

02 L. 1, c. 48. «Fuit», inquit [Ambrosius, In Luc. 7, 234], «Adam, 2007
et in illo fuimus omnes; periit Adam, et in illo omnes perierunt.» Sed peccatis, inquis, alienis non utique perire de-
03 buerunt. Aliena sunt, sed paterna sunt, ac per hoc iure
10 seminationis atque germinationis et nostra sunt. Quis ab hac perditione liberat, nisi qui venit quaerere quod perierat? In
30 iis ergo, quos liberat, amplectamur misericordiam; in iis autem, quos non liberat, agnoscamus iudicium occultissimum quidem, sed sine ulla dubitatione iustissimum.

49 2, 146. Hoc est occultum et horrendum virus haeresis 2008
vestrae, ut velitis gratiam Christi in exemplo eius esse, non in dono eius, dicentes quia per eius imitationem fiunt iusti, non per subministrationem Spiritus Sancti ut eum imitentur adducti.

55 2, 165. Non per solam peccatorum dimissionem iustificatio 2009
39 ista confertur, nisi auctoribus vobis. Iustificat quippe impium Deus, non solum dimittendo quae mala facit, sed etiam donando caritatem, ut declinet a malo et faciat bonum per Spiritum Sanctum.

04 4, 104. Omnes qui nondum nati nihil per proprias volun- 2010
tates agere poterant boni vel mali, in uno potuisse peccare, in quo per rationem seminis erant, quando ille propria voluntate peccatum illud grande peccavit, naturamque in se vitiavit,
97 mutavit, obnoxiavit humanam, excepto uno homine, qui ex ipso quidem semine, non tamen seminali ratione procreatus est, si potes, intellege; si non potes, crede.

32 5, 1. Neque secundum christianam cogitatis fidem, qualis 2011
sit factus Adam, qui universis generibus animarum vivarum nomina imposuit: quod excellentissimae fuisse indicium sapientiae in saecularibus etiam litteris legimus. . . . Et quis dubitet Christianus, eos qui in hoc saeculo erroribus aerumnisque plenissimo ingeniosissimi apparent, quorum tamen corruptibilia corpora aggravant animas, si illius ingenio comparentur, distare longe amplius quam celeritate a volucribus testudines distant?

08 5, 61. Tam magnum est bonum [necessitas boni], ut sanctis 2012
servaretur ad praemium; quos itidem oblitus es, sicut Deum. Neque enim tunc sine virtute vivemus, quando nobis con-

---

2007. ML 45, 1071. 2008. ML 45, 1202. 2009. ML 45, 1212.
2010. ML 45, 1401. 2011. ML 45, 1432. 2012. ML 45, 1498.

cedetur, ne a Domino aliquando recedere possimus, quoniam nec velle poterimus. Ita enim nobis certum erit bonum, quo *semper*, ut promissum est, *cum Domino erimus* [1 Thess 4, 16]; ut ab eo recedere non velimus, nec velle possimus.

2013 6, 22. Natura quippe rationalis quanto est ipsa superior, 208
tanto ruina eius peior, et peccatum eius quanto incredibilius, tanto est damnabilius. Ideo angelus irreparabiliter cecidit, quoniam cui plus datur, plus exigitur ab eo [cf. Lc 12, 48]. . . . Ipse primus Adam naturae tam excellentis fuit, quoniam vitiata 256
non fuit, ut peccatum eius tam longe maius ceterorum peccatis esset, quam longe melior ipse ceteris fuit; unde et poena 29
eius, quae peccatum eius continuo subsecuta est, tam grandis apparuit, ut continuo etiam teneretur necessitate moriendi, cuius erat in potestate non mori, et de loco tantae felicitatis 234
foras continuo mitteretur, et a ligno vitae continuo vetaretur. Hoc autem quando factum est, in lumbis eius erat genus 302
humanum. . . . Omnes itaque filii Adae in illo adspersi sunt contagione peccati et mortis condicione devincti.

S. INNOCENTIUS I, PAPA 401—417.

Epistulae.

2014 Ep. 2 [ad Victricium, scripta a. 404], c. 3, n. 6. Si maiores 57
causae in medium fuerint devolutae, ad sedem apostolicam, sicut synodus statuit et beata consuetudo exigit, post iudicium episcopale referantur.

2014 2, 8, 11. De baptismo haereticorum, v. DB 94.*

2015 2, 13, 15. Item quae Christo spiritaliter nupserunt, et velari 523
a sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupserint vel se 580
clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam paenitentiam, nisi is, cui se iunxerant, de saeculo recesserit. Si enim de omnibus haec ratio custoditur, ut, quaecumque 572
vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendae paenitentiae licentia concedatur, nisi unus ex iis defunctus fuerit: quanto magis de illa tenenda est, quae ante immortali se sponso coniunxerat, et postea ad humanas nuptias transmigravit!

2015 6 [ad Exuperium, a. 405], 2, 5 6. De reconciliatione in articulo mortis, v. DB 95.*

6, 7, 13. De canone s. scripturae, v. DB 96.

17 [ad Rufum, a. 414], 5, 10. De baptismo Paulianistarum, v. DB 97.

25 [ad Decentium, a. 416], 3, 6. De confirmatione, v. DB 98.

25, 8, 11. De extrema unctione, v. DB 99.

29 [ad episcopos africanos, a. 417], 1. De primatu Rom. Pont., v. DB 100.

29, 6. De gratia, v. DB 132.

2013. ML 45, 1553. 2014. ML 20, 473. 2015. ML 20, 478.

307 30 [ad conc. milev., a. 417], 5. Illud vero, quod eos [Pelagianos] 2016
470 vestra fraternitas asserit praedicare, parvulos aeternae vitae praemiis etiam sine baptismatis gratia posse donari, perfatuum est. Nisi enim manducaverint carnem Filii hominis, et biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis [Io 6, 54]. Qui autem hanc iis sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum praedicant hos habere quod in eos creditur nonnisi baptismate conferendum.

575 36 [ad Probum, a. ?]. Statuimus, fide catholica suffragante, 2017
illud esse coniugium, quod erat primitus gratia divina fundatum; conventumque secundae mulieris, priore superstite nec
572 divortio eiecta, nullo pacto posse esse legitimum.

S. COELESTINUS I, PAPA 422—432.

Epistulae.

57 Ep. 17 [episcopis et presbyteris euntibus ad synodum ephesinam, 2018
scripta a. 431]. Auctoritatem sedis apostolicae custodiri debere mandamus. Si quidem instructiones quae vobis traditae sunt hoc loquantur, et interesse conventui debeatis, ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis iudicare debeatis, non subire certamen.

21 [ad episcopos Galliarum, a. 431], 3—13. De gratia Dei «Indiculus», 2018 v. DB 129 sqq.*

MARIUS MERCATOR, † post 451.

Commonitorium adversus haeresim Pelagii et Caelestii, 431/2.

307 5. Ausus [est Caelestius] palam publiceque his verborum 2019
sententiis eiusdem sensum passim disseminare per populos, id est: Adam mortalem factum, qui, sive peccaret sive non peccaret, fuisset moriturus. Quoniam peccatum Adae ipsum solum laesit et non genus humanum. Quoniam infantes qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo Adam fuit ante praevaricationem. Quoniam neque per mortem Adae omne genus hominum moritur, quia neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgit. Quoniam infantes, etiamsi non baptizentur, habent vitam aeternam. Quae quinque capitula unam im-
350 piissimam et nefandam sententiam generant. Adiecit praeterea, posse esse hominem sine peccato et facile Dei mandata

---

2016. ML 20, 592; 33, 785.
2017. ML 20, 602.
2018. ML 50, 503.
2019. ML 48, 114; 45, 1681.

servare: quoniam ante Christi adventum fuerunt homines sine peccato, et quoniam lex sic mittit ad regnum caelorum, sicut evangelium.

PAULUS OROSIUS, fin. saec. IV. — saec. V.

Liber apologeticus, 415.

2020 19. Mea semper haec est fidelis atque indubitata sententia, 347
Deum adiutorium suum non solum in corpore suo, quod est ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratiae suae dona largitur, verum etiam universis in hoc mundo gentibus propter longanimem sui aeternamque clementiam subministrare, non, 349
ut tu [Pelagius] asseris cum discipulo tuo Caelestio, cui iam apud africanam synodum occulta illa impiorum dogmatum natura contusa est, in solo naturali bono et in libero arbitrio generaliter universis unam gratiam contributam, sed speciatim cotidie per tempora, per dies, per momenta, per atomos et cunctis et singulis ministrare.

S. HILARIUS ARELATENSIS, ca 400—450/5.

Epistula ad S. Augustinum, 428/9.

(Inter epp. *S. Aug.* ep. 226.)

2021 2. Consentiunt [Massilienses] omnem hominem in Adam 352
periisse, nec inde quemquam posse proprio arbitrio liberari. Sed id conveniens asserunt veritati vel congruum praedicationi, et cum prostratis et numquam suis viribus surrecturis annuntiatur obtinendae salutis occasio, eo merito quo voluerint et crediderint, a suo morbo se posse sanari et ipsius fidei augmentum et totius sanitatis suae consequantur effectum. Ceterum ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum, quemquam sibi sufficere posse consentiunt; neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant, exterrita et supplici voluntate, unumquemque aegrotum velle sanari. Quod enim dicitur: *Crede et salvus eris* [Act 16, 31; cf. Mc 16, 16], unum horum exigi asserunt, aliud offerri; ut propter id quod exigitur, si redditum fuerit, id quod offertur deinceps tribuatur. Unde consequens putant, exhibendam ab eo fidem, cuius naturae id voluntate conditoris concessum est; et nullam ita depravatam vel exstinctam putant, ut non debeat vel possit se velle sanari; propter quod vel sanetur quis a sua vel, si noluerit, cum sua aegritudine puniatur. Nec negari gratiam, si prae-

---

2020. CV 5 (ed. C. Zangemeister, 1882), 633; ML 31, 1188.
2021. ML 33, 1008.

cedere dicatur talis voluntas, quae tantum medicum quaerat, non autem quidquam ipsa iam valeat. . . . . 3. Cum autem dicitur iis, quare aliis vel alicubi praedicetur, vel non praedicetur, vel nunc praedicetur quod aliquando paene omnibus, sicut nunc aliquibus gentibus non praedicatum sit: dicunt id praescientiae esse divinae, ut eo tempore, et ibi et illis veritas annuntiaretur, vel annuntietur, quando et ubi praenoscebatur esse credenda.

352 4. Ceterum praescientiam et praedestinationem vel propo- 2022
situm ad id valere contendunt, ut eos praescierit vel praedestinaverit vel proposuerit eligere, qui fuerant crediturí; nec de hac fide posse dici: *Quid habes quod non accepisti?* [1 Cor 4, 7], cum in eadem natura remanserit, licet vitiata, quae prius sana ac perfecta donata sit. . . . Unde illam praescientiam sic accipiunt, ut propter fidem futuram intellegendi sint praesciti, nec cuiquam talem dari perseverantiam, a qua non permittatur praevaricari, sed a qua possit sua voluntate deficere et infirmari.

PAULINUS MEDIOLANENSIS.

Vita S. Ambrosii.

541 39. Causas criminum, quae illi confitebatur, nulli nisi Do- 2023
mino soli, apud quem intercedebat, loquebatur, bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint quam accusatores apud homines. Nam et secundum apostolum circa huiusmodi hominem confirmanda caritas est; quia ipse sui accusator est, nec exspectat accusatorem, sed praevenit; ut confitendo suum allevet ipse delictum, ne habeat quod adversarius criminetur.

S. PROSPER AQUITANUS, † ca 463.

Epistula ad S. Augustinum, 428/9.

(Inter epp. *S. Aug.* ep. 225.)

352 4. Quidam vero horum [Massiliensium] in tantum a Pela- 2024
gianis semitis non declinant, ut, cum ad confitendam eam Christi gratiam, quae omnia praeveniat merita humana, cogantur, ne, si meritis redditur, frustra gratia nominetur, ad condicionem hanc velint uniuscuiusque hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia nec exsistentem, liberi arbitrii et rationalem gratia creatoris instituat, ut per discretionem boni ac mali et ad cognitionem Dei et ad oboedientiam

---

2022. ML 33, 1009. 2023. ML 14, 40,
2024. ML 51, 70; 33, 1004.

mandatorum eius possit suam dirigere voluntatem, atque ad hanc gratiam, qua in Christo renascimur, pervenire, per naturalem scilicet facultatem, petendo, quaerendo, pulsando: ut ideo accipiat, ideo inveniat, ideo introeat, quia bono naturae bene usus ad istam salvantem gratiam initialis gratiae ope meruerit pervenire.

2025 5. Cumque inter haec innumerabilium illis multitudo obi- 307
citur parvulorum, qui utique excepto originali peccato, sub quo omnes homines similiter in primi hominis damnatione nascuntur, nullas adhuc habentes voluntates, nullas proprias actiones, non sine Dei iudicio secernuntur, ut ante discretionem boni ac mali de usu vitae istius auferendi, alii per regenerationem inter caelestis regni assumantur heredes, alii sine baptismo inter mortis perpetuae transeant debitores: tales aiunt perdi, talesque salvari, quales futuros illos in annis maioribus, si ad activam servarentur aetatem, scientia divina praeviderit.

Responsiones ad capitula obiectionum Gallorum, 431/2.

2026 Resp. ad obi. 3. Sicut bona opera ad inspiratorem eorum 139
Deum, ita mala ad eos sunt referenda qui peccant. Non 344
enim relicti sunt a Deo, ut relinquerent Deum; sed reliquerunt et relicti sunt et ex bono in malum propria voluntate mutati sunt, atque ab hoc licet fuerint renati, fuerint iustificati, ab eo tamen, qui illos tales praescivit, non sunt praedestinati.

2027 6. Iustificatus itaque homo, id est, ex impio pius factus, 369
nullo praecedente bono merito, accipit donum, quo dono acquirat et meritum: ut, quod in illo incohatum est per gratiam 368
Christi, etiam per industriam liberi augeatur arbitrii; numquam remoto adiutorio Dei, sine quo nec proficere nec permanere in bono quisquam potest.

2028 7. Cum autem dubium non sit, donum Dei esse perseve- 320
rantiam in bono usque ad finem, quam istos, ex eo ipso quod 321
non perseveraverunt, non habuisse manifestum est, non est calumniandum Deo, quare istis non dederit quod aliis dedit; sed confitendum est et misericorditer eum dedisse quod dedit, 343
et iuste non dedisse quod non dedit, ne, quemadmodum ex libero arbitrio oritur causa labendi, ita ex ipso oriri videatur et standi; cum illud humano fiat opere, hoc divino impleatur ex munere.

2029 11. Cum vero aliquos a Deo aut traditos desideriis suis 344
[Rom 1, 24] aut obduratos legimus aut relictos, magnis peccatis

---

2025. ML 51, 71; 33, 1004.
2026. ML 51, 159; 45, 1835.
2027. ML 51, 161; 45, 1836.
2028. ML 51, 161; 45, 1836.
2029. ML 51, 167; 45, 1839.

suis hoc ipsos meruisse profitemur, quia talia eorum crimina praecesserunt, ut ipsi sibi poena fieri debuerint, quae iis etiam supplicium verteret in reatum.

125 Sententia super capitulum 8. Item qui dicit, quod non 2030
omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum praedestinatorum, durius loquitur, quam loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiae Dei, *qui et omnes vult salvos fieri,* atque *in agnitionem veritatis venire* [1 Tim 2, 4], et voluntatis suae propositum in iis implet, quos praescitos praedestinavit, praedestinatos vocavit, vocatos iustificavit, iustificatos glorificavit [Rom 8, 30]; . . . ut et qui salvantur, ideo salvi sint,
140 quia illos voluit Deus salvos fieri, et qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt.

Responsiones ad capitula obiectionum Vincentianarum, 431/2.

413 Resp. ad obi. 1. Contra vulnus originalis peccati, quo in 2031
Adam omnium hominum corrupta et mortificata natura est et unde omnium concupiscentiarum morbus inolevit, verum et potens ac singulare remedium est mors Filii Dei Domini nostri
398 Iesu Christi, qui liber a mortis debito et solus absque peccato
419 pro peccatoribus et debitoribus mortis est mortuus. Quod ergo ad
422 magnitudinem et potentiam pretii et quod ad unam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi.

295 10. Detestanda et abominanda opinio, quae Deum cuius- 2032
quam malae voluntatis aut malae actionis credit auctorem; cuius praedestinatio numquam extra bonitatem, numquam extra iustitiam est. . . . Plane praedestinavit iudicium suum, quo unicuique retributurus est prout gessit, sive bonum, sive malum. Quod iudicium futurum omnino non esset, si homines Dei voluntate peccarent.

337 12. Hi autem, de quibus dicitur: *Ex nobis exierunt, sed non* 2033
139 *fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum* [1 Io 2, 19], voluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia praesciti sunt casuri, non sunt praedestinati. Essent autem praedestinati, si essent reversuri et in sanctitate ac veritate mansuri. Ac per hoc praedestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi.

Liber contra collatorem, 431/2.

340 C. 3, n. 1. Quomodo autem non advertis, te in illud dam- 2034
natum incidere, quod velis nolis convinceris dicere gratiam

2030. ML 51, 172; 45, 1841. 2031. ML 51, 177; 45, 1844.
2032. ML 51, 182; 45, 1846. 2033. ML 51, 184; 45, 1847.
2034. ML 51, 222; 45, 1805. In hoc tomo 45 numeri capitum iidem sunt, non autem ceteri.

Dei secundum merita nostra dari; cum aliquid praecedere boni operis ex ipsis hominibus, propter quod gratiam consequantur, affirmas? Non enim nullius meriti haberi potest 314
petentis fides, quaerentis pietas, pulsantis instantia; praecipue cum omnes eiusmodi et accipere et invenire et intrare dicantur. In quo superfluum, immo impium est, sic velle meritis ante gratiam exsistentibus locum facere, ut non ex toto verum sit quod ait Dominus: *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, attraxerit eum* [Io 6, 44], quod nullatenus diceretur, si cuius- 325
quam sine Dei illuminatione esset credenda conversio, aut ullo modo se voluntas hominis ad Deum sine Deo posset extendere.

2035 7, 2. Veritas dicit: *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit* 326
me, traxerit eum [Io 6, 44]. Si ergo nemo venit nisi attractus, 322
omnes qui quocumque modo veniunt, attrahuntur. Trahit itaque ad Deum contemplatio elementorum, omniumque quae in iis sunt, ordinatissima pulchritudo. *Invisibilia enim eius a creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur* [Rom 1, 20]. . . . Et quis perspicere aut enarrare possit, per quos affectus visitatio Dei animum ducat humanum, ut quae fugiebat sequatur; quae oderat, diligat; quae fastidiebat, esuriat; ac subito commutatione mirabili, quae clausa ei fuerant, fiant aperta; quae onerosa, sint levia; quae amara, sint dulcia; quae obscura, sint lucida?

2036 9, 3. Naturae enim humanae in illa universalis praevari- 300
cationis ruina nec substantia erepta est nec voluntas; sed 301
lumen decusque virtutum, quibus fraude invidentis exuta est. Perditis autem per quae ad aeternam atque inamissibilem corporis animique incorruptionem poterat pervenire, quid ei remansit, nisi quod ad temporalem pertinet vitam, quae tota est damnationis et poenae? Propter quod natos in Adam renasci oportet in Christo, ne in illa quis inveniatur generatione, quae periit.

2037 13, 3. Et ita manifestissime patet, in impiorum animis nullam 311
habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse atque polluta, habentium sapientiam non spiritalem sed animalem, non caelestem sed terrenam, non christianam sed diabolicam, non a Patre luminum sed a principe tenebrarum, dum et ipsa quae non haberent nisi dante Deo subdunt ei qui primus recessit a Deo.

2038 18, 3. [Profitemur] quod liberum arbitrium, naturaliter homini 301
inditum, maneat in natura, sed qualitate et condicione mutata per *mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Iesum* [1 Tim 2, 5], qui ipsam voluntatem ab eo, quod perverse volebat, 415
avertit et in id, quod ei bonum esset velle, convertit.

2035. ML 51, 230; 45, 1809.
2036. ML 51, 237; 45, 1812.
2037. ML 51, 248; 45, 1818.
2038. ML 51, 265; 45, 1827.

Expositio Psalmorum, 433.

403 Ps 103, v. 19. *Sol cognovit occasum suum.* Christus agnovit 2039
passionem suam. Occasus Christi passio Christi est. Sed numquid sol sic occidit ut non oriatur? *Numquid qui dormit, non adiciet ut resurgat?* [Ps 40, 9.] Quid est autem: *agnovit occasum suum,* nisi: placuit ei ut moreretur? Voluntate enim suscepit crucem et mortem; et sicut aliena sunt ab eius notitia quae ipsi non placent, ita ea quae voluntati ipsius congruunt novit atque cognoscit.

418 132, 2. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam,* 2040
barbam Aaron. Per Aaron sacerdotem ille indicatur sacerdos, qui veri pontificis sacramentum, non in alieni generis hostia, sed in oblatione corporis et sanguinis sui solus implevit: idem sacerdos, idem victima, propitiator et propitiatio, omniumque
427 mysteriorum quibus nuntiabatur effector; qui mortuus, sepultus,
185 resuscitatus, ascendit in caelos, naturam humanam super omne nomen exaltans et mittens Spiritum Sanctum, cuius unctio omnem ecclesiam penetraret.

Liber sententiarum ex S. Augustino, ca 450.

312 106. Omnis infidelium vita peccatum est, et nihil est bonum 2041
sine summo bono. Ubi enim deest agnitio aeternae et incommutabilis veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus.

[?] De vocatione omnium gentium, medio saec. V.

312 L. 1, c. 7. Etsi fuit qui naturali intellectu conatus sit vitiis 2042
reluctari, huius tantum temporis vitam steriliter ornavit, ad veras autem virtutes aeternamque beatitudinem non profecit. Sine cultu enim veri Dei, etiam quod virtus videtur esse, peccatum est, nec placere ullus Deo sine Deo potest.

322 1, 8. Cum verbum Dei per ministerium praedicantium 2043
324 auribus carnis infertur, miscetur operatio potentiae divinae cum sono vocis humanae, et qui incitavit evangelizantis officium, audientis quoque firmavit affectum.

340 1, 17. Quodsi et ad illos dirigas mentis intuitum, qui, 2044
369 longam agentes in flagitiis et sceleribus aetatem, sacramento baptismatis Christi in ipso vitae fine renovantur, et sine ullo suffragio bonorum operum in regni caelestis consortium transferuntur, quo intellectu divinum iudicium comprehendes, nisi ut indubitanter agnoscas gratuita esse Dei munera; et sicut

---

2039. ML 51, 294.
2040. ML 51, 881.
2041. ML 51, 441; 45, 1868.
2042. ML 51, 653.
2043. ML 51, 656.
2044. ML 51, 669.

nulla sunt tam detestanda facinora, quae possint gratiae arcere donum, ita nulla posse tam praeclara opera exsistere, quibus hoc quod gratis tribuitur per retributionis iudicium debeatur? Vilesceret enim redemptio sanguinis Christi nec misericordiae Dei humanorum operum praerogativa succumberet, si iustificatio quae fit per gratiam meritis praecedentibus deberetur, ut non munus largientis sed merces esset operantis.

2045 1, 24. Abunde, quantum arbitror, his testimoniis, quamvis 314
et alia documenta aggregari potuerint, demonstratum est fidem, 340
qua iustificatur impius, nisi ex Dei munere non haberi, eam-
que nullis meritis praecedentibus tribui, sed ad hoc donari, 366
ut principium possit esse meritorum, et, cum ipsa data fuerit
non petita, ipsius iam petitionibus bona cetera consequantur.

2046 2, 17. Quodsi forte, quemadmodum quasdam gentes non 347
olim in consortium filiorum Dei novimus adoptatas, ita etiam
nunc in extremis mundi partibus sunt aliquae nationes quibus
nondum gratia salvatoris illuxit, non ambigimus etiam circa
illas occulto iudicio Dei tempus vocationis esse dispositum,
quo evangelium quod non audierunt audient atque suscipient.
Quibus tamen illa mensura generalis auxilii, quae desuper
omnibus semper hominibus est praebita, non negatur.

2047 2, 29. Universitati hominum, quod abunde probavimus, ita 347
multiplex atque ineffabilis bonitas Dei consuluit semper et
consulit, ut neque ulli pereuntium excusatio suppetat de ab-
negato sibi lumine veritatis, neque cuiquam sit liberum de
sua iustitia gloriari, cum et illos propria nequitia demergat
ad poenam et istos Dei gratia perducat ad gloriam.

LEPORIUS.

Libellus emendationis, ad episcopos Galliae, ca 418.

2048 3. Ergo confitemur Dominum ac Deum nostrum Iesum 375
Christum unicum Filium Dei, qui ante saecula natus ex Patre
est, novissimo tempore de Spiritu Sancto et Maria semper
virgine factum hominem, Deum natum; et confitentes utram- 387
que substantiam Deum atque hominem inseparabilem pia fidei
credulitate suscipimus, et ex tempore susceptae carnis sic
omnia dicimus, quae erant Dei, transisse in hominem, ut
omnia quae erant hominis in Deum venirent et hac intelle-
gentia Verbum factum sit caro, non ut conversione aut muta- 382
bilitate aliqua coeperit esse quod non erat, sed ut potentia
divinae dispensationis Verbum Patris, numquam a Patre dis-

2045. ML 51, 679. 2046. ML 51, 704. 2047. ML 51, 715.
2048. ML 31, 1224. Idem locus citatur a Cassiano: De Incarn. Chr. 1, 5; CV 17, 242 sqq; ML 50, 25 sqq.

cedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatusque sit uni-
381 genitus secreto illo mysterio quo ipse novit (nostrum namque
est credere, illius nosse).

393 6. In hoc maxime fides nostra consistit, ut credamus unicum 2049
Filium Dei, non adoptivum sed proprium, non phantasticum
419 sed verum, non temporarium sed aeternum, pro nobis omnia
404 secundum carnem fuisse perpessum.... 10. Ut autem et hinc
nihil cuiquam in suspicione derelinquam, tunc dixi, immo ad
obiecta respondi, Dominum nostrum Iesum Christum secundum
hominem ignorare. Sed nunc non solum dicere non praesumo,
verum etiam priorem anathematizo prolatam in hac parte sen-
tentiam; quia dici non licet etiam secundum hominem igno-
rasse Dominum prophetarum.

S. CASSIANUS, ca 360—ca 435.

Collationes, 419—428.

200 Coll. 7, c. 13. Licet pronuntiemus nonnullas esse spiritales 2050
217 naturas, ut sunt angeli, archangeli ceteraeque virtutes, ipsa
quoque anima nostra, vel certe aer iste subtilis, tamen incor-
poreae nullatenus aestimandae sunt. Habent enim secundum
se corpus quo subsistunt, licet multo tenuius quam nostra sunt
corpora, secundum apostoli sententiam ita dicentis: *Et corpora
caelestia et corpora terrestria* [1 Cor 15, 40], et iterum: *Seminatur*
98 *corpus animale, surgit corpus spiritale* [ib. 44]. Quibus manifeste
colligitur nihil esse incorporeum nisi Deum solum.

202 7, 15. Nulli dubium est quod possint spiritus immundi cogi- 2051
tationum nostrarum attingere qualitates, sed indiciis eas sen-
sibilibus forinsecus colligentes, id est, aut ex nostris dispositioni-
bus aut ex verbis et studiis in quae propensius nos perspexerint
inclinari. Ceterum illas, quae necdum de internis animae prodie-
runt, adire omnino non possunt.

314 13, 8. [Deus] cum in nobis ortum quemdam bonae voluntatis 2052
inspexerit, illuminat eam confestim atque confortat et incitat
ad salutem, incrementum tribuens ei quam vel ipse plantavit
vel nostro conatu viderit emersisse.

314 13, 9. Nec cum voluerit quis, sanitate perfruitur aut de 2053
aegritudinis morbo pro arbitrii sui desiderio liberatur. Quid
autem prodest sanitatis gratiam concupisse, nisi Deus, qui vitae
ipsius usum tribuit, etiam vigorem incolumitatis impertiat?
Ut autem evidentius clareat etiam per naturae bonum, quod

2049. ML 31, 1226.
2050. CV 13 (ed. M. Petschenig, 1886), 192; ML 49, 684.
2051. CV 13, 194; ML 49, 687. 2052. CV 13, 371; ML 49, 912.
2053. CV 13, 373; ML 49, 919.

beneficio creatoris indultum est, nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia, quae tamen, nisi a Domino dirigantur, ad consummationem virtutum pervenire non possunt, apostolus testis est dicens: *Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non invenio* [Rom 7, 18].

De incarnatione Christi, adversus Nestorium, 430/1.

2054 L. 2, c. 2. Dicis itaque, quisquis es ille, haeretice, qui Deum 429
ex virgine natum negas, Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi Theotocon, id est, matrem Dei, appellari non posse, sed Christotocon, hoc est, Christi tantum matrem, non Dei; nemo enim, inquis, antiquiorem se parit. Ac de hoc quidem tam stulto argumento, quod nativitatem Dei carnali intellegentia aestimandam putas, et mysterium maiestatis humanis 381
credis censendum esse rationibus, postea, si Deus annuet, disputabimus; nunc interim et Christum Deum et Mariam matrem Dei divinis testibus approbemus.

2055 4, 6, 3. Filium hominis in caelo fuisse dixit [Io 3, 13], 253
Filium hominis e caelo descendisse memoravit. 4. Quid est? 254
Quid mussitas? Negato hoc, si vales. Sed rationem dicti quaeris? Non reddo interim. Deus hoc dixit, Deus locutus est: mihi verbum illius summa ratio est. Removeo argumenta, removeo disputationes: sola mihi ad credulitatem sufficit persona dicentis. Non licet mihi de fide dicti ambigere, non 250
licet deliberare. Quid mihi quaerere quomodo verum sit quod Deus dixit, cum dubitare non debeam quin verum sit quod Deus dixerit?

2056 5, 7. *Omnia,* inquit, *pacificans per sanguinem crucis eius, sive* 385
quae in caelis sùnt sive quae in terris [Col 1, 20]. Manifestavit 392
utique apertissime de quo diceret, quem primogenitum ex mortuis nominasset. Numquid enim per Verbi aut Spiritus sanguinem reconciliata et pacificata sunt omnia? Non utique; neque enim in naturam cadere impassibilem res ulla potuit passionis, aut fundi sanguis valuit nisi hominis, aut mori alter quam homo; et tamen idem, qui in sequentibus mortuus dicitur, idem superius imago Dei invisibilis praedicatur. Quomodo ergo hoc? Scilicet quia id omni modo ab apostolis cautum est, ne aliqua videretur in Christo esse divisio, et unitus in filio hominis Filius Dei inciperet per erraticas interpretationes duas habere personas, ac per pravas atque impias opiniones, qui esset scilicet in se unus, duplex fieret in nobis.

2057 6, 22. Ita omnibus scriptis sacris dominicum hominem co- 387
nectit Deo atque concorporat, ut nec in tempore admodum

2054. CV 17 (ed. M. Petschenig, 1888), 247; ML 50, 31.
2055. CV 17, 292; ML 50, 83. 2056. CV 17, 312; ML 50, 114.
2057. CV 17, 348; ML 50, 185.

hominem quis a Deo, nec in passione possit Deum ab homine discernere. Si enim ad tempus respicis, invenies semper filium hominis cum Dei Filio; si ad passionem, invenies semper cum filio hominis Dei Filium; ita scilicet unitum et individuum sibi Christum filium hominis ac Dei Filium, ut, quantum ad vocem scripturae pertinet, nec homo separari a Deo tempore, nec ab homine Deus omnino valeat passione....
86 Non ergo ante partum virginis eadem in praeterito aeternitas hominis quae Dei; sed quia in utero virginis unitus est Deus homini, factum est ut in Christo omnino non possit alterum sine altero nominari.

NESTORIUS, † 451.

Sermones.

85 9. In nobis invicem frequenter sciscitantur: Θεοτόκος, in- 2057 a
quiunt, id est, puerpera Dei sive genetrix Dei, Maria, an autem ἀνθρωποτόκος, id est, hominis genetrix? Habet matrem Deus? Ἀνέγκλητος Ἕλλην μητέρας θεοῖς ἐπεισάγων.... Non peperit creatura creatorem, ἀλλ' ἔτεκεν ἄνθρωπον, θεότητος ὄργανον.

83 12. Τῆς δὲ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ἔστι διαίρεσις. 2057 b
Ὁ Χριστὸς κατὰ τὸ Χριστὸς ⟨εἶναι⟩ ἀδιαίρετος, ⟨ὁ Υἱὸς κατὰ τὸ Υἱὸς εἶναι ἀδιαίρετος⟩. Οὐ γὰρ ἔχομεν δύο Χριστοὺς οὐδὲ δύο Υἱούς. Οὐ γάρ ἐστι παρ' ἡμῖν πρῶτος ⟨Χριστὸς⟩ καὶ δεύτερος, οὐδὲ ἄλλος καὶ ἄλλος, οὐδὲ πάλιν ἄλλος υἱὸς καὶ ἄλλος πάλιν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ εἷς ἐστι διπλοῦς, οὐ τῇ ἀξίᾳ, ἀλλὰ τῇ φύσει.

85 15. Θεὸς τοῦ Χριστοῦ ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ Λόγος.... Ἦν γὰρ 2057 c
ὁ αὐτὸς καὶ βρέφος καὶ τοῦ βρέφους δεσπότης. Ἐπηνέσατε τὴν φωνήν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὴν ἀβασανίστως κροτεῖτε. Εἶπον γάρ· ὁ αὐτὸς ἦν βρέφος καὶ τοῦ βρέφους οἰκήτωρ.

***Anathematismi** (a. 430), v. K 796 sqq.* *2057**

---

83 12. Divinitatis et humanitatis est distinctio. Christus, secundum 2057 b
quod est Christus, est indivisus; Filius, secundum quod est Filius, est indivisus. Non enim habemus duos christos nec duos filios. Neque est apud nos primus Christus et secundus, neque alius et alius, neque iterum alter filius et iterum alter; sed idem unicus est duplex, non dignitate sed natura.

85 15. Dei Verbum erat Deus Christi.... Erat enim ipse et in- 2057 c
fans et infantis dominus. Laudastis vocem, sed nolite eam sine cura laudare. Dixi enim quod idem erat infans et habitator infantis.

2057a. Lf (= Loofs) 251; ML 48, 759.
2057b. Lf 281; ML 48, 902. 2057c. Lf 291; ML 48, 830.

Liber Heraclidis, 450[1].

2057 d L. 1, c. 1, n. 76. Itaque Deus incarnatus est in homine 385
in suo proprio προσώπῳ, et fecit eius πρόσωπον suum ipsius πρόσωπον. Nequit ita obsecundari, ut πρόσωπον hominis sit suum utque ipse det homini suum πρόσωπον. Ideo suo προσώπῳ usus est, quia sibi id cepit.

2057 e 1, 3. Equidem dicebam et affirmabam unionem esse in 385
uno προσώπῳ Christi; necessario indicabam Deum Verbum quod incarnatum est, et Deus Verbum erat simul in humanitate, quia in ea Christus incarnatus est. Quapropter cum patres nos docerent quis sit Christus, de quo disputabant, naturas primum statuerunt quae Christum constituunt. Tu vero [Cyrille] contrarium agis, qui velis ut in duabus naturis Deus Verbum sit πρόσωπον unionis. . . . Ex concursu unionis divinitatis et humanitatis fuit unus Christus, non vero Deus Verbum, hoc enim erat aeternum. Christus igitur est πρόσωπον unionis, non autem Deus Verbum illud est unionis sed suae naturae, neque idem est id dicere et intellegere.

2057 f 2, 1. Non est concipienda essentia sine hypostasi, quasi 385
essentiae unitae essent in una essentia et adesset unius essentiae πρόσωπον. At naturae subsistunt in suis προσώποις et in suis naturis et in προσώπῳ unionis. Quod ad naturale πρόσωπον unius attinet, altera eodem utitur vi unionis; et sic unum [est] πρόσωπον duarum naturarum. Unius essentiae πρόσωπον utitur ipso alterius προσώπῳ.

2057 g 2, 1. Divinitas utitur προσώπῳ humanitatis et humanitas 385
προσώπῳ divinitatis; ea ratione unum dicimus πρόσωπον utriusque.

S. CYRILLUS ALEXANDRINUS, † 444.

Epistulae.

2058 Ep. 1 [ad monachos Aegypti, a. 428/31]. Τεθαύμακα τοίνυν, 429
εἴπερ ὅλως ἐνδοιάζουσί τινες πότερον θεοτόκος ἢ μὴ λέγοιτ' ἂν ἡ ἁγία παρθένος. Εἰ γάρ ἐστι Θεὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, πῶς οὐ θεοτόκος ἡ τεκοῦσα ἡ ἁγία παρθένος;

2058 1. Miror itaque esse aliquos qui omnino addubitent utrum 429
deipara annon appellanda sit sacra virgo. Si enim Dominus noster Iesus Christus Deus est, quomodo non sit deipara sacra virgo quae illum edidit?

---

[1] Istius libri sola versio syriaca servata est; hic autem habes latinam translationem quae, revisente Nau, genuinum textum reddit accurate.
2057 d. Nau 66. 2057 e. Nau 127. 2057 f. Nau 193.
2057 g. Nau 212. 2058. MG 77, 13.

1. Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνο ἐρεῖς· Ἆρ' οὖν, εἰπέ μοι, θεότητος μήτηρ 2059
γέγονεν ἡ παρθένος; Καὶ πρός γε τοῦτό φαμεν ὅτι γεγέννηται μὲν ὁμολογουμένως ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ ζῶν τε καὶ ἐνυπόστατος Λόγος αὐτοῦ, καὶ ἄναρχον ἐν χρόνῳ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, ἀεὶ συνυφεστηκὼς τῷ γεγεννηκότι, ἐν αὐτῷ τε καὶ σὺν αὐτῷ συνυπάρχων καὶ συννοούμενος· ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ἐπειδὴ γέγονε σάρξ, τουτέστιν ἡνώθη σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικήν, γεγεννῆσθαι λέγεται καὶ σαρκικῶς διὰ γυναικός.

39 [ad Ioannem episc. Antioch., a. 433][1]. Ὁμολογοῦμεν τοι- 2060
γαροῦν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ ἕνα Χριστόν, ἕνα Υἱόν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν. Κατὰ ταύτην τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν Λόγον σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. Τὰς δὲ εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ Κυρίου φωνάς, ἴσμεν τοὺς θεολόγους ἄνδρας τὰς

---

1. Sed forsan hoc dices: Numquid, dic mihi, divinitatis mater 2059
fuit virgo? Ad hoc dicimus vivum illud et subsistens Dei Verbum vere sine controversia ex ipsa Dei et Patris essentia genitum esse, substantiamque sine initio in tempore habuisse, semper coexsistens genitori, in ipso et cum ipso consistens et conceptum; in novissimis vero aevi temporibus, cum caro factum est, hoc est, corpori anima intellegenti informato unitum est, secundum carnem quoque ex muliere natum esse.

39. Confitemur itaque Dominum nostrum Iesum Christum Filium 2060
Dei unigenitum Deum esse perfectum et hominem perfectum ex anima rationali et corpore constitutum; ante saecula quidem ex Patre natum secundum divinitatem, postremis vero temporibus eumdem ipsum propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem; eumdem Patri consubstantialem secundum divinitatem, et nobis consubstantialem secundum humanitatem. Duarum enim naturarum facta est unio; et propterea unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur. Secundum hunc inconfusae unitatis intellectum confitemur sanctam virginem deiparam esse, quia Deus Verbum incarnatum est et homo factum, et ex ipso conceptu templum ex illa sumptum sibi univit. Evangelicas autem et apostolicas de Domino voces scimus theologos alias quidem,

---

[1] Hoc est celeberrimum «symbolum unionis» cum episcopis orientalibus.

2059. MG 77, 21. 2060. MG 77, 176.

μὲν κοινοποιοῦντας ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας.

2061 46 [ad Succensum, a. 433/5], 2. Ἠγνόησαν πάλιν οἱ τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, ὅτι κατὰ ἀλήθειάν ἐστι μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη. Εἰ γὰρ εἷς ἐστιν Υἱός, . . . κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς οὐκ ἀψύχου, ἀλλ' ἐψυχωμένης νοερῶς προῆλθεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικός, οὐκ εἰς δύο μερισθήσεται διὰ τοῦτο πρόσωπα καὶ υἱούς, ἀλλὰ μεμένηκεν εἷς, πλὴν οὐκ ἄσαρκος, οὐδ' ἔξω σώματος, ἄλλ' ἴδιον ἔχων αὐτὸ καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον. Ὁ δὲ τοῦτο λέγων, οὐ φυρμόν, οὐ σύγχυσιν, οὐδ' ἕτερόν τι τῶν τοιούτων πάντη τε καὶ πάντως δηλοῖ· οὔτε μὴν ὡς ἐξ ἀναγκαίου τοῦ λόγου τοῦτο ἀκολουθήσει ποθέν. Εἰ γὰρ καὶ εἷς λέγοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σεσαρκωμένος καὶ ἐνανθρωπήσας, οὐ πέφυρται διὰ τοῦτο, κατὰ τὸ ἐκείνοις δοκοῦν, οὔτε μὴν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταπεφοίτηκεν ἡ τοῦ Λόγου φύσις, ἀλλ' οὐδὲ ἡ τῆς σαρκὸς εἰς τὴν αὐτοῦ· ἀλλ' ἐν ἰδιότητι τῇ κατὰ φύσιν ἑκατέρου μένοντός τε καὶ νοουμένου . . ., μίαν ἡμῖν ἔδειξεν Υἱοῦ φύσιν, πλήν, ὡς ἔφην, σεσαρκωμένην. Οὐ γὰρ ἐπὶ μόνων τῶν ἁπλῶν κατὰ φύσιν τὸ ἓν ἀληθῶς λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ σύνθεσιν συνηγμένων, ὁποῖόν τι χρῆμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος.

---

tamquam ad unam personam pertinentes, communes facere, alias vero tamquam in duabus naturis divisim usurpare; et illas quidem Deo dignas secundum Christi divinitatem, alias vero humiles secundum illius humanitatem tradere.

2061 46, 2. Recta pervertentes rursus ignorant unam revera esse naturam Verbi incarnatam. Nam etiamsi unus est Filius, . . . qui secundum assumptionem carnis non inanimatae, sed intellegente anima praeditae prodiit homo ex muliere, non ideo in duas personas et filios dividetur, sed permansit unus, non quidem sine carne neque extra corpus, sed proprium habens secundum unitatem. Qui autem hoc dicit, nullo prorsus modo permixtionem neque confusionem neque eiusmodi quid significat, neque id tamquam ex necessaria ratione ullo modo consequitur. Nam, etiamsi unus dicatur a nobis unigenitus Filius Dei incarnatus et homo factus, non propterea permixtus est, ut illi putant, neque in carnis naturam transiit Verbi natura, neque natura carnis in Verbi naturam; sed cum utrumque in sua naturali proprietate permaneat et intellegatur . . ., unam nobis Filii naturam ostendit, sed, ut dixi, incarnatam. Neque enim in his rebus solis, quae secundum naturam simplices sunt, unum vere praedicatur, sed etiam in iis, quae sunt per coniunctionem unitae, cuius modi est homo ex anima constans et corpore.

2061. MG 77, 241.

4 46, 4. Τῆς γε μὴν θεοπνεύστου γραφῆς σαρκὶ παθεῖν αὐτὸν 2062
λεγούσης, ἄμεινον καὶ ἡμᾶς οὕτω λέγειν, ἤγουν τῇ φύσει τῆς
ἀνθρωπότητος· εἰ καὶ ὅτι μάλιστα, εἰ μὴ δυστρόπως λέγοιτο
τοῦτο πρός τινων, ἀδικήσειεν ἂν οὐδὲν τὸν τοῦ μυστηρίου
6 λόγον. Τί γάρ ἐστιν ἀνθρωπότητος φύσις ἕτερον, πλὴν ὅτι
σὰρξ ἐψυχωμένη νοερῶς, ἣ καὶ πεπονθέναι φαμὲν σαρκὶ τὸν
Κύριον; Περιεργότατα τοίνυν φασί, τὸ τῇ φύσει τῆς ἀνθρω-
πότητος αὐτὸν παθεῖν· οἷον ἀποδιιστάντες αὐτὴν τοῦ Λόγου,
καὶ ἔξω τιθέντες ἰδικῶς, ἵνα δύο νοῶνται, καὶ οὐχ εἷς ἔτι
σεσαρκωμένος καὶ ἐνανθρωπήσας ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος.

Homiliae paschales.

3 Hom. 10 [habita a. 422], n. 2. Κατακέκριται τοίνυν ἡ ἁμαρτία, 2063
4 νεκρωθεῖσα μὲν πρῶτον ἐν Χριστῷ, νεκρωθησομένη δὲ καὶ ἐν
ἡμῖν, ὅταν αὐτὸν ταῖς οἰκείαις ψυχαῖς εἰσοικίζωμεν διὰ τῆς
πίστεως καὶ τῆς μετουσίας τοῦ Πνεύματος, συμμόρφους ἡμᾶς
ἀποτελοῦντος Χριστῷ, διὰ τῆς ἐν ἁγιασμῷ δηλονότι ποιότητος.
8 Μορφὴ γὰρ ὥσπερ τίς ἐστι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τὸ
Πνεῦμα αὐτοῦ, τὸν θεῖον ἡμῶν ἐξεικονισμὸν ἐναποθλῖβον
τρόπον τινὰ δι' ἑαυτοῦ.

3 17 [a. 429], 2. Ἦν [Χριστός], ὡς ἔφην, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι 2064
Θεός, ἐφιεὶς μὲν φύσει τῇ καθ' ἡμᾶς τὸ διὰ τῶν ἰδίων ἔρχεσθαι
νόμων· ἀνασῴζων δὲ μετὰ τούτου τῆς θεότητος τὸ εἰλικρινές.
Νοηθείη γὰρ ἂν ὧδέ τε καὶ οὐχ ἑτέρως, καὶ φύσει Θεὸς τὸ

---

4 46, 4. Cum vero divina scriptura dicat ipsum carne passum, 2062
satius est nos quoque sic dicere quam in natura humanitatis;
quamvis ea locutio, nisi malitiose ab aliquibus ita dicatur, nihil
6 violet mysterii rationem. Quid enim aliud est humanitatis natura
nisi caro per animam intellegentem animata, in qua passum fuisse
carne Dominum fatemur? Nimium igitur accurate loquuntur, cum
dicunt passum illum fuisse in natura humanitatis, quasi illam a
Verbo seiungant ac proprie distinguant, ut duo intellegantur et
non iam unum incarnatum et homo factum illud ex Deo Patre
Verbum.

3 10, 2. Condemnatum est igitur peccatum, mortificatum primum 2063
4 in Christo, mortificandum et in nobis, quando illum in propriis
animabus recipimus per fidem et communicationem Spiritus, qui
nos ad formam Christi perficit, per sanctificationis videlicet quali-
8 tatem. Spiritus enim salvatoris nostri Christi est quasi forma
eius, divinam figurationem in nobis imprimens quodammodo per
se ipsum.

3 17, 2. Erat [Christus], ut dixi, etiam in humanitate Deus, naturae 2064
quidem humanae permittens ut suis ipsa legibus uteretur, cum
hoc tamen etiam divinitatis puritatem conservans. Hoc namque
modo nec alio prorsus intellegatur et natura Deus id quod natum

---

2062. MG 77, 245. 2063. MG 77, 617. 2064. MG 77, 776.

τεχθέν, καὶ ἡ τεκοῦσα παρθένος μήτηρ ἂν λέγοιτο γενέσθαι 429
λοιπόν, οὐ σαρκὸς καὶ αἵματος ἁπλῶς, καθάπερ ἀμέλει καὶ
ἐφ' ἡμῶν αἱ καθ' ἡμᾶς μητέρες, Κυρίου δὲ μᾶλλον καὶ Θεοῦ
τὴν καθ' ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑποδεδυκότος.

Thesaurus de sancta et consubstantiali Trinitate, ante 428.

2065 Assertio 4. Εἰ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἀμερίστως ἐξ ἑαυτοῦ 163
τὸν προφορικὸν ἀπογεννᾷ λόγον, καὶ πάθος οὐδὲν περὶ αὐτὸν
ἐκ τούτου γίνεται, ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν ἐν μὲν τῷ νῷ τὸν λόγον,
ἐν δὲ τῷ λόγῳ τὸν νοῦν, καὶ ἑκάτερον αὐτῶν ἑκατέρῳ ζωγρα-
φούμενον, καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι σωφρονῶν ἄλογόν ποτε γε-
γενῆσθαι τὸν νοῦν, οὐκέτι γὰρ ἔσται νοῦς λόγον οὐκ ἔχων,
λόγον δέ φαμεν οὐ πάντως τὸν διὰ γλώττης ἀποκτυπούμενον,
ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν τῷ νῷ νοηματικῶς κινούμενον· οὕτως οὐκ
ἄν τις εἴποι μὴ εἶναι πάντως ἐν Θεῷ τὸν ἴδιον αὐτοῦ Λόγον, 161
ὅλην ἐξ ὅλου τοῦ Πατρὸς ἔχοντα τὴν εἰκόνα, καὶ ἐν Πατρὶ
θεωρούμενον διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον.

2066 7. Εἰ δὲ σύνθετον οἴεσθε γίνεσθαι Θεὸν διὰ τὸ φύσιν 97
ἔχειν καὶ κρίσιν, ἤτοι θέλησιν, ὁρᾶτε καὶ τοῦτο· Ἔχει τὸ γεννᾶν 156
ὁ Πατὴρ φυσικῶς, ἔχει καὶ τὸ κτίζειν δι' Υἱοῦ δημιουργικῶς, 181
καὶ οὐ παρὰ τοῦτο σύνθετός ἐστι· μιᾶς γὰρ φύσεως τὰ τοιαῦτα
καρπός. Ὁ δὲ αὐτὸς κρατήσει λόγος ἐπί τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ
ἀφθάρτου καὶ ἀοράτου, καὶ ὅσα πρόσεστι τῇ θείᾳ φύσει.

2067 11. Ἁπλῆ τις οὖσα καὶ ἀσύνθετος ἡ τῆς θεότητος φύσις, 97
οὐκ ἂν ἐτμήθη ποτὲ ταῖς ἐπινοίαις εἰς δυάδα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, 159
178

---

est, et ea quae peperit virgo mater proinde dicatur non carnis 429
tantum et sanguinis, quomodo reliquae apud nos matres, sed Do-
mini potius et Dei, nostram induti similitudinem.

2065 4. Si mens humana prolatum verbum ex se citra divisionem 163
gignit, et ex hoc nihil in se patitur, sed videtur in mente verbum
et in verbo mens, et utrumque iuxta alterum depingitur, ac nemo
sapiens dicet mentem absque verbo umquam fuisse, nec iam erit
mens si verbum non habeat, verbum autem dicimus non omnino
id, quod per linguam emittitur, sed id quod in mente mentaliter
movetur; ita nemo dicet non esse omnino in Deo proprium eius
Verbum, quod totam totaliter Patris imaginem habet et in Patre 161
cernitur ob essentiae identitatem.

2066 7. Si vero compositum existimatis fieri Deum, ideo quod naturam 97
habeat et iudicium, sive voluntatem, videte etiam hoc: Pater generat 156
naturaliter; creat autem per Filium quatenus opifex. Neque ideo 181
compositus est: unius enim naturae effectus hi sunt. Eadem vero
ratio est boni, immortalis et invisibilis, atque aliorum eiusmodi
quae divinae naturae insunt.

2067 11. Divinitatis natura, quae simplex et non composita est, num- 97
quam conceptibus divisa esset in dualitatem Patris et Filii, nisi 159
178

2065. MG 75, 56. 2066. MG 75, 100. 2067. MG 75, 141.

εἰ μή τις εὐδόκει προκεῖσθαι διαφορά, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν φημί, ἀλλ' ἔξωθεν ἐπινοουμένη, δι' ἧς τὸ ἑκατέρου πρόσωπον εἰσφέρεται ἐν ἰδιαζούσῃ μὲν ὑποστάσει κείμενον, εἰς ἑνότητα δὲ θεότητος διὰ ταυτότητος φυσικῆς σφιγγόμενον.

56 12. Οὐκ ἔστι δὲ πάλιν οὕτως ὁ Υἱὸς ἐν Πατρὶ καθάπερ 2068
ἡμεῖς· ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐν Θεῷ «ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν» [Act 17, 28]· ὁ δὲ κατὰ φύσιν Υἱός, ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς ἀεὶ ζώσης ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προελθών, ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστί, πάντα ζωογονῶν· οὐ κατὰ μετοχὴν ζωῆς ζωογονούμενος ὥσπερ ἡμεῖς. Ἡ γὰρ ἂν οὐκ ἂν εἴη κατὰ φύσιν ζωή.

18 15. Ὁ γινώσκων τὰ ἐσόμενα Θεὸς καὶ οὐχ ὅτε γίνεται τὰ 2069
πράγματα, καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς ἤδει τὰ ἐν
20 ἐσχάτοις συμβησόμενα καιροῖς. Διὸ δὴ τὰ ἑαυτῷ πρέποντα πράττων, οὐχ ὅτε γεγόναμεν, τότε πρῶτον περὶ ἡμῶν βουλεύεται, ἀλλὰ καὶ πρὶν γενέσθαι τὴν γῆν καὶ τοὺς αἰῶνας, ἔσχεν ἐν
14 ἑαυτῷ τῶν καθ' ἡμᾶς τὴν γνῶσιν· καὶ προεθεμελίωσε τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν ὅσον εἰς τὴν οἰκείαν πρόγνωσιν, ἵνα ἡμεῖς ἐποικοδομηθέντες αὐτῷ [cf. Eph 2, 20], πάλιν ἀναστῶμεν εἰς ἀφθαρσίαν [cf. 1 Cor 15, 53] οἱ πεσόντες εἰς φθορὰν διὰ τὴν παράβασιν. Ἤιδει γὰρ ὅτι νεκροὶ μὲν ἐσόμεθα διὰ τὴν ἁμαρτίαν.

61 19. Καὶ ποῦ τὸν Ἰωάννην, ὦ βέλτιστε, θήσεις, Λόγον ἀπο- 2070
καλοῦντα τὸν Υἱόν, καὶ ταύτην αὐτῷ κυριωτάτην ἀνατιθέντα τὴν ἐπωνυμίαν καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ μάλιστα σημαντικήν; Φάσκει γάρ· «Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος» [Io 1, 1]. Ὁρᾷς ὅπως τῆς

---

manifesta esset aliqua exsistens differentia, non secundum substantiam, dico, concepta, sed extrinsecus, per quam utriusque persona inducitur in propria quidem hypostasi exsistens, in unitatem autem divinitatis per naturae identitatem constricta.

56 12. Filius in Patre non est sicut nos: nos enim in Deo *vivi-* 2068
mus et movemur et sumus; Filius autem naturaliter, quemadmodum ab aliquo fonte semper vivo, ex Patris substantia procedens, vita naturaliter est quae omnia vivificat, non per vitae participationem vivificatus sicut nos. Alioquin enim non esset naturaliter vita.

18 15. Deus, qui futura novit, et non quando res fiunt, scivit etiam 2069
ante mundi creationem quae ultimis temporibus eventura essent.
20 Ideo quae se decent faciens, non quando nos facti sumus, tunc primum de nobis deliberat, sed etiam antequam fiant terra et
14 saecula habuit in se rerum nostrarum cognitionem; et iam antea suum Filium in sua praenotione fundavit, ut nos illi superaedificati in incorruptionem resurgamus qui in corruptionem per praevaricationem cecidimus. Sciebat enim nos per peccatum morituros esse.

61 19. At, carissime, quid statues de Ioanne, qui Filium Verbum 2070
vocat et ipsi hanc propriissimam appellationem tribuit et essentiae eius maxime indicativam? Dicit enim: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Vides quomodo

---

2068. MG 75, 177. 2069. MG 75, 292. 2070. MG 75, 313.

οὐσίας τοῦ Υἱοῦ παραστατικόν ἐστι τοὔνομα, καὶ τὸ καλεῖσθαι Λόγον, ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν σημαίνει. . . . Καίτοι πολλοῖς ἑτέροις ὀνόμασιν ἀποκαλούσης τὸν Υἱὸν τῆς θείας γραφῆς, ἀλλὰ Λόγον εἰρηκὼς παράδοξόν τι καὶ ὑπερφυὲς ἐφθέγξατο· καὶ οὐδὲν ἕτερον ἐπ' αὐτῷ προστέθεικεν, οἷον ἐπὶ τοῦ Παύλου φαίνεται τὸ «Παῦλος ἀπόστολος» [2 Cor 1, 1]. Ἠρκέσθη δὲ τῷ εἰπεῖν Λόγον εἰς τὸ παραστῆσαι τοῦ Υἱοῦ τὴν οὐσίαν.

2071 20. Ὕψιστος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀεὶ καθὸ Θεός· ὑψοῦται 382
δὲ ὡς ἄνθρωπος· ἀνενδεὴς ὢν ὡς Θεός, λαμβάνειν ὡς ἄν-
θρωπος λέγεται· προσεκυνεῖτο παρὰ πάντων ὡς Θεός, δέχεται 395
νῦν τὴν προσκύνησιν ὡς ἄνθρωπος. . . . Ὁ δὲ τὴν ἀνθρω- 394
πότητα αὐτὴν ὑπομείνας, οὐκ ἂν εὐλόγως ψέγοιτο, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια φορέσαι μὴ παραιτούμενος. Ἴδιον δὲ ἀν-
θρώπου φύσεως τὸ λαμβάνειν παρὰ Θεοῦ, κατὰ τὸ ῥητὸν τὸ λέγον· «Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες;» [1 Cor 4, 7.] Εἴληφεν ἄρα ὡς ἄνθρωπος κατὰ χάριν ἅπερ εἶχεν ὡς Θεὸς φυσικῶς.

2072 22. Καὶ πῶς, φασίν, ἔσται κατ' οὐσίαν ὅμοιος ὁ Υἱὸς τῷ 404
Πατρί, λέγων μὴ εἰδέναι τὴν ἡμέραν τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος; . . . Σαφῶς ἔστιν ἐντεῦθεν ἰδεῖν ὅτιπερ οἶδεν καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ὡς Θεός, κἂν ἀποδεικνύων ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀνθρώπινον, μὴ εἰδέναι λέγῃ. Εἰ γὰρ τὰ ἐσόμενα πάντα πρὸ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας ἐκείνης διηγεῖται σαφῶς, καί φησιν· Ἔσται μὲν τόδε, συμβήσεται δὲ ἐκεῖνο, εἶτα τὸ τέλος· δῆλον ὅτι τὰ πρὸ αὐτῆς εἰδὼς καὶ αὐτὴν ἐπίσταται. Μετὰ γὰρ τὰ

Filii essentiam hoc nomen significet, et appellatio Verbi indicet quid secundum naturam sit. . . . Atqui cum divina scriptura multis aliis nominibus Filium vocet, tamen Verbum dicens mirabile quid et supernaturale pronuntiavit; et ad hoc nihil aliud adiecit, quale apud Paulum videtur: *Paulus apostolus.* Suffecit dicere Verbum ad significandam Filii essentiam.

2071 20. Verbum Dei semper est altissimum ut Deus, exaltatur autem 383
ut homo; cumque sit nullius indigus ut Deus, dicitur accipere ut homo; adorabatur semper ut Deus, nunc adorationem suscipit ut 395
homo. . . . Qui humanitatem ipsam subiit, certe reprehendi non 394
possit, si etiam ea, quae humanitati propria sunt, subire non recuset; proprium autem humanae naturae est a Deo accipere, iuxta illud dictum: *Quid enim habes quod non accepisti?* Accepit igitur ut homo per gratiam quae ut Deus habuit naturaliter.

2072 22. At quomodo, inquiunt [haeretici], erit similis Filius Patri se- 404
cundum essentiam, cum dicat se nescire diem consummationis saeculi? . . . Facile constabit ipsum et diem et horam novisse ut Deum, tametsi, humanitatem suam ostendens, ignorare se dicat. Si enim omnia quae ante diem illum et horam eventura sunt manifeste explicat, et dicit: Hoc quidem erit, illud vero accidet, et tum erit finis, manifestum est quod, si quae diem illum antecessura sunt novit, ipsum etiam diem cognoscit. Nam post illa quae ab

---

2071. MG 75, 332. 2072. MG 75, 368.

εἰρημένα παρ' αὐτοῦ, τίθησιν ὅτι «τὸ τέλος ἐστί» [Mt 24, 14]. Τέλος δὲ τί ἂν ἕτερον εἴη ἢ πάντως ἡ ἐσχάτη ἡμέρα, ἣν ἀγνοεῖν ἔφησεν οἰκονομικῶς, ἀποσῴζων πάλιν τῇ ἀνθρωπότητι τὴν αὐτῇ πρέπουσαν τάξιν; Ἀνθρωπότητος γὰρ ἴδιον τὸ μὴ εἰδέναι τὰ μέλλοντα.

117 31. Δυνατοῦ τοιγαροῦν ὄντος διαφόρως μὲν δοξάζειν περί 2073
τι τῶν ὄντων, μὴ ψευδῶς δὲ μηδὲ διεστραμμένως, τί κωλύσει
Θεὸν μὲν ἑαυτὸν εἰδέναι τελείως ὅπερ ἐστὶν κατ' οὐσίαν, ἡμᾶς
109 δὲ ἀνθρώπους ὄντας ἔλαττόν τε νοοῦντας αὐτοῦ, μὴ πάντως
111 καὶ διεψευσμένας ἔχειν τὰς δόξας;

113 31. Πολλὰ τῶν ὀνομάτων ὁρῶμεν ἐπὶ Θεοῦ ταττόμενα, 2074
ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν οὐ τί κατ' οὐσίαν ἐστὶν ὁ Θεὸς σημαῖνον
φαίνεται, ἀλλ' ἢ τί οὐκ ἔστι δηλοῖ, ἢ σχέσιν τινὰ σημαίνει
πρός τι τῶν διαστελλομένων. Οἷον φέρε εἰπεῖν, τὸ ἄφθαρτον
καὶ τὸ ἀθάνατον τί οὐκ ἔστι δηλοῖ· τὸ δὲ πατὴρ ἢ ἀγέννητος,
ὅτι γεννήτωρ ἐστὶ πρὸς υἱὸν ἀντιδιαστελλόμενον, καὶ ὅτι οὐ
γέγονεν· ἀλλὰ τούτων ἕκαστον οὐ τῆς οὐσίας ἐστὶ σημαντικόν,
καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἀλλά τι τῶν περὶ τὴν οὐσίαν σημαίνει.

189 32. Εἰ πᾶν τὸ ὡς ἐν ὑποστάσει πεποιημένον ἐκ τοῦ μὴ 2075
152 ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη, Χριστὸς δὲ σοφία καὶ δύναμις
162 ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῆς τῶν γενητῶν ἐστι φύσεως κατά
τινας, ἀνάγκη συνομολογεῖν ἄσοφον μέν ποτε καὶ ἀδύνατον
εἶναι τὸν Θεόν, ὕστερον δέ πως γενέσθαι τοῦτο, πρὸς τὸ

---

ipso praedicta sunt, subiungit: *Tunc erit finis;* finis autem quidnam aliud sit quam ipse ultimus dies, quem ignorare se respectu incarnationis dixit, ordinem et decorum humanitati conveniens servans? Humanitatis enim proprium est futura ignorare.

117 31. Possibile est rem aliquam diversimode concipere, non tamen 2073
falso nec perverse; quid igitur impediet quin Deus se ipsum se-
109 cundum suam essentiam perfecte sciat, nos vero, qui homines
111 sumus, inferiore modo eum intellegamus, minime tamen falso conceptu?

113 31. Multa nomina de Deo praedicari videmus, sed quodlibet 2074
eorum quid Deus secundum essentiam sit indicare non videtur, sed vel quid non sit ostendit, vel relationem aliquam ad cetera distincta indicat. Exempli gratia ‚incorruptibilis' et ‚immortalis' indicat quid non sit; ‚pater' vel ‚increatus', eum genitorem ad distinctum filium esse, et non creatum esse, sed quodlibet eorum non est essentiae indicativum, sicut iam diximus, sed aliquid quod circa essentiam sit indicat.

189 32. Si quidquid creatum est ex nihilo ad esse translatum est, 2075
152 Christus vero, cum sit sapientia ac potentia Dei et Patris, creatae
162 naturae est, ut quidam volunt, necessarium fuerit fateri Deum aliquando sapientia et potentia caruisse, successu vero temporis

---

2073. MG. 75, 452. 2074. MG 75, 452. 2075. MG. 75, 484.

εἶναί ποτε κληθέντος τοῦ Υἱοῦ. Τοιαύτη γὰρ τῶν γενητῶν ἡ φύσις. Ἀλλ' ὁμοῦ δύσφημόν τε καὶ ἀμαθές, τὸ τοιαύτην ἔχειν περὶ Θεοῦ τὴν δόξαν.

2076 32. Πῶς οὖν ἐν κτίσμασιν [ὁ Υἱός] ὁ κατὰ φύσιν Θεός, ἢ 152
πῶς ἐν δούλοις ὁ πάντων Δεσπότης τετάξεται; Καὶ εἰ πάντων ἐστὶ κληρονόμος, ἕτερός ἐστι παρὰ πάντα ὧν καὶ ἔστι κληρονόμος [cf. Hebr 1, 2]. Καὶ εἰ δι' αὐτοῦ πεποίηκε τοὺς αἰῶνας [ib.], οὐκ ἂν εἴη τῶν γενητῶν ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, ἐπείπερ οὐδὲν τῶν κτισμάτων προγενεστέραν τοῦ αἰῶνος ἔχει 196
τὴν γένεσιν, ἀλλ' ἐν χρόνῳ πεποίηται. Μόνῳ δὲ πρόσεστι τῷ 157
Υἱῷ τὸ ἀχρόνως εἶναι μετὰ Πατρός.

2077 32. Ὡς Θεὸς ἄρα τὴν μὲν πρώτην ἀπεσκεύασεν ἐντολήν, 23
ἀντεισφέρει δὲ τὴν δευτέραν ἐξουσιαστικῶς. Τοῦτο γὰρ σημαίνειν ἔοικε τὸ «Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν» [Mt 5, 22 sqq]. Πῶς οὖν ἔσται γενητὸς ἢ κτιστὸς ὁ νομοθετῶν ὡς φύσει Θεός, διά τε τοῦτο πρόσφατος εἶναι μὴ δυνάμενος;

2078 33. Ὥσπερ οὖν, ἐπειδήπερ εἰκών ἐστιν ἀκριβεστάτη τοῦ 162
Πατρὸς ὁ Υἱός, ὁ δεξάμενος αὐτὸν καὶ τὸν Πατέρα ἔχει [cf. Mt 10, 40]· οὕτως ἐπὶ τὸ ἴσον σχῆμα τῆς ἀναλογίας τρε- 169
χούσης, ὁ δεξάμενος τοῦ Υἱοῦ τὴν εἰκόνα, τουτέστι τὸ Πνεῦμα, ἔχει πάντως δι' αὐτοῦ τὸν Υἱόν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ Πατέρα. Πῶς οὖν ἐν ποιήμασι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον καταριθμηθήσεται, 164
εἴπερ ἐστὶν εἰκὼν ἀπαράλλακτος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ; . . . Εἰ δὲ εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα καλεῖται, Θεὸς ἄρα καὶ οὐχ ἑτέρως.

---

id factum fuisse, Filio nimirum ad esse producto. Talis enim est creatorum natura; sed absurdum pariter et blasphemum est tale quidpiam de Deo cogitare.

2076 32. Quomodo igitur creaturis annumerabitur [Filius], qui natura 152
sua est Deus; aut quomodo inter servos collocabitur universorum Dominus? Praeterea, si est omnium heres, diversus est ab omnibus quorum est heres; et si per ipsum fecit saecula, certe non erit creatus qui exsistit ante saecula; siquidem nulla creatura ante 196
saecula exsistit, sed in tempore creata est. Soli vero Filio con- 157
venit ab aeterno exsistere cum Patre.

2077 32. Ergo, ut Deus, prius quidem praeceptum abrogavit, et pro 23
suo iure secundum indixit. Hoc enim significare videtur illud: 393
Ego autem dico vobis. Quomodo igitur sit factus aut creatus qui leges sancit ut natura Deus, atque idcirco recens esse nequit?

2078 33. Quemadmodum, quia Filius exactissima Patris imago est, 162
qui eum recipit, habet et Patrem; ita, eadem analogiae ratione 169
servata, qui Filii imaginem, id est Spiritum, recipit, Filium per eum prorsus habet, et in ipso Patrem. Quomodo igitur inter 164
creaturas Spiritus Sanctus computabitur, si est omnimoda imago Filii Dei? . . . Si Spiritus imago Filii vocatur, Deus est, et non aliter.

2076. MG 75, 492. 2077. MG 75, 516. 2078. MG 75, 572.

358 34. Ὅτε τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐν ἡμῖν γενόμενον 2079
171 συμμόρφους ἀποδεικνύει Θεοῦ, πρόεισι δὲ καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ
166 Υἱοῦ, πρόδηλον ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας, οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊόν.

354 34. Εἰ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι σφραγιζόμενοι πρὸς Θεὸν ἀνα- 2080
165 μορφούμεθα, πῶς ἔσται γενητὸν τὸ δι' οὗ τῆς θείας οὐσίας ἡμῖν ἡ εἰκὼν ἐγχαράττεται, καὶ τῆς ἀγενήτου φύσεως ἐναπομένει τὰ σήμαντρα; Οὐ γὰρ δήπου τὸ Πνεῦμα ἐν ἡμῖν σκιαγράφου δίκην τὴν θείαν οὐσίαν ζωγραφεῖ, ἕτερον αὐτὸ παρ' ἐκείνην ὑπάρχον· οὐδὲ τοῦτον ἡμᾶς τὸν τρόπον εἰς ὁμοίωσιν ἄγει
182 Θεοῦ, ἀλλ' αὐτὸ Θεός τε ὑπάρχον καὶ ἐκ Θεοῦ προελθόν,
356 ὥσπερ ἔν τινι κηρῷ ταῖς τῶν δεχομένων αὐτὸ καρδίαις ἀορά-τως δίκην σφραγῖδος ἐνθλίβεται, διὰ τῆς πρὸς ἑαυτὸ κοινωνίας τε καὶ ὁμοιώσεως, εἰς τὸ ἀρχέτυπον κάλλος τὴν φύσιν ἀνα-ζωγραφοῦν, καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ δεικνύον αὖθις τὸν ἄνθρωπον.

De sancta et consubstantiali Trinitate dialogi, ante 428.

97 Dial. 1. Ἐκτίσμεθα γὰρ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ 2081
99 [Gn 1, 26]. Ἀλλ' οὐκ ἂν ὧδε ἔχοι ταῦτα, πολλοῦ γε καὶ δεῖ· μυρία γὰρ ὅσα τὰ μεταξύ. Ἡμεῖς μὲν γὰρ οὐχ ἁπλοῖ τὴν φύσιν, τὸ δέ γε θεῖον, ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον κομιδῇ, πλουτεῖ δὲ αὐτὸ τὸ παντέλειον ἐφ' ἑαυτῷ, δεηθὲν οὐδενός.

145 2. Οὐχὶ καὶ τὸν ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι θεσμοθετήσας 2082
ὅρον, καὶ τῆς ἀμωμήτου πίστεως τὴν ἐν ἀρχαῖς ὑποβάθραν

---

358 34. Cum Spiritus Sanctus nobis immissus conformes nos Deo 2079
171 efficiat, procedat autem ex Patre et Filio, manifestum est eum esse
166 divinae substantiae, substantialiter in ea et ex ea procedens.

354 34. Si Spiritu Sancto sigillati ad Deum reformamur, quomodo 2080
165 erit creatum id, per quod nobis divinae substantiae imago imprimitur et increatae naturae signa inhaerent? Non enim, pictoris instar, Spiritus divinam substantiam in nobis depingit, quasi ipse alienus ab ea esset; neque hoc modo ad similitudinem Dei nos
182 ducit; sed ipse, qui Deus est et ex Deo procedit, in cordibus se recipientium, tamquam in cera, sigilli instar, invisibiliter imprimitur,
356 per sui communicationem et similitudinem naturam ad exemplaris pulchritudinem repingens, et Dei imaginem homini restituens.

97 1. Conditi sumus ad imaginem et similitudinem eius [Dei]. Sed 2081
99 res non ita est, multum abest, infinito intervallo distamus. Nos enim simplices natura non sumus; divinitas vero, quae perfecte simplex et non composita est, possidet in se omnem perfectionem, nihilque ei deest.

145 2. Quando legem de sancto baptismate statuit et primum in- 2082
culpatae fidei fundamentum ad omnes gentes posuit, nonne, re-

---

2079. MG 75, 585. 2080. MG 75, 609. 2081. MG 75, 673.
2082. MG 75, 721.

τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἥλιον κατατιθείς, οὐ παρεὶς ἐκεῖνα, καὶ παριππεύσας, τό τε ἄφθαρτόν φημι καὶ τὸ ἀγέννητον, καὶ τὰ λοιπά, βαπτίζειν ἐκέλευσεν «εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος» [Mt 28, 19]; Τά, οἶμαι, δι' ὧν μὲν ἥκιστ' ἐχρῆν τὴν ἁγίαν ἡμῖν Τριάδα καταδηλοῦν, προμηθέστατα παρωθούμενος, ἀπολεξάμενος δὲ καὶ προθεὶς τῶν ἄλλων τὰ τῶν ὀνομάτων εὐκρινεστάτην ἡμῖν καθιστάντα τὴν ἑκάστου τῶν σημαινομένων ἰδίαν ὕπαρξιν.

2083 2. A. Ἔστι γὰρ ἐκ νοῦ καὶ εἰς νοῦν ὁ λόγος ἀεί, καὶ μὴν 163
καὶ ὁ νοῦς ἐν λόγῳ. . . . Νοῦς μὲν γὰρ ἀεὶ λόγου ῥίζα τε καὶ γένεσις, νοῦ δὲ αὖ λόγος καρπός τε καὶ κύημα. Ὁ μὲν γὰρ ἄλογος οὐδαμῶς, καὶ εἰ λόγον ἐκτέκοι, ὁ δὲ τὴν τοῦ τεκόντος ποιότητα καὶ ἰδέαν, φύσιν ὥσπερ ἰδίαν, ἐκληρώσατο, πρόεισί τε τὸν τεκόντα παραβλάψας οὐδέν. . . . B. Πατρί γε μὴν καὶ Υἱῷ πῶς ἂν ἡμῖν ἡ ἀμφοῖν τοῖν παραδειγμάτοιν ἁρμόσοι δύναμις; A. Ὅτι λόγου μὲν ἡ ἐκ νοῦ πρὸς τὸ ἔξω φορά, καὶ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως, καὶ μὴν ὅτι τὸ γεννηθὲν οὐ διατεμήσεται, μενεῖ δὲ μᾶλλον αὐτό τε ἐν τῷ γεννήσαντι νῷ, καὶ τὸν γεννήσαντα νοῦν ἕξει που πάντως ἐν ἑαυτῷ, . . . σαφῶς ἐκδείξειεν ἄν.

2084 3. B. Ἀλλ' εἰ τρεῖς εἶναι, φασί, τὰς ὑποστάσεις δώσομεν, 148
καὶ ἡ θεότης ἐν τριπλῷ νοηθείη ἄν, κατά γε τὸν εἰκότα λογισμόν. A. Ἀλλ' ὅ γε τῆς ἀληθοῦς μυσταγωγίας ἡμᾶς οὐχ ὧδε ταῦτ' ἔχειν ἐκπεπαίδευκε λόγος. Βεβαπτίσμεθα γὰρ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Ἅγιον Πνεῦμα, καὶ οὔ τί πού φαμεν εἰς

---

linquens et praetermittens haec, incorruptibile dico, ingenitum et cetera, baptizare iussit *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*? Ea, puto, consulto praeteriit per quae sancta Trinitas nobis minime ostendenda esset, selegit autem et ceteris anteposuit nomina quae distinctissime nobis praeberent exsistentiam cuiusque ex rebus indicatis.

2083 2. *A.* Est ex mente et in mente verbum semper, et ipsa mens 163
in verbo est. . . . Mens enim semper verbi radix et origo est, verbum autem est mentis fructus et germen. Illa enim minime absque verbo, etsi verbum gignat; hoc gignentis qualitatem et effigiem, tamquam propriam naturam, sortitum est, proditque sine ullo gignentis damno. . . . *B.* Quomodo vis utriusque exempli Patri et Filio convenit? *A.* Quod verbum ex mente ad extra fertur et absque passione generatur, et etiam quia genitum non dividetur, immo manebit in mente generante, et generantem mentem prorsus in se ipso habebit, . . . hoc clare ostendet.

2084 3. *B.* Si tres hypostases, inquiunt, esse concedemus, etiam 148
divinitas in triplicitate intellegatur, iuxta rectum ratiocinium. *A.* At verae initiationis verbum res non ita esse nos docuit. Baptizati enim sumus in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et nullo

---

2083. MG 75, 769. 2084. MG 75, 793.

τρεῖς ὅτι θεοὺς ἡ πίστις, ἀλλ' εἰς μίαν θεότητα, τὴν ἐν τριάδι
150 προσκυνητήν. Τί τοίνυν ἀποβιάζῃ, καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις
ὑποφέρειν πειρᾷ τὰ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, ἃ καὶ οἶμαι δεῖν
ἀπεριεργάστῳ καὶ μόνῃ τιμᾶσθαι τῇ πίστει;

178 4. Τὰ πρός τι πῶς ἔχοντα τῶν ὀνομάτων, αὐτὰ δι' ἀμφοῖν 2085
σημαίνεται, τὴν ἀλλήλων ἑκάτερα συνωδίνοντα γνῶσιν. Ὥστε
δὴ ῥᾷον εἴ γέ τις μάθοι τὸ δεξιόν, εἰ δεί που [*lege* εἰδείη που]
πάντως ἂν δι' αὐτοῦ τὸ εὐώνυμον, καὶ μὴν ὅτι καὶ τὸ ἔμπαλιν
ἀληθές, συνερεῖ πᾶς ὁστισοῦν. Ὄνομα τοίνυν τῶν πρός τί
ἐστι τὸ πατήρ, ἰσοτρόπως δὲ τούτῳ καὶ τὸ υἱός. . . . Ὁ ἀρ-
νούμενος τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν· καὶ «ὁ τὸν Υἱὸν ἀρ-
νούμενος, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει» [1 Io 2, 23]. Καὶ εἰκότως γε
σφόδρα καὶ ἀληθῶς. Εἰ γὰρ μὴ ἔστι Πατήρ, ὅτι φύσει γε-
153 γέννηκεν, οὐδὲ τὸν Υἱὸν ὑφεστάναι δοίη τις ἄν. Υἱὸς γὰρ
ὅτι γεγέννηται· καὶ εἰ μὴ ἔστιν Υἱὸς ὡς γεγεννημένος, οὐδὲ
Πατὴρ εἴη ἂν κατά γε τὸν τοῖς νοήμασιν ἐμπρεπῆ τε καὶ ἑπό-
μενον λογισμόν· Πατὴρ μὲν ὅτι γεγέννηκεν.

229 4. Ἅμα τε γὰρ τοῖς τοῦ τεχνουργοῦντος ἀρρήτοις νεύμασι 2086
παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν ἡ ἀνθρώπου φύσις, καὶ τῇ πρὸς τὸ
Πνεῦμα σχέσει κατεκαλλύνετο. «Ἐνεφύσησε γὰρ εἰς τὸ πρόσω-
πον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς» [Gn 2, 7], οὐχ ἑτέρως, οἶμαι, τοῦ
ζῴου τὸ ἐν ἁγιασμῷ καὶ οἰκειότητι τῇ πρὸς Θεὸν διαφανὲς
ἕξοντος ἀεί, εἰ μὴ τῇ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος κατακαλλύνοιτο
415 μετουσίᾳ. Τοιγάρτοι ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος ὁ Μονογενής,
ἐρήμην τοῦ πάλαι καὶ ἐν ἀρχαῖς ἀγαθοῦ τὴν ἀνθρώπου φύσιν

---

modo dicimus fidem in tres deos esse, sed in unam divinitatem
150 in trinitate adorandam. Quid ergo vim adhibes, et humanis ratio-
ciniis tentas subicere quae mentem et verbum superant, quaeque
sola fide et sine curiositate colenda esse puto?

178 4. Relativa nomina se mutuo significant utroque cognitionem 2085
alterius gignente. Quare si quis dexteram didicerit, facilius ex
hoc sinistram sciet, et e converso, ut quilibet fatebitur. Pater autem
relativum nomen est, et similiter filius. . . . Qui Patrem negat,
Filium negat, et *qui negat Filium, nec Patrem habet.* Merito
quidem et vere. Nam si Pater non est, quia naturaliter genuit,
153 nec Filium subsistere aliquis concedet. Filius enim est quia genitus;
et si non est Filius ut genitus, nec Pater erit, secundum rectum
et ordinatum mentis ratiocinium: Pater est quia genuit.

229 4. Simul ineffabili opificis nutu natura hominis ad exsistentiam 2086
adducta est, et coniunctione cum Spiritu decorata. *Inspiravit*
enim *in faciem eius spiraculum vitae,* vivente non aliter habituro,
puto, splendorem sanctificationis et divinae familiaritatis, nisi
415 Spiritus Sancti participatione ornetur. Propterea quando Uni-
genitus factus est homo, humanam naturam vetere ac initiali

2085. MG 75, 868. 2086. MG 75, 908.

εὑρών, πάλιν αὐτὴν εἰς ἐκεῖνο μεταστοιχειοῦν ἠπείγετο, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ ἰδίου πληρώματος ἐνιείς τε καὶ λέγων· «Λάβετε Πνεῦμα Ἅγιον» [Io 20, 22], τῷ διὰ σαρκὸς καὶ ἐμφανεστέρῳ φυσήματι, τὴν τοῦ Πνεύματος φύσιν εὖ μάλα σκιαγραφῶν.

2087 5. Τοῖς τῶν ἐπὶ γῆς ὀλισθήμασι καὶ ταῖς ἡμῶν ἁμαρτίαις 406
πλείστην μὲν ὅσην ἐχέτω τὴν χάριν ὁμογενὴς [Μονογενής?]. Ἴστω δὲ ὅτι πρόφασις αὐτῷ τῆς θεοποιοῦ δόξης, τῆς ἀνθρωπότητος τὰ ἐγκλήματα. Εἰ μὴ γὰρ ἡμάρτομεν, οὐκ ἂν γέγονε καθ' ἡμᾶς· καὶ εἰ μὴ γέγονε καθ' ἡμᾶς, οὐδ' ἂν ὑπέμεινε 395
τὸν σταυρόν· καὶ εἰ μὴ ἀπέθανεν, οὐδ' ἂν ἐκτήσατο τὸ προσκυνεῖσθαι δεῖν πρός τε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

2088 6. Ἁγιάζοντα δὲ καὶ ἁγιαζόμενον τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς 394
Υἱόν, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, εἰσκεκόμικεν ἡμῖν ὁ τοῦ Παύλου 383
λόγος· «Ὅ τε γὰρ ἁγιάζων», φησί, «καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες, κτλ.» [Hebr 2, 11 sq.] Ἁγιάζει μὲν γὰρ αὐτός, ἅγιος ὢν κατὰ φύσιν ὡς Θεός· ἁγιάζεται δὲ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον.

2089 7. «Τεκνία, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς 182
ἐν ὑμῖν» [Gal 4, 19]. Μορφοῦται δὲ διὰ Πνεύματος ἀνα- 356
στοιχειοῦντος ἡμᾶς πρὸς Θεὸν δι' ἑαυτοῦ. Ὅτε τοίνυν πρὸς Χριστὸν μορφούμεθα, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐνσημαίνεται καὶ εἰδοποιεῖται καλῶς ὡς δι' ὁμοίου φυσικῶς τοῦ Πνεύματος, Θεὸς 164
ἄρα τὸ Πνεῦμά ἐστι, τὸ διαμορφοῦν πρὸς Θεόν, οὐχ ὡς διὰ

---

bono destitutam inveniens, in illud eam reformare festinavit, immittens velut a propriae plenitudinis fonte et dicens: *Accipite Spiritum Sanctum*, corporeo et exteriore flatu naturam Spiritus utique designans.

2087 5. Hominum lapsibus ac nostris peccatis maximam habeat 406
gratiam Unigenitus. Sciat vero occasionem sibi fuisse gloriae illius deificae, humanitatis peccata. Nisi enim peccassemus, non factus fuisset nostri similis, et nisi factus esset nostri similis, neque 395
crucem sustinuisset, ac nisi mortuus esset, neque nobis et sanctis angelis adorandus esset.

2088 6. Sanctificantem vere et sanctificatum illum natura et veritate 394
Filium, quoniam homo factus est, Paulus nobis induxit. *Qui enim* 383
sanctificat, inquit, *et qui sanctificantur, ex uno omnes* etc. Sanctificat enim ipse, cum sit sanctus secundum naturam in quantum Deus; sanctificatur vero nobiscum quoad humanitatem.

2089 7. *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in* 182
vobis. Formatur per Spiritum, qui regenerat nos ad Deum per 356
se ipsum. Cum igitur ad Christum formamur, ipse etiam in nobis per Spiritum naturaliter similem recte signatur et figuratur: Spiritus 164
vero Deus est et ad Deum transformat, non ut per gratiam ad-

2087. MG 75, 968. 2088. MG 75, 1017.
2089. MG 75, 1089.

χάριτος ὑπουργικῆς, ἀλλ' ὡς θείας φύσεως μέθεξιν ἑαυτῷ τοῖς ἀξίοις δωρούμενον.

149 7. Ἁπλῆ τοιγαροῦν καὶ ἀσύνθετος ἡ παντός ἐστιν ἐπέκεινα 2090
itaque sibi in huius sacramenti praesidio spem relinquunt, qui in salvatoris nostri corpore negant humanae substantiae veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti. Quis est qui *tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis* [Eph 5, 2]? Aut quod umquam sacrificium sacratius fuit, quam quod ve- 417
rus pontifex altari crucis per immolationem suae carnis imposuit?

2189 167 [ad Rusticum episc. narbonensem, a. 458/9], 4. Aliud est uxor, 573
aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam apostolus, ad manifestandum harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahae: *Eice ancillam et filium eius; non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac* [Gn 21, 10]. Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut praeter sexuum coniunctionem 570
haberet in se Christi et ecclesiae sacramentum [Eph 5, 32], dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium.

2189 168, 2. De confessione secreta, v. DB 145.*

Sermones.

2190 Sermo 3, c. 1. Cessante privilegio patrum, et familiarum 553
ordine praetermisso, eos rectores ecclesia accipit, quos Spiritus Sanctus praeparavit; ut in populo adoptionis Dei, cuius universitas sacerdotalis atque regalis est, non praerogativa

2187. ML 54, 1046. 2188. ML 54, 1064.
2189. ML 54, 1204. 2190. ML 54, 145.

terrenae originis obtineat unctionem, sed dignatio caelestis gratiae gignat antistitem.

54 4, 2. De toto mundo unus Petrus eligitur qui et uni- 2191
40 versarum gentium vocationi et omnibus apostolis cunctisque ecclesiae patribus praeponatur; ut, quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus. Magnum et mirabile, dilectissimi, huic viro consortium potentiae suae tribuit divina dignatio; et si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, numquam nisi per ipsum dedit quidquid aliis non negavit.

229 12, 1. Si fideliter, dilectissimi, atque sapienter creationis 2192
nostrae intellegamus exordium, inveniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset auctoris, et hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis quasi in quodam speculo divinae benignitatis forma re-
415 splendeat. Ad quam utique nos cotidie reparat gratia salvatoris, dum, quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo.

356 21, 3. Agamus ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri per 2193
Filium eius in Spiritu Sancto, qui propter multam misericordiam suam, qua dilexit nos, misertus est nostri, *et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo* [Eph 2, 5], ut essemus in ipso nova creatura novumque figmentum. Deponamus ergo *veterem hominem cum actibus suis* [Col 3, 9], et adepti participationem generationis Christi, carnis renuntiemus
358 operibus. Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam: et *divinae consors* factus *naturae* [2 Petr 1, 4], noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. Memento cuius capitis et cuius corporis sis membrum. Reminiscere quia erutus de potestate tenebrarum translatus es in Dei lumen et regnum.

430 22, 2. Nova autem nativitate [Christus] genitus est, con- 2194
431
432 ceptus a virgine, natus ex virgine, sine paternae carnis concupiscentia, sine maternae integritatis iniuria. . . . Origo dissimilis, sed natura consimilis, humano usu et consuetudine caret, sed divina potestate subnixum est, quod virgo conceperit, quod virgo pepererit, et virgo permanserit.

407 22, 3. Verax namque misericordia Dei, cum ad repa- 2195
randum humanum genus ineffabiliter ei multa suppeterent, hanc potissimum consulendi viam elegit, qua ad destruendum opus diaboli non virtute uteretur potentiae, sed ratione iustitiae.
413 Nam superbia hostis antiqui non immerito sibi in omnes homines ius tyrannicum vindicabat, nec indebito dominatu premebat quos a mandato Dei spontaneos in obsequium suae voluntatis illexerat. Non itaque iuste amitteret originalem

---

2191. ML 54, 149. 2192. ML 54, 168. 2193. ML 54, 192.
2194. ML 54, 195. 2195. ML 54, 196.

humani generis servitutem, nisi de eo quod subegerat vinceretur. Quod ut fieret, sine virili semine conceptus est 430
Christus ex virgine, quam non humanus coitus, sed Spiritus
Sanctus fecundavit. Et cum in omnibus matribus non fiat
sine peccati sorde conceptio, haec inde purgationem traxit,
unde concepit. Quo enim paterni seminis transfusio non 303
pervenit, peccati se illic rubigo non miscuit. Inviolata vir-
ginitas concupiscentiam nescivit, substantiam ministravit.

2196 23, 4. Non itaque novo consilio Deus rebus humanis 425
nec sera miseratione consuluit; sed a constitutione mundi
unam eamdemque omnibus causam salutis instituit. Gratia
enim Dei, qua semper est universitas iustificata sanctorum,
aucta est Christo nascente, non coepta; et hoc magnae pie-
tatis sacramentum, quo totus iam mundus impletus est, tam
potens etiam in suis significationibus fuit, ut non minus
adepti sint qui illud credidere promissum, quam qui suscepere
donatum.

2197 27, 1. Cum ad intellegendum sacramentum nativitatis 253
Christi, qua de matre virgine est ortus, accedimus, abigatur
procul terrenarum caligo rationum, et ab illuminatae fidei
oculis mundanae sapientiae fumus abscedat; divina est enim 254
auctoritas cui credimus, divina est doctrina quam sequimur.

2198 29, 1. In Christo Iesu Filio Dei non solum ad divinam 381
essentiam, sed etiam ad humanam spectat naturam, quod
dictum est per prophetam: *Generationem eius quis enarrabit?*
[Is 53, 8.] Utramque enim substantiam in unam convenisse 385
personam, nisi fides credat, sermo non explicat.

2199 30, 6. Quia iustificandis hominibus hoc principaliter opi- 384
tulatur, quod Unigenitus Dei etiam filius hominis esse di-
gnatus est, ut ὁμούσιος Patri Deus, id est, unius substantiae, 158
idem homo verus et secundum carnem matri consubstantialis 379
exsisteret, utroque gaudemus, quia non nisi utroque salvamur,
in nullo dividentes visibilem ab invisibili, corporeum ab in-
corporeo, passibilem ab impassibili, palpabilem ab impalpabili,
formam servi a forma Dei; quia, etsi unum manet ab aeterni-
tate, aliud coepit a tempore; quae tamen in unitatem con-
venerunt, nec separationem possunt habere nec finem.

2200 38, 3. Sine Deo nulla est [virtus] nec proprietatem obtinet 308
deitatis, nisi spiritu sui vegetetur auctoris. Dicente enim
discipulis suis Domino: *Sine me nihil potestis facere* [Io 15, 5],
dubium non est hominem bona agentem ex Deo habere et
effectum operis et initium voluntatis.

2201 43, 1. Gratiae Dei oboedientia se humana non subtrahat, 315
nec ab illo bono, sine quo non potest bona esse, deficiat; 341

2196. ML 54, 202. 2197. ML 54, 216. 2198. ML 54, 226.
2199. ML 54, 233. 2200. ML 54, 261. 2201. ML 54, 281.

ac si quid sibi impossibile aut arduum in mandatorum effectibus experitur, non in se remaneat, sed ad iubentem recurrat, qui ideo dat praeceptum, ut excitet desiderium et praestet auxilium, dicente propheta: *Iacta in Deum cogitationem tuam,*
316 *et ipse te enutriet* [Ps 54, 23]. An forte quisquam ita insolenter superbit, et ita se illaesum, ita immaculatum esse praesumit,
317 ut nullius iam renovationis indigeat? Fallitur prorsus ista persuasio, et nimia vanitate veterascit quicumque inter tentationes huius vitae ab omni se vulnere credit immunem.

308 45, 3. Quid hoc opere [misericordiae] fructuosius? quid 2202
hac humanitate felicius? Quae utique laude sua fraudanda non esset, si propter ipsam naturae communionem iuvando homini ab homine praestaretur. Sed quia quod non ex fidei procedit fonte, ad praemia aeterna non pervenit, alia est condicio operum caelestium, alia terrenorum.

389 56, 2. Ipse [Dominus] Patri supplicans ait: *Pater, si pos-* 2203
sibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu [Mt 26, 39]. Prima petitio infirmitatis est, secunda virtutis; illud optavit ex nostro, hoc elegit ex proprio....
383 Ut suscipientis susceptaeque naturae esset manifesta distinctio, quod erat hominis divinam desideravit potentiam, quod erat Dei ad causam respexit humanam. Superiori igitur voluntati voluntas cessit inferior, et cito demonstratum est quid possit a trepidante orari, et quid non debeat a medente concedi.

407 63, 1. Omnipotentia enim Filii Dei, qua per eamdem 2204
essentiam aequalis est Patri, potuisset humanum genus a do-
409 minatu diaboli solo imperio suae voluntatis eruere, nisi divinis operibus maxime congruisset, ut nequitiae hostilis adversitas de eo quod vicerat vinceretur, et per ipsam naturam naturalis repararetur libertas, per quam generalis fuerat illata captivitas.

11 63, 5. Omnia enim quae secundum legem, sive in cir- 2205
cumcisione carnis, sive in diversitatibus hostiarum, sive in sabbati observantia praecesserunt, Christum testificata, Christi sunt gratiam praelocuta. Et ipse est finis legis, non eva-
10 cuando significationes ipsius, sed implendo. Qui licet idem sit auctor veterum qui novorum, figuratarum tamen pro-
12 missionum sacramenta mutavit, quia promissa perfecit, et denuntiationibus cessationem imposuit, quoniam denuntiatus advenit. In praeceptis autem moralibus nulla prioris testamenti decreta reprobata, sed evangelico magisterio multa sunt aucta, ut perfectiora et lucidiora essent dantia salutem quam promittentia salvatorem.

2202. ML 54, 290. 2203. ML 54, 327. 2204. ML 54, 353.
2205. ML 54, 356.

2206 63, 7. Non aliud agit participatio corporis et sanguinis 509
Christi, quam ut in id, quod sumimus, transeamus, et in quo commortui et consepulti et conresuscitati sumus, ipsum per omnia et spiritu et carne gestemus.

2207 64, 2. In hac ineffabili unitate Trinitatis, cuius in omnibus 180
communia sunt opera atque iudicia, reparationem humani generis proprie Filii persona suscepit; ut, quoniam ipse est, *per quem omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil* [Io 1, 3], quique plasmatum de limo terrae hominem flatu vitae rationalis animavit, idem naturam nostram ab aeternitatis arce 415
deiectam amissae restitueret dignitati, et cuius erat conditor, esset etiam reformator: sic consilium suum dirigens in effectum, ut ad dominationem diaboli destruendam magis uteretur iustitia rationis quam potestate virtutis. Quia ergo primi 302
hominis universa posteritas uno simul vulnere sauciata corruerat, nec ulla sanctorum merita condicionem poterant illatae mortis evincere, venit e caelo medicus singularis, multis saepe significationibus nuntiatus et prophetica diu pollicitatione promissus, qui manens in forma Dei et nihil propriae maiestatis 397
amittens, in carnis nostrae animaeque natura, sine contagione antiquae praevaricationis, oriretur. Solus enim beatae virginis natus est filius absque delicto, non extraneus ab hominum genere, sed alienus a crimine, . . . cum de Adae propagine unus exsisteret in quo diabolus quod suum diceret non haberet.

2208 68, 1. Sermo proximus, dilectissimi, cuius vobis promissam 387
restituere cupimus portionem, in id disserendi ratione processerat, ut de illa clamantis ad Patrem crucifixi Domini voce loqueremur; ne simplex et incuriosus auditor ita acciperet verba dicentis: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* [Ps 21, 1], tamquam, fixo Iesu in crucis ligno, paternae ab eo deitatis omnipotentia recessisset; cum in tantam unitatem Dei et hominis natura convenerit, ut nec supplicio potuerit dirimi, nec morte disiungi. Manente enim in sua proprietate utraque substantia, nec Deus dereliquit sui corporis passionem, nec Deum fecit caro passibilem, quia divinitas, quae erat in dolente, non erat in dolore.

2209 68, 3. Offerebatur Deo pro salute mundi hostia singularis, 416
et occisio Christi veri agni per tot saecula praedicata promissionis filios in libertatem fidei transferebat. Confirmabatur quoque testamentum novum, et Christi sanguine aeterni regni scribebantur heredes.

2210 71, 2. Resurrectio salvatoris nec animam in inferno nec 426
carnem diu morata est in sepulcro; et tam velox incorruptae carnis vivificatio fuit, ut maior ibi esset soporis similitudo

---

2206. ML 54, 357. 2207. ML 54, 358. 2208. ML 54, 372.
2209. ML 54, 374. 2210. ML 54, 387.

387 quam mortis; quoniam deitas, quae ab utraque suscepti hominis substantia non recessit, quod potestate divisit, potestate coniunxit.

427 73, 4. Magna et ineffabilis erat causa gaudendi, cum in 2211
conspectu sanctae multitudinis super omnium creaturarum caelestium dignitatem humani generis natura conscenderet, supergressura angelicos ordines, et ultra archangelorum altitudines elevanda, nec ullis sublimitatibus modum suae provectionis habitura, nisi aeterni Patris recepta consessu illius gloriae sociaretur in throno, cuius naturae copulabatur in Filio. Quia igitur Christi ascensio nostra provectio est, et quo praecessit gloria capitis, eo spes vocatur et corporis, dignis, dilectissimi, exsultemus gaudiis, et pia gratiarum actione laetemur. Hodie enim non solum paradisi possessores firmati sumus, sed etiam
421 caelorum in Christo superna penetravimus, ampliora adepti per ineffabilem Christi gratiam, quam per diaboli amiseramus
415 invidiam. Nam quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit, eos sibi concorporatos Dei Filius ad dexteram Patris collocavit.

105 75, 3. Nemo aestimet in iis, quae corporeis visa sunt 2212
oculis, divinam eius [Spiritus Sancti] apparuisse substantiam. Natura enim invisibilis, et Patri Filioque communis, qualitatem muneris atque operis sui qua voluit significatione monstravit, proprietatem vero essentiae suae in sua deitate continuit; quia, sicut nec Patrem nec Filium, ita nec Spiritum
179 Sanctum humanus potest visus attingere. In Trinitate enim divina nihil dissimile, nihil impar est; et omnia quae de illa possunt substantia cogitari, nec virtute, nec gloria, nec aeter-
178 nitate discreta sunt. Cumque in personarum proprietatibus alius sit Pater, alius sit Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen alia deitas nec diversa natura est. Siquidem cum et
168 de Patre sit Filius unigenitus, et Spiritus Sanctus Patris Filiique sit Spiritus, non sicut quaecumque creatura, quae et Patris et Filii est, sed sicut cum utroque vivens et potens, et sempiterne ex eo quod est Pater Filiusque subsistens.

406 77, 2. Si enim homo ad imaginem et similitudinem Dei 2213
factus in suae honore naturae mansisset, nec diabolica fraude deceptus a lege sibi posita per concupiscentiam deviasset, creator mundi creatura non fieret, neque aut sempiternus temporalitatem subiret, aut aequalis Deo Patri Filius Deus formam servi et similitudinem carnis peccati assumeret. Sed
409 quia *invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum* [Sap 2, 24], et aliter solvi captivitas humana non potuit, nisi causam nostram ille susciperet, qui sine maiestatis suae damno et

---

2211. ML 54, 396. 2212. ML 54, 401. 2213. ML 54, 412.

verus homo fieret, et solus peccati contagium non haberet, 398
divisit sibi opus nostrae reparationis misericordia Trinitatis, ut
Pater propitiaretur, Filius propitiaret, Spiritus Sanctus igniret.
2214 91, 3. Dicente Domino: *Nisi manducaveritis carnem Filii* 484
hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis 485
[Io 6, 54], sic sacrae mensae communicare debetis, ut nihil
prorsus de veritate corporis Christi et sanguinis ambigatis.
Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur; et frustra ab illis
Amen respondetur, a quibus contra id, quod accipitur, dis-
putatur.

VICTOR VITENSIS, † ca 510.

Historia persecutionis Africae provinciae, 486.

2215 L. 2 [Professio fidei episcoporum catholicorum, a. 484], 63. Quia 383
duas in Filio profitemur esse naturas, id est, Deum verum et
hominem verum, corpus et animam habentem, quidquid ergo
excellenti sublimitatis potentia de eo referunt scripturae, ad-
mirandae eius divinitati tribuendum sentimus; et quidquid infra
honorem caelestis potentiae de eodem humilius enarratur, non
Verbo Deo, sed homini reputamus assumpto. Secundum di-
vinitatem ergo est hoc, quod superius diximus, ubi ait: *Ego*
et Pater unum sumus [Io 10, 30], et: *Qui me vidit, vidit et*
Patrem [Io 14, 9]. . . . Illa vero, quae de eo secundum hominem
referuntur, ista sunt: *Pater maior me est* [Io 14, 28]. . . .
2216 2, 82. Ut adhuc luce clarius unius divinitatis esse cum Patre 166
et Filio Spiritum Sanctum doceamus, Ioannis evangelistae testi-
monio comprobatur. Ait namque: *Tres sunt qui testimonium* 146
perhibent in caelo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus, et hi tres
unum sunt [1 Io 5, 7]. Numquid ait: tres in differentiae qualitate 179
seiuncti, aut quibuslibet diversitatum gradibus longo separationis
intervallo divisi? Sed *tres,* inquit, *unum sunt.*

S. MAXIMUS TAURINENSIS, saec. V.

Homiliae.

2217 5. Probat veritatem Domini ordo nascendi. Concepit virgo 422
virilis ignara consortii; impletur uterus nullo libatus amplexu, 430
et Spiritum Sanctum castus venter excepit, quem pura membra
servarunt, innocens corpus gessit. Videte miraculum matris
dominicae: virgo est cum concipit, virgo cum parturit, virgo 431
post partum. . . . Maria tamquam in sacrario ventris sui 432

2214. ML 54, 452.
2215. CV 7 (ed. M. Petschenig, 1881), 50; ML 58, 221.
2216. CV 7, 60; ML 58, 227. 2217. ML 57, 235.

portavit cum mysterio sacerdotem; nam quidquid in saeculo
418 profuturum erat, id totum de eius ventre: Deus, sacerdos et hostia, Deus resurrectionis, sacerdos oblationis. Hoc autem totum in Christo agnoscimus; Deus enim est, quod ad Patrem redit; pontifex, quod se obtulit; victima, quod pro nobis occisus est.

570 23. Invitatus itaque, ut legitur, Dominus perrexit ad nuptias 2218
[Io 2, 1 sqq]; sed ut dignaretur hoc virginis filius, nostrae eruditionis est ratio, ut, hoc docti exemplo, legitimarum illum nuptiarum non negemus auctorem. Vadit ergo ad nuptias Dei Filius, ut, quas dudum potestate constituit, tunc praesentiae suae benedictione sanctificet.

Sermones.

384 37. Quod praecipuus apostolorum redemptorem omnium 2219
vivi Dei Filium dicit [Mt 16, 16], paternae in eo deitatis substantiam confitetur; quod eumdem Christum pronuntiat, materni inesse corporis asserit veritatem. Sic revera beatissimus Petrus utramque in Christo naturam sub una est appellatione com-
381 plexus, ut ineffabilis mysterii sacramentum brevissimo sermone delibans neque geminata divideret, neque unita confunderet.

GENNADIUS, saec. V.

Liber ecclesiasticorum dogmatum, ca 470.

178 1. Credimus unum esse Deum, Patrem et Filium et Spi- 2220
ritum Sanctum: Patrem, eo quod habeat filium; Filium, eo
167 quod habeat patrem; Spiritum Sanctum, eo quod sit ex Patre
151 procedens, Patri et Filio coaeternus. Pater ergo principium deitatis: qui, sicut numquam fuit non Deus, ita numquam
153 fuit non Pater, a quo Filius natus, a quo Spiritus Sanctus non
173 natus, quia non est Filius, neque ingenitus, quia non est Pater, nec factus, sed ex Deo Patre Deus procedens.

375 2. Non Pater carnem assumpsit neque Spiritus Sanctus, 2221
sed Filius tantum; ut, qui erat in divinitate Dei Filius, ipse fieret in homine hominis filius, ne filii nomen ad alterum transiret, qui non erat nativitate Filius. Dei ergo Filius hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturae ex Deo Dei
376 Filius, et secundum veritatem naturae ex homine hominis filius, ut veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in utraque nativitate filii nomen nascendo haberet, et esset

---

2218. ML 57, 274. 2219. ML 57, 611.
2220. Tr (= ed. C. H. Turner in JTS 7 [1906], 89 sqq) 89; ML 58, 979.
2221. Tr 89; ML 58, 981.

verus Deus et verus homo unus Filius. Non ergo duos Christos, 385
neque duos Filios, sed Deum et hominem unum Filium; quem
propterea [et] unigenitum dicimus, manentem in duabus sub-
stantiis, sicut ei naturae veritas contulit, non confusis naturis 382
neque immixtis, sicut Timothiani volunt, sed societate unitis.
Deus ergo hominem assumpsit, homo in Deum transivit, non
naturae versibilitate, sed Dei dignatione, ut nec Deus muta-
retur in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo
in divinam glorificatus in Deum, quia mutatio vel versibilitas
naturae et deminutionem et abolitionem substantiae facit.
Natus ergo Dei Filius ex homine, non per hominem, id est,
non ex viri coitu, sicut Ebion dicit, sed ex virgine, carnem 377
ex virginis corpore trahens, et non de caelo secum afferens,
sicut Marcion et Eutyches affirmant; neque in phantasia, id
est, absque carne, sicut Valentinus dicit; neque δοκήσει, id
est, putative imaginatum, sed corpus verum; non tamen carnem
ex carne, sicut Marcianus; sed verus Deus ex divinitate et
verus homo ex carne. Unus Filius: in divinitate Verbum
Patris et Deus, in homine anima et caro: anima non absque 378
sensu et ratione, ut Apollinaris; neque caro absque anima,
ut Anomaeus, sed anima cum ratione sua, et corpus cum sen- 400
sibus suis, per quos sensus veros in passione et ante pas-
sionem carnis suae dolores sustinuit.

2222 6. Erit resurrectio mortuorum hominum, sed una et insemel; 599
non prima iustorum, et secunda peccatorum, ut fabulat som- 605
niator, sed una omnium. Et si id resurgere dicitur, quod 600
cadit, caro ergo nostra in veritate resurgit, sicut in veritate
cadit. Et non secundum Origenem immutatio corporum erit,
id est, aliud novum corpus pro carne, sed eadem caro cor-
ruptibilis, quae cadit, resurgit incorruptibilis; tam iustorum
quam iniustorum caro incorruptibilis resurget, ut vel poenam
sufferre possit pro peccatis, vel in gloria aeterna manere
pro meritis.

2223 10. *In principio creavit Deus caelum et terram* [Gn 1, 1] et 189
aquam ex nihilo. Et cum adhuc tenebrae ipsam aquam 198
occultarent, et aqua terram absconderet, facti sunt angeli
et omnes caelestes virtutes, ut non esset otiosa Dei bonitas, 193
sed haberet in quibus per multa ante spatia bonitatem osten-
deret: et ita hic visibilis mundus ex his, quae [tunc] creata
fuerant, factus est et ornatus.

2224 14. Animas hominum non esse ab initio inter ceteras 223
intellectuales naturas [credimus], nec insemel creatas, sicut
Origenes fingit; neque cum corporibus per coitum seminantur, 224
sicut Luciferiani et Cyrillus et aliqui Latinorum praesumentes

---

2222. Tr 90; ML 58, 982. 2223. Tr 91; ML 58, 983.
2224. Tr 92; ML 58, 984.

222 affirmant, quasi naturae consequentia serviente. Sed dicimus corpus tantum per coniugii copulam seminari, creationem vero animae solum creatorem omnium nosse.

219 15. Neque duas animas esse dicimus in [uno] homine, 2225
220 sicut quidam Syrorum scribunt, unam animalem, qua animetur corpus, et immixta sit sanguini, et alteram spiritalem, quae rationem ministret; sed dicimus unam esse eamdemque animam in homine, quae et corpus sua societate vivificet, et semet-
221 ipsam sua ratione disponat, habens in se libertatem arbitrii, ut in sua substantia eligat cogitatione quod vult.

604 24 (55). In divinis repromissionibus nihil terrenum vel 2226
605 transitorium exspectemus, sicut Meletiani sperant; non nuptiarum copulam, sicut Cerinthus et Marcus delectantur; non quod ad cibum vel potum pertinet, sicut, Papia auctore, Irenaeus et Tertullianus et Lactantius acquiescunt. Neque post mille annos post resurrectionem regnum Christi in terra futurum, et sanctos cum illo in deliciis regnaturos speremus, sicut Nepus docuit, qui primam iustorum [resurrectionem] et secundam impiorum confinxit.

314 25 (56). Nullum credimus ad salutem nisi Deo invitante 2227
319 venire; nullum invitatum salutem suam nisi Deo auxiliante
344 operari; nullum nisi orantem auxilium promereri; nullum Dei voluntate perire, sed permissum pro electione arbitrii, ne ingenuitas potestatis semel homini attributa ad servilem cogatur necessitatem.

432 35 (69). Integra fide credendum beatam Mariam Dei Christi 2228
matrem et virginem genuisse et post partum virginem permansisse, nec blasphemiae Helvidii acquiescendum, qui dixit: «Virgo ante partum, non virgo post partum».

586 45 (79). Post ascensionem Domini ad caelos, omnes 2229
sanctorum animae cum Christo sunt, et exeuntes de corpore
599 ad Christum vadunt, exspectantes redemptionem corporis sui, ut ad integram et perpetuam beatitudinem cum ipso pariter immutentur; sicut [et] peccatorum animae in inferno sub timore positae exspectant resurrectionem corporis [sui], ut cum ipso ad poenam convertantur aeternam.

S. CAESARIUS ARELATENSIS, 470/1—?

Homiliae.

500 5. *De paschate*[1]. Quod corpus sacerdote dispensante tantum 2230
492 est in exiguo quantum esse constat in toto. Quod cum ecclesia

[1] Haec homilia Fausto Reiensi tribuenda censetur.

2225. Tr 92; ML 58, 984. 2226. Tr 94; ML 58, 994.
2227. Tr 95; ML 58, 995. 2228. Tr 96; ML 58, 996.
2229. Tr 97; ML 58, 998. 2230. ML 67, 1054.

fidelium sumit, sicut plenum in universis, ita integrum esse probatur in singulis. De quo sensu apostolica sententia docet, dicens: *Qui multa habet, non abundabit; et qui modicum, non minorabit* [2 Cor 8, 15]. Si forte esum panis esurientibus apponeremus, non ex toto perveniret ad singulos, quia particulatim et minutatim portionem suam unusquisque praesumeret. De hoc vero pane cum assumitur, nihil minus habent singuli quam 491
universi. Totum unus, totum duo, totum plures sine diminutione 503
percipiunt; quia benedictio huius sacramenti scit distribui, nescit distributione consumi.

2231 *Ib.* Quando benedicendae verbis caelestibus creaturae sacris 493
altaribus imponuntur, antequam invocatione sancti nominis consecrentur, substantia illic est panis et vini, post verba autem 489
Christi corpus et sanguis Christi. Quid autem mirum est, si 495
ea, quae verbo potuit creare, possit verbo creata convertere?

Sermones.

2232 *In appendice sermonum S. Aug.* Sermo 22, 2. Numquam 344
Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur. Cum 346
enim semel et secundo et tertio unusquisque gravia peccata commiserit, exspectat tamen illum Deus, sicut per prophetam dicit, *ut convertatur et vivat* [Ez 33, 11]. Cum vero in peccatis suis coeperit permanere, de multitudine peccatorum nascitur desperatio, ex desperatione obduratio generatur.

2233 *Ib.* Sermo 104, 2. Et quamvis apostolus capitalia plura com- 291
memoraverit, nos tamen, ne desperationem facere videamur, breviter dicimus quae sint illa: sacrilegium, homicidium, adulterium, falsum testimonium, furtum, rapina, superbia, invidia, avaritia; et, si longo tempore teneatur, iracundia; et ebrietas, si assidua sit, in eorum numero computatur. Quicumque enim 525
aliqua de istis peccatis in se dominari cognoverit, nisi digne se emendaverit, et, si habuerit spatium, longo tempore paenitentiam egerit, et largas eleemosynas erogaverit, et a peccatis ipsis abstinuerit, illo transitorio igne, de quo ait apostolus, 587
purgari non poterit, sed aeterna illum flamma sine ullo re- 590
medio cruciabit. 3. Quae autem sint minuta peccata, licet 548
omnibus nota sint, tamen quia longum est ut omnia replicentur, opus est ut ex iis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis aut in cibo aut in potu plus accipit quam necesse sit, ad minuta peccata noverit pertinere. Quoties plus loquitur quam oportet, aut plus tacet quam expedit.... Quibus peccatis licet occidi animam non credamus, ita tamen eam velut quibusdam pustulis et quasi horrenda scabie replentia deformem faciunt, ut eam ad amplexus illius sponsi caelestis aut vix

2231. ML 67, 1056. 2232. ML 39, 1786. 2233. ML 39, 1946.

aut cum grandi confusione venire permittant. . . . 4. Si autem nec in tribulatione Deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata redimimus, ipsi tam diu in illo purgatorio igne moras habebimus, quamdiu supradicta peccata minuta, tamquam ligna, faenum, stipula, consumantur. 5. Sed dicit aliquis: Non pertinet ad me quamdiu moras habeam, si tamen ad vitam aeternam perrexero. Nemo hoc dicat, fratres carissimi, quia ille purgatorius ignis durior erit quam quidquid potest in hoc saeculo poenarum aut cogitari, aut videri, aut sentiri.

525 *Ib.* Sermo 261, 1. Quotiescumque, fratres carissimi, aliquem 2233 a
529 de fratribus vel sororibus nostris paenitentiam publice videmus petere, magnam in nobis ipsis, Deo inspirante, compunctionem divini timoris possumus et debemus accendere. . . . Et ille quidem, qui paenitentiam publice accepit, poterat eam secretius agere; sed, credo, considerans multitudinem peccatorum suorum, videt se contra tam gravia mala solum non posse sufficere; ideo adiutorium totius populi cupit expetere.

Ib. Serm. 261, 2 3. De opere paenitentiae, v. K 746 sq. *2233**

501 *Ib.* Sermo 265, 3. Quoties aliqua infirmitas supervenerit, corpus 2234
552 et sanguinem Christi ille, qui aegrotat, accipiat; et inde corpusculum suum ungat, ut illud quod scriptum est impleatur in eo: *Infirmatur aliquis?* etc. [Iac 5, 14 15]. Videte, fratres, quia, qui in infirmitate ad ecclesiam cucurrerit, et corporis sanitatem recipere et peccatorum indulgentiam merebitur obtinere.

585 *Ib.* Sermo 301, 5. Multi sunt qui maiorem curam habent in 2234 a
586 carne sua quam in anima. Sed oportebat illis ut erga animam, ubi imago Dei est, sollicitudinem maiorem semper impenderent; quia quando caro, quae modo tantum diligitur, vermibus coeperit devorari in sepulcro, anima Deo ab angelis praesentatur in caelo; et ibi iam, si bona fuerit, coronatur, aut, si mala, in tenebras proicitur.

S. FULGENTIUS, 468—533.

Epistulae.

327 Ep. 6, c. 9, n. 12. Scripturis sanctis studium tui cordis 2235
328 impende; et ibi qui fueris, qui sis, quique debeas esse cognosce. Ad has si humilis et mitis accesseris, ibi profecto invenies et praevenientem gratiam, qua potest elisus surgere, et comitantem, qua viam recti queat itineris currere, et subsequentem, qua valeat ad regni caelestis beatitudinem pervenire.

1 8, 4, 10. Vera religio in unius constat veri Dei servitio. 2236
103 Ipsa namque veritas unus est Deus; et sicut excepta una

2233 a. ML 39, 2227. 2234. ML 39, 2238.
2234 a. ML 39, 2323. 2235. ML 65, 352. 2236. ML 65, 365.

veritate non est alia veritas, sic absque uno Deo vero non est alius verus Deus; ipsa enim una veritas est naturaliter una vera divinitas. Et ita non possunt duo veri dii veraciter dici, sicut ipsa una veritas naturaliter non potest dividi.

2237 12, 11, 26. Arbitror, sancte frater, disputationem nostram 502
praeclari doctoris Augustini sermone firmatam, nec cuiquam esse aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque dominici participem fieri, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illo panis calicisve consortio, etiamsi antequam panem illum comedat et calicem bibat, de hoc saeculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat.

2238 14, 3, 26. Cum de anima Christi loquimur, de illo loqui- 378
mur rationali spiritu, ad quem non solum Deus per gratiam venit, sed quem ipsa divinitas in unitate personae suscepit. 385
Anima quippe illa cum Verbo unus est Christus, anima illa cum Verbo unus est unigenitus Deus. Et quia unigenitus 405
Deus aequalis est Patri, nec potest totum nosse Filium qui totum non noverit Patrem, caveamus ne, cum anima Christi totum Patrem nosse non creditur, ipsi uni Christo ex aliqua parte non solum Patris, sed etiam sui et Spiritus Sancti cognitio denegetur. Perquam vero durum est et a sanitate fidei penitus alienum, ut dicamus animam Christi non plenam suae deitatis habere notitiam, cum qua naturaliter unam creditur habere personam.

2239 14, 3, 31. Possumus plane dicere animam Christi habere 405
plenam notitiam deitatis suae; nescio tamen utrum debeamus 117
dicere quod anima Christi sic suam deitatem noverit, quemadmodum se ipsa deitas novit, an hoc potius dicendum est, quia novit quantum illa, sed non sicut illa. Ipsa enim deitas sic se novit, ut hoc se naturaliter inveniat esse quod novit; anima autem illa sic totam deitatem suam novit, ut ipsa tamen deitas non sit. Deitas ergo illa ipsa est naturaliter notitia sua, anima vero illa ab ipsa deitate, quam plene novit, accepit ut noverit; naturaliter ergo deitas Christi hoc est quod novit, anima vero illa, in eo quod scit deitatem suam, non hoc se invenit esse quod novit. Non ergo quemadmodum se noverunt Pater et Filius et Spiritus Sanctus, sic animae suae secundum divinitatem notus est Christus; quoniam quidem habet anima illa plenam Trinitatis notitiam, non tamen habet unam cum Trinitate naturam.

15 [Epist. episcoporum africanorum], cf. n. 2276 sqq.

2240 17, 3, 5. Si autem Deus Verbum sic in virgine caro fieret, 377
ut ex ea non fieret, procul dubio non de carne matris idem 380

2237. ML 65, 392. 2238. ML 65, 416. 2239. ML 65, 420.
2240. ML 65, 454.

Deus haberet substantiam carnis, essetque eius per virginem transitus, atque ita nec mediatoris sacramentum nobis proficeret ad salutem, nec humanae divinaeque plenam in se Christus Dei Filius inconfusibiliter uniret substantiae veritatem.

409 17, 4, 9. Nullatenus humana natura ad auferendum pec- 2241
catum mundi sufficiens atque idonea fieret, nisi in unionem
382 Verbi Dei, non naturali confusione, sed solum personali unitate
385 transiret. Verbum quippe, cum caro fieret, unitione mirabili suam naturam fecit quam ex nobis accepit; in qua tamen unitione deifica et omnino mirabili Verbi divinitas mutata non est in carnem, veraque Verbi humanitas naturalem prorsus tenuit nostri generis veritatem. Virgo igitur, quod saepe commemorandum est, ipsum Deum Verbum, secundum hoc quod in ea caro factum est, et concepit et peperit.

415 17, 6, 11. Deus . . . ad hoc homo factus est, ut, quid- 2242
quid in homine creaverat integrum, idem Deus in se totum redintegraret assumptum. 12. Hoc itaque habuit Dei hominisque mirabilis quidem sed verus ille secundum carnem con-
429 ceptus et partus, quo Deum caeli virgo ineffabiliter concepit
431 et peperit, et virgo genetrix inviolata permansit . . . quod . . . viri coitum nec pertulit omnino nec voluit, sed virginitatem retinens et mentis et corporis, ab eo, quem conceptura et paritura erat, donum incorruptae fecunditatis et fecundae integritatis accepit. . . . 13. Haec est gratia qua factum est
398 ut Deus, qui venit peccata tollere, quia *peccatum in eo non est* [1 Io 3, 5], homo conciperetur atque nasceretur *in simili-*
435 *tudine carnis peccati* [Rom 8, 3], de carne peccati. Caro quippe Mariae, quae in iniquitatibus humana fuerat sollemnitate concepta, caro fuit utique peccati, quae Filium Dei genuit in similitudinem carnis peccati. . . . Similitudo vero carnis peccati cum in Dei Filio, vel potius Dei Filius in similitudine
397 carnis peccati cum dicitur, credendum est unigenitum Deum de virginis carne mortali non traxisse peccati sordem, sed accepisse naturae integram veritatem.

314 17, 24, 47. Sicut ex se ipsa caro vitam non habet, sed 2243
ab anima accipit, sic homo non potest habere fidem, nisi
308 munere Dei donantis acceperit. Sicut etiam ut caro vivat solius opus est animae, ita quoque ut homo credat solius opus est gratiae; et sicut caro nihil operari potest si eam vivificare anima desinat, sic homo nihil bene velle potest si ab eo gratiae iuvamen abscedat. Ut ergo caro et vivere possit et operari, praesentis animae vivificatione fulcitur; homo quoque ut bonum velit aut faciat, gratiae vivificantis subsidio iugiter adiuvatur.

2241. ML 65, 457. 2242. ML 65, 457. 2243. ML 65, 481.

2244 17, 26, 51. Si quibusdam cognoscentibus Deum, nec tamen 312
sicut Deum glorificantibus [cf. Rom 1, 21], cognitio illa nihil
profuit ad salutem, quomodo hi poterunt iusti esse apud Deum,
qui sic in suis moribus atque operibus bonitatis aliquid servant,
ut hoc ad finem christianae fidei caritatisque non referant?
Quibus aliqua quidem bona, quae ad societatis humanae per- 309
tinent aequitatem, inesse possunt, sed quia non fide et caritate
Dei fiunt, prodesse non possunt.

2245 17, 27, 52. Illa quae lex factorum est, quae hominem 312
iustificare non potest, quia *ex operibus legis non iustificabitur*
omnis caro [Rom 3, 20], potest quidem naturaliter esse et in corde
gentium et in corde infidelium Iudaeorum, quae tamen sine
fide Christi nullatenus iustificat sectatores suos, sed eos tenet
vinculo impietatis obstrictos.

2246 17, Epilog., 67. Gratia nobis et initium bonae voluntatis 314
donatur ad fidem, et ipsi voluntati adiutorium tribuitur, ut
quod bene vult bene operetur; Deus enim, qui hominem con- 127
didit, ipse praedestinatione sua et donum illuminationis ad 136
credendum et donum perseverantiae ad proficiendum atque
permanendum et donum glorificationis ad regnandum quibus
dare voluit, praeparavit, quique non aliter perficit in opere,
quam in sua sempiterna atque incommutabili habet dispositum
voluntate.

2247 18, 4, 9. Christus ergo in sola carne portavit nostram 402
corruptionem, in qua veraciter nostram portavit et mortem.
In anima vero sic perfectam incorruptibilitatem servavit, sicut 397
peccatum nec propagine traxit nec contagione contraxit. Unde 398
et infirmitates animarum nostrarum, quas in sua rationali anima
portavit Christus, sine ulla corruptione portavit. Nullus quippe
potuit defectus inesse virtutis, ubi infirmitatis susceptione in-
defessa permansit perfectio caritatis, quae unigenitum Deum
fecit usque ad mortem pro nobis accedere, et *confusione con-*
tempta [Hebr 12, 2] crucis opprobrium sustinere. 10. Propter quod
tristitiam, maerorem vel quas nostrarum animarum infirmitates
habuit Christus, veras quidem, sed voluntarias habuit. Veras
scilicet, ut manifestum in se animae rationalis monstraret affec-
tum; voluntarias, ut nostris infirmitatibus adfuturum ostenderet
suae virtutis auxilium.

Ad Trasimundum, ca 515.

2248 L. 3, c. 16. Ab ipso conceptionis virginalis exordio sic in 386
Christo personalis unitas mansit, et utriusque naturae inconfusa 387
veritas perduravit, ut nec homo a Deo divelli nec Deus a

2244. ML 65, 483. 2245. ML 65, 484. 2246. ML 65, 492.
2247. ML 65, 496. 2248. ML 65, 280.

suscepto posset homine separari; nec tamen Deus hominem consumeret, nec homo Deum in aliquo permutaret; et licet in Christi morte carnem morientem fuisset anima desertura, divinitas tamen Christi nec ab anima nec a carne posset separari suscepta.

380 3, 21. In eo magis agnoscatur Domini mirabilis invictaque 2249
clementia, cum probaverimus animae carnisque substantiam
402 ob hoc cum suis passionibus a Deo susceptam, ut, sicut, salvo
403 divinae impassibilitatis statu, voluntaria susceptione mortis in carne sua mortem nostram cognoscitur occidisse, sic voluntaria susceptione tristitiae et timoris ad hoc cognoscatur animam rationalem cum suis passionibus suscepisse, ut animas nostras ab omnibus dignaretur passionibus liberare.

180 3, 35. Ut enim pauca huius operis causa subiciam, dicatur 2250
quid minus habet Spiritus Sanctus quam habet Pater et Filius, qui et initium creationis nostrae cum Patre ac Filio simul fecit, et effectum redemptionis nostrae cum Patre simul Filioque perfecit? Caelum fecisse dicitur Deus; sed, operante Patre, simul et Filius invenitur cooperator et Spiritus Sanctus.

De Trinitate.

149 4. En habes in brevi alium esse Patrem, alium Filium, 2251
alium Spiritum Sanctum; alium et alium in persona, non aliud et aliud in natura; et idcirco *Ego,* inquit, *et Pater unum sumus* [Io 10, 30]. *Unum* ad naturam referre nos docet, *sumus*
146 ad personas. Similiter et illud: *Tres sunt,* inquit, *qui testimonium dicunt in caelo, Pater, Verbum et Spiritus, et hi tres unum sunt* [1 Io 5, 7].

De remissione peccatorum, ca 520.

522 1, 23. Qui non credit intra ecclesiam catholicam cuncta 2252
relaxari posse peccata, ipse sibi remissionem peccatorum denegat, si de hoc saeculo, in eadem cordis impaenitentis duritia perseverans, alienatus ab ecclesiastica societate discedat.

Ad Monimum, ca 520.

370 Prol. *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem ac-* 2253
cepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? [1 Cor 4, 7.] . . . Qui ergo nobis dedit quod reddendo debeamus, ipse nobis donabit facultatem qua possimus reddere quod debemus. Ille igitur auctor est debiti qui auctor est doni, nam et se ipsum sua

---

2249. ML 65, 284. 2250. ML 65, 300. 2251. ML 65, 500.
2252. ML 65, 547. 2253. ML 65, 151.

largitate dignatus est facere debitorem, non quia indigens ab aliquo accepit, sed quoniam abundans largiter tribuit.

2254 L. 1, c. 7. Non ergo praedestinati sunt mali ad hoc, quod male operantur, a concupiscentia sua abstracti et illecti, sed ad hoc, quod iuste patiuntur inviti. Praedestinationis enim nomine non aliqua voluntatis humanae coactitia necessitas exprimitur, sed misericors et iusta futuri operis divini sempiterna dispositio praedicatur. Deo autem *misericordiam et iudicium* [Ps 100, 1] cantat ecclesia, cuius hoc opus est in homine, ut occulto voluntatis suae, non tamen iniusto consilio, aut gratuitam misericordiam praeroget misero, aut debitam iustitiam rependat iniusto.

2255 1, 13. Proinde potuit [Deus], sicut voluit, praedestinare quosdam ad gloriam, quosdam ad poenam. Sed quos praedestinavit ad gloriam, praedestinavit ad iustitiam. Quos autem praedestinavit ad poenam, non praedestinavit ad culpam. Posset enim peccatum aliquod ex praedestinatione Dei esse, si posset aliquis hominum iuste peccare. Nullus autem hominum iuste peccat, quamvis eum iuste Deus peccare permittat. Iuste enim deseritur a Deo qui deserit Deum.

2256 1, 19. Peccare in hoc homo coepit, in quo a Deo discessit. Scriptum est enim quia *initium superbiae apostatare a Deo* [Eccli 10, 14]; et alio loco: *Ecce omnes qui se elongant a te, peribunt; perdidisti omnes qui fornicantur abs te* [Ps 72, 27]. Isti ergo, qui se elongant et fornicantur a Deo, utique peccando pereunt per suam malam voluntatem, quae non est ex Deo. Perdet autem illos Deus iuste iudicando, quod competit Deo. Non enim eos Deus iudicio perderet, nisi per suas iniquitates ipsi periissent.

2257 1, 22. Absit hoc a nobis atque ab omnibus Christianis, ut causam cuiuslibet peccati quisquam deputare divinae audeat aequitati, cum nec malitiae, nec impietatis cuiusquam causa esse possit, nisi in eo, qui malus atque impius fuerit. Ut ergo ex malis fiant homines boni, et ex impiis iusti, laudanda est Dei misericordia; ut autem ex bonis fiant homines mali, aut ex iustis iniqui, si divinae praedestinationis asseritur causa, erit (quod absit) vituperanda iustitia. Quinimmo nec iustitia iusta dicetur, si puniendum reum non invenisse, sed fecisse dicatur. Maior vero erit iniustitia, si lapso Deus retribuit poenam quem stantem praedestinasse dicitur ad ruinam.

2258 1, 25. Praedixit et promisit [salvator] praemium quo fruentur iusti, non autem promisit sed praedixit supplicium quo punientur iniusti. Neque vero, sicut praedestinavit sanctos ad iustitiam accipiendam, sic praedestinavit iniquos ad eamdem iustitiam

2254. ML 65, 157. 2255. ML 65, 162. 2256. ML 65, 167.
2257. ML 65, 169. 2258. ML 65, 172.

amittendam, quia misericors Dominus et iustus potuit gratis a pravitate liberare quem voluit; pravitatis autem operator numquam fuit, quia pravus numquam aliquis fuit, nisi in quantum a Deo discessit. Nec discessurum Deus praedestinavit, quamvis discessurum cognitio divina praesciverit.

163 3, 7. Sic est Verbum apud Deum, sicut est in mente 2259
verbum, sicut in corde consilium. Cum enim mens apud se verbum habet, utique cogitando habet, quia nihil aliud est apud se dicere quam apud se cogitare. Cum ergo mens cogitat et cogitando verbum intra se generat, de sua substantia generat verbum, et sic illud verbum generat de se, ut genitum habeat apud se. Nec minus aliquid habet verbum quod ex mente nascitur, quam est mens de qua nascitur, quia, quanta est mens quae generat verbum, tantum est etiam ipsum verbum. Sicut enim de tota mente nascitur verbum, sic intra totam permanet natum.

De fide, ad Petrum.

264 Prol. n. 1. *Sine fide impossibile est placere Deo* [Hebr 11, 6]. 2260
Fides est namque bonorum omnium fundamentum, fides est humanae salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei
362 numerum potest pertinere, quia sine ipsa nec in hoc saeculo quisquam iustificationis consequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit aeternam; et si quis hic non ambulaverit per fidem, non perveniet ad speciem. Sine fide omnis labor hominis vacuus est.

149 C. 1, n. 4. Quia in illo uno vero Deo Trinitate, non solum 2261
quod unus Deus est, sed etiam quod Trinitas est, naturaliter verum est, propterea ipse verus Deus in personis Trinitas est,
179 et in una natura unus est. Per hanc unitatem naturalem totus Pater in Filio et Spiritu Sancto est, et totus Filius in Patre et Spiritu Sancto est, totusque Spiritus Sanctus in Patre et Filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est, quia nemo alium aut praecedit aeternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate.

426 2, 11. Ab inferis idem Deus homo factus tertia die re- 2262
surrexit, sed in sepulcro secundum solam carnem idem Deus iacuit, et in infernum secundum solam animam descendit. Qua de inferis ad carnem die tertia revertente, idem Deus secundum carnem, qua in sepulcro iacuit, de sepulcro re-
427 surrexit; et quadragesima post resurrectionem die, idem Deus
428 homo factus in caelum ascendens in dextera Dei sedit, inde in fine saeculi ad iudicandos vivos mortuosque venturus.

2259. ML 65, 204. 2260. ML 65, 671. 2261. ML 65, 673.
2262. ML 65, 677.

2263 2, 22. Iste igitur est, qui in se uno totum exhibuit, quod esse necessarium ad redemptionis nostrae sciebat effectum; idem scilicet sacerdos et sacrificium, idem Deus et templum: sacerdos, per quem sumus reconciliati; sacrificium, quo reconciliati; templum, in quo reconciliati; Deus, cui reconciliati. 418

2264 3, 25. Principaliter itaque tene omnem naturam quae non est Trinitas Deus, ab ipsa sancta Trinitate, quae solus verus et aeternus Deus est, creatam ex nihilo, ac sic *universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive thronos, sive dominationes, sive principatus, sive potestates* [Col 1, 16], opus atque creaturam esse sanctae Trinitatis, quae est unus Deus rerum omnium creator et dominus, aeternus, omnipotens, iustus et bonus, habens naturaliter ut semper sit, et ut mutari aliquando non possit. Et hic Deus, qui sine initio semper est, quia summe est, dedit rebus a se creatis ut sint; non tamen sine initio, quia nulla creatura eiusdem naturae est, cuius est Trinitas unus verus et bonus Deus, a quo creata sunt omnia. 189 195 102 101 196

2265 3, 30. Angeli ergo atque homines, pro eo quod rationales facti sunt, aeternitatis ac beatitudinis donum in ipsa naturae spiritalis creatione divinitus acceperunt, ita scilicet ut, si dilectioni creatoris sui iugiter inhaesissent, simul aeterni beatique mansissent, si vero propriae libertatis arbitrio contra summi creatoris imperium suam niterentur facere voluntatem, protinus a contumacibus beatitudo discederet, et ad supplicium iis relinqueretur aeternitas misera, erroribus deinceps doloribusque crucianda. Et de angelis quidem hoc disposuit et implevit, ut, si quis eorum bonitatem voluntatis perderet, numquam eam divino munere repararet. 353 203 221 410

2266 3, 31. Pars itaque angelorum, quae a suo creatore Deo, quo solo bono beata fuit, voluntaria prorsus aversione discessit, aequitatis supernae iudicio initium suae damnationis in ipsa aversione voluntatis invenit; ut non aliud ei esset incipere iam puniri, quam illius beatifici boni dilectione destitui, quam Deus in aeterno sic totam praecepit remanere supplicio, ut etiam ignem ei aeternum pararet; in quo illi omnes praevaricatores angeli nec mala voluntate possint umquam carere nec poena, sed permanente in iis iniustae aversionis malo permaneat etiam iustae retributionis aeterna damnatio. Horum malorum princeps diabolus primos homines, quos ad peccati praecipitium invidus duxit, non iis tantum, sed et universae propagini eorum cum vitio peccati meritum mortis inseruit. Deus autem misericors et iustus, sicut diabolo et angelis eius propria cadentibus voluntate, ceteros angelos in suae dilectionis aeternitate firmavit, sic etiam humani generis massam non 208 591 593 299 207 136

2263. ML 65, 682. 2264. ML 65, 683. 2265. ML 65, 686. 2266. ML 65, 687.

totam in sempiternum perire permisit, sed quos voluit eius gratuita bonitas, repulsis tenebris, in quibus omnis humana nativitas peccati originalis condemnatione versatur, reducendos praedestinavit ad lucem.

599 610 3, 35. Erit enim etiam iniquorum resurrectio, sed sine 2267
immutatione, quam solis fidelibus et ex fide iuste viventibus daturus est Deus. Hoc est enim quod ait beatus Paulus: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur* [1 Cor 15, 51]. Ostendens autem iustos divino munere commutandos, ait: *Et nos immutabimur* [ib. 52]. Habebunt ergo iniqui cum iustis resurrectionem carnis communem, immutationis tamen gratiam non habebunt, quae dabitur iustis, quoniam a corporibus impiorum non auferetur corruptio et ignobilitas et infirmitas in quibus seminantur; quae ob hoc morte etiam
594 non exstinguentur, ut illud iuge tormentum corpori atque animae sit mortis aeternae supplicium.

584 3, 36. Tempus vero acquirendi vitam aeternam in ista 2268
tantum vita Deus hominibus dedit, ubi voluit esse etiam paenitentiam fructuosam. Ideo autem hic paenitentia fructuosa est, quia potest hic homo deposita malitia bene vivere, et, mutata voluntate iniusta, merita simul operaque mutare et in timore Dei ea gerere, quae placeant Deo.

470 3, 41. Ex illo tempore quo salvator noster dixit: *Si quis* 2269
renatus non fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei [Io 3, 5], absque sacramento baptismatis, praeter
472 eos qui in ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt, nec regnum caelorum potest quisquam
469 accipere nec vitam aeternam. Quia sive in Catholica sive in haeresi quacumque vel schismate quisquam in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptismi sacramentum acceperit,
47 integrum sacramentum accipit; sed salutem, quae virtus est sacramenti, non habebit, si extra catholicam ecclesiam ipsum sacramentum habuerit. Ergo ideo debet ad ecclesiam redire,
446 non ut sacramentum baptismatis iterum accipiat, quod nemo
444 debet in quolibet homine baptizato repetere, sed ut in societate catholica vitam aeternam accipiat, ad quam obtinendam numquam esse potest idoneus qui cum sacramento baptismatis ab ecclesia catholica remanserit alienus.

416 19, 60. Firmissime tene, et nullatenus dubites, ipsum uni- 2270
genitum Deum Verbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium et *hostiam Deo in odorem suavitatis* [Eph 5, 2]; cui cum Patre et Spiritu Sancto a patriarchis et prophetis et sacerdotibus tempore veteris testamenti animalia sacrificaban-
519 tur; et cui nunc, id est, tempore novi testamenti, cum Patre

---

2267. ML 65, 688. 2268. ML 65, 689. 2269. ML 65, 692.
2270. ML 65, 699.

et Spiritu Sancto, cum quibus illi est una divinitas, sacrificium panis et vini, in fide et caritate sancta catholica ecclesia per universum orbem terrae offerre non cessat. . . . In illis ergo sacrificiis quid nobis esset donandum figurate significabatur; in hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit evidenter ostenditur. In illis sacrificiis praenuntiabatur Filius Dei pro impiis occidendus; in hoc autem pro impiis annuntiatur occisus. 512 514 513

2271 27, 68. Firmissime tene, et nullatenus dubites, non solum homines iam ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive iam de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, de hoc saeculo transeunt, ignis aeterni sempiterno supplicio puniendos. 470 306 465

2272 32, 73. Firmissime tene, et nullatenus dubites, posse quidem hominem, quem nec ignorantia litterarum nec aliqua prohibet imbecillitas vel adversitas, verba sanctae legis et evangelii sive legere sive ex ore cuiusquam praedicatoris audire; sed divinis mandatis oboedire neminem posse nisi quem Deus gratia sua praevenerit, ut quod audit corpore etiam corde percipiat, et accepta divinitus bona voluntate atque virtute mandata Dei facere et velit et possit. 309 308

2273 36, 77. Firmissime tene, et nullatenus dubites, sacramentum baptismatis non solum intra ecclesiam catholicam, sed etiam apud haereticos qui in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptizant, esse posse, sed extra ecclesiam catholicam prodesse non posse; immo sicut intra ecclesiam recte credentibus per sacramentum baptismi conferri salutem, sic extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint, eodem baptismo cumulari perniciem. Tantum enim valet ecclesiasticae societatis unitas ad salutem, ut baptismo non salvetur cui non ibi datur ubi oportet ut detur. 469 47

2274 37, 78. Firmissime tene, et nullatenus dubites, omnem extra ecclesiam catholicam baptizatum participem fieri non posse vitae aeternae, si ante finem vitae huius catholicae non fuerit redditus atque incorporatus ecclesiae. 47

2275 38, 79. Firmissime tene, et nullatenus dubites, non solum omnes paganos, sed etiam omnes Iudaeos, et omnes haereticos atque schismaticos, qui extra ecclesiam catholicam praesentem finiunt vitam, in ignem aeternum ituros, *qui paratus est diabolo et angelis eius* [Mt 25, 41]. 45

2271. ML 65, 701. 2272. ML 65, 702.
2273. ML 65, 703. 2274. ML 65, 703.
2275. ML 65, 704.

Epistula episcoporum africanorum in Sardinia exsulum, 523.

(Apud *Fulg.*, Ep. 15.)

308 5. Sic est ipsum liberum hominis arbitrium absque dono 2276
325 gratiae, sicut est oculus sine luce. Nam et oculus ad videndum factus est, sed, nisi lumen acceperit, non videbit. Illa autem est *lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [Io 1, 9]; illuminat autem hominem, se ipsam dando per gratiam. Sicut ergo corporis oculus semper indiget lumen accipere, ut ipsum lumen possit adspicere, sic et libero arbitrio hominis nulla potest gratiae suffragari cognitio, nisi detur ipsius gratiae spiritalis infusio.

347 10. De gratia vero non digne sentit quisquis eam putat 2277
omnibus hominibus dari, cum non solum *non omnium* sit *fides* [2 Thess 3, 2], sed adhuc nonnullae gentes inveniantur ad quas fidei praedicatio non pervenit. Beatus autem apostolus dicit: *Quomodo invocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante?* [Rom 10, 14.] Non itaque gratia omnibus datur, quandoquidem ipsius gratiae participes esse non possunt qui fideles non sunt, nec possunt credere ad quos invenitur
343 ipse fidei auditus minime pervenisse. Ipsa vero gratia quibuscumque datur, non aequaliter datur, sed *secundum mensuram donationis Christi* [Eph 4, 7], et *unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei* [Rom 12, 3], qui non hominum personas accipit, sed *omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens* propria *singulis prout vult* [1 Cor 12, 11].

352 11. Quod autem vos dicitis sola Dei misericordia salvari 2278
hominem; illi autem dicunt, nisi quis propria voluntate cucurrerit et elaboraverit, salvus esse non poterit: digne utrumque tenetur, si ordo rectus servetur divinae misericordiae et voluntatis humanae, ut illa praeveniat, haec sequatur; sola
314 Dei misericordia initium salutis conferat, cui deinde voluntas
327 hominis cooperatrix suae salutis exsistat, ut misericordia Dei praeveniens voluntatis humanae dirigat cursum, et humana
328 voluntas oboediens, eadem misericordia subsequente, secundum
329 intentionem currat ad bravium; ac per hoc humana voluntas, in eo quod currit utiliter et laborat, ex Dei misericordia sibi esse donum cursus ac laboris agnoscat, nec sit ingrata misericordiae, per quam salutis accipit initium, ut per ipsam perveniat ad plenum sempiternae salutis effectum, quia tunc erit bona, si Dei praeveniatur dono, et tunc permanebit bona, si eius non destituatur auxilio.

2276. ML 65, 436. 2277. ML 65, 438. 2278. ML 65, 439.

PSEUDO-DIONYSIUS AREOPAGITA, ca 500.

Epistulae.

2279 Ep. 4. Ἵνα συνελόντες εἴπωμεν, οὐδὲ ἄνθρωπος ἦν [ὁ Ἰη- 391
σοῦς], οὐχ ὡς μὴ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνθρώπων, ἀνθρώπων ἐπέκεινα, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀληθῶς ἄνθρωπος γεγονώς. Καὶ τὸ λοιπόν, οὐ κατὰ Θεὸν τὰ θεῖα δράσας, οὐ τὰ ἀνθρώπεια κατὰ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀνδρωθέντος Θεοῦ, καινήν τινα τὴν θεανδρικὴν ἐνέργειαν ἡμῖν πεπολιτευμένος.

De divinis nominibus.

2280 C. 2, n. 4. Ἐπὶ τῆς ἑνώσεως τῆς θείας ἤτοι τῆς ὑπερουσιό- 150
τητος, ἡνωμένον μὲν ἔστι τῇ ἐναρχικῇ Τριάδι, καὶ κοινὸν ἡ ὑπερούσιος ὕπαρξις, ἡ ὑπέρθεος θεότης, . . . τὸ ἄφθεγκτον, τὸ πολύφωνον, ἡ ἀγνωσία, τὸ παννόητον, ἡ πάντων θέσις, ἡ πάντων ἀφαίρεσις, τὸ ὑπὲρ πᾶσαν καὶ θέσιν καὶ ἀφαίρεσιν, ἡ ἐν ἀλλήλαις, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων 148
μονή, καὶ ἵδρυσις, ὁλικῶς ὑπερηνωμένη, καὶ οὐδενὶ μέρει συγκεχυμένη, καθάπερ φῶτα λαμπτήρων, ἵνα αἰσθητοῖς καὶ οἰκείοις χρήσωμαι παραδείγμασιν, ὄντα ἐν οἴκῳ ἑνί, καὶ ὅλα ἐν ἀλλήλοις ὅλοις ἐστίν, ἀκραιφνῆ καὶ ἀκριβῆ τὴν ἀπ' ἀλλήλων ἰδικῶς ὑφισταμένην ἔχει διάκρισιν, ἡνωμένα τῇ διακρίσει, καὶ τῇ ἑνώσει διακεκριμένα. . . . Ἀλλὰ καὶ εἰ τὸν ἕνα τις τῶν πυρσῶν ὑπεξαγάγοι τοῦ δωματίου, συνεξελεύσεται καὶ τὸ οἰκεῖον ἅπαν φῶς οὐδέν τι τῶν ἑτέρων φωτῶν ἐν ἑαυτῷ συνεπισπώμενον,

---

2279 4. Ut summatim dicamus, neque homo erat [Iesus], non quod 391
non fuisset homo, sed quod, ex hominibus natus, homines superet et supra hominem vere homo factus sit. Ceteroquin divina non qua Deus patrabat, neque humana qua homo, sed qua Deus incarnatus, novam quamdam theandricam operationem nobis instituens.

2280 2, 4. In divina unione seu supersubstantialitate unitum quidem 150
est ac commune summe uni Trinitati superessentialis exsistentia, et superdivina divinitas, . . . ineffabilitas et multivocatio, incomprehensibilitas et perfecta intellegibilitas, omnium positio et omnium ablatio, supra omnem positionem et ablationem divinarum personarum in se ipsis, si ita loqui fas est, mutua mansio et collocatio, in 148
totum perfecte copulata in unum, et non confusa in ulla parte; sicut, ut exemplis sensibilibus et familiaribus utar, lumina lampadum, quae sunt in una domo, et tota sunt in se totis vicissim, non permixta, ac per se exsistunt perfecte inter se mutuo singillatim distincta, coniuncta in unum discrete et discreta coniunctim. . . . Quinimmo si quis unam lampadem educat e domo, simul exibit totum proprium lumen, nihil quidquam ceterorum luminum in se

---

2279. MG 3, 1072. 2280. MG 3, 641.

ἢ τοῦ ἑαυτοῦ τοῖς ἑτέροις καταλεῖπον· ἦν γὰρ αὐτῶν, ὅπερ ἔφην, ἡ ὅλων πρὸς ὅλα παντελὴς ἕνωσις ἀμιγὴς καθόλου, καὶ οὐδενὶ μέρει συμπεφυρμένη.

381 2, 9. Τὸ τῆς Ἰησοῦ φιλανθρωπίας μυστήριον . . . ἄρρητόν 2281
ἐστι λόγῳ παντὶ καὶ ἄγνωστον νῷ παντί, καὶ αὐτῷ τῷ πρωτίστῳ καὶ πρεσβυτάτῳ ἀγγέλῳ. . . . Τὸ μὲν σαρκωθῆναι μυστικῶς παρειλήφαμεν, τὸ δ' ὅπως ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων ἑτέρῳ παρὰ τὴν φύσιν θεσμῷ διεπλάττετο, καὶ τἄλλα πάντα τῆς Ἰησοῦ φυσιολογίας, πῶς ἐν δυσὶ ταῖς φύσεσι γνωριζόμενος, καὶ κατὰ ἄνθρωπον ἔπραττε, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνήργει, ἑτέρου λόγου καὶ κρείττονος ἢ καθ' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν ἀνθρωπίνην δύναμιν.

193 4, 10. Παρρησιάσεται δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν ὁ ἀληθὴς λόγος, 2282
ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πάντων αἴτιος δι' ἀγαθότητος ὑπερβολὴν πάντων ἐρᾷ, πάντα ποιεῖ, πάντα τελειοῖ, πάντα συνέχει, πάντα ἐπιστρέφει, καὶ ἔστι καὶ ὁ θεῖος ἔρως ἀγαθὸς ἀγαθοῦ διὰ τὸ ἀγαθόν.

193 116 4, 14. Τί δὲ ὅλως οἱ θεολόγοι βουλόμενοι, ποτὲ μὲν ἔρωτα 2283
καὶ ἀγάπην αὐτόν φασι, ποτὲ δὲ ἐραστὸν καὶ ἀγαπητόν; Τοῦ μὲν γὰρ αἴτιος, καὶ ὥσπερ προβολεὺς καὶ ἀπογεννήτωρ· τὸ δὲ αὐτός ἐστι. Καὶ τῷ μὲν κινεῖται, τῷ δὲ κινεῖ· ἢ ὅτι αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτῷ ἐστι προαγωγικὸς καὶ κινητικός. Ταύτῃ δὲ ἀγαπητὸν μὲν καὶ ἐραστὸν αὐτὸ καλοῦσιν, ὡς καλὸν καὶ ἀγαθόν·

---

ipso simul trahens, neque quidquam sui illis relinquens: erat enim illorum, ut dixi, totorum ad tota perfecta coniunctio, mera penitus et nulla ex parte confusa.

381 2, 9. Iesu humanitatis mysterium . . . ineffabile est sermoni 2281
omni et omni menti incognoscibile, etiam ipsi primo et antiquissimo angelo. . . . Eum quidem carnem assumpsisse mystice accepimus, sed quomodo ex virgineo sanguine alia atque naturali lege efformatus sit aliaque omnia de physiologia Iesu, quomodo in duabus naturis cognitus sit et secundum hominem se gesserit et supra hominem operatus sit, longe alterius et praestantioris sermonis res est quam humana ratio fert.

193 4, 10. Audebit et hoc dicere verus sermo, quod ipse qui est 2282
omnium causa, propter excellentiam bonitatis omnia amat, omnia facit, omnia perficit, omnia continet, omnia convertit ad se; et est divinus amor bonus boni propter bonum.

193 116 4, 14. Quid porro tandem significare volunt theologi, cum ali- 2283
quando quidem eum vocant amorem et dilectionem, aliquando vero amabilem et dilectum? Illius quidem auctor est et tamquam productor et generator, hoc autem ipse est, illo quidem movetur, hoc autem movet, quia se ipse adducit, et sibi adducit et movet. Dilectum et amabilem eum vocant, sicut pulchrum et bonum;

2281. MG 3, 672. 2282. MG 3, 708.
2283. MG 3, 712.

ἔρωτα δὲ αὖθις καὶ ἀγάπην, ὡς κινητικὴν ἅμα καὶ ὡς ἀναγωγὸν δύναμιν ὄντα ἐφ' ἑαυτόν, τὸ μόνον αὐτὸ δι' ἑαυτὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν, καὶ ὥσπερ ἔκφανσιν ὄντα ἑαυτοῦ δι' ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἐξηρημένης ἑνώσεως ἀγαθὴν πρόοδον, καὶ ἐρωτικὴν κίνησιν, ἁπλῆν, αὐτοκίνητον, αὐτενέργητον, προοῦσαν ἐν ταὐταθῷ, καὶ ἐκ ταὐταθοῦ τοῖς οὖσιν ἐκβλυζομένην, καὶ αὖθις εἰς ταὐταθὸν ἐπιστρεφομένην. Ἐν ᾧ καὶ τὸ ἀτελεύτητον ἑαυτοῦ καὶ ἄναρχον ὁ θεῖος ἔρως ἐνδείκνυται διαφερόντως, ὥσπερ τις ἀΐδιος κύκλος, διὰ ταὐταθόν, ἐκ ταὐταθοῦ, καὶ ἐν ταὐταθῷ, καὶ εἰς ταὐταθόν, ἐν ἁπλανεῖ συνελίξει περιπορευόμενος, καὶ ἐν ταὐτῷ, καὶ κατὰ τὸ αὐτό, καὶ προϊὼν ἀεί, καὶ μένων, καὶ ἀποκαθιστάμενος.

2284 7, 3. Ἐπὶ δὲ τούτοις ζητῆσαι χρὴ πῶς ἡμεῖς Θεὸν γινώ- 109
σκομεν, οὐδὲ νοητόν, οὐδὲ αἰσθητόν, οὐδέ τι καθόλου τῶν ὄντων ὄντα. Μήποτε οὖν ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι Θεὸν γινώσκομεν οὐκ ἐκ τῆς αὐτοῦ φύσεως (ἄγνωστον γὰρ τοῦτο, καὶ πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπεραῖρον), ἀλλ' ἐκ τῆς πάντων τῶν ὄντων 113 114
διατάξεως, ὡς ἐξ αὐτοῦ προβεβλημένης, καὶ εἰκόνας τινὰς καὶ 115
ὁμοιώματα τῶν θείων αὐτοῦ παραδειγμάτων ἐχούσης, εἰς τὸ ἐπέκεινα πάντων ὁδῷ καὶ τάξει κατὰ δύναμιν ἄνειμεν ἐν τῇ πάντων ἀφαιρέσει καὶ ὑπεροχῇ, καὶ ἐν τῇ πάντων αἰτίᾳ.

2285 10, 1. Τὸ μὲν γὰρ [παντοκράτωρ ὁ Θεός] λέγεται διὰ τὸ 235
πάντων αὐτὸν εἶναι παντοκρατορικὴν ἕδραν, συνέχουσαν καὶ

---

amorem vero et dilectionem, tamquam vim motricem et sursum trahentem ad se, qui solus est, ipsum per se pulchrum et bonum, et tamquam manifestationem sui ipsius per se ipsum, et ut benignum processum eximiae illius unionis, et amatoriam motionem, simplicem, per se mobilem, per se operantem, praeexsistentem in bono, et ex bono in ea quae sunt redundantem ac rursus ad bonum revertentem. Qua in re et fine et principio se carere divinus amor excellenter ostendit, tamquam sempiternus circulus, propter bonum, ex bono, in bono, et ad bonum, indeclinabili conversione circumiens, in eodem et secundum idem, et procedens semper et manens et remeans.

2284 7, 3. Praeterea quaerendum est quomodo Deum cognoscamus, 109
qui neque sensu percipitur nec intellectu, et nihil omnino est ex iis quae sunt. An non potius vere dicatur quod Deum non cognoscimus ex natura eius (id enim quod natura eius est, incognitum est, et omnem rationem et mentem superat), sed ex ordine omnium 113
rerum, tamquam ab ipso proposito, et imagines quasdam et simili- 114
tudines exemplarium eius divinorum in se habente, ad cognoscendum 115
illud summum bonum et omnium bonorum finem, via et ordine pro viribus ascendimus, in ablatione et superlatione omnium et in omnium causa.

2285 10, 1. [Omnitenens Deus] quidem dicitur, quod ipse sit omnium 235
sedes, omnia continens atque complectens, et cuncta stabiliens,

---

2284. MG 3, 869. 2285. MG 3, 936.

περιέχουσαν τὰ ὅλα, καὶ ἐνιδρύουσαν, καὶ θεμελιοῦσαν, καὶ περισφίγγουσαν, καὶ ἀρραγὲς ἐν ἑαυτῇ τὸ πᾶν ἀποτελοῦσαν, καὶ ἐξ αὐτῆς τὰ ὅλα, καθάπερ ἐκ ῥίζης παντοκρατορικῆς, προάγουσαν, καὶ εἰς ἑαυτὴν τὰ πάντα, καθάπερ εἰς πυθμένα παντοκρατορικόν, ἐπιστρέφουσαν καὶ συνέχουσαν αὐτά.

De ecclesiastica hierarchia.

125 C. 1, n. 3. Ταύτῃ δὲ τῇ πάντων ἐπέκεινα θεαρχικωτάτῃ 2286
136 μακαριότητι, τῇ τρισσῇ τῇ μονάδι τῇ ὄντως οὔσῃ, κατὰ τὸ
ἡμῖν μὲν ἀνέφικτον, αὐτῇ δὲ ἐπιστητόν, θέλημα μέν ἐστιν ἡ
358 λογικὴ σωτηρία καθ' ἡμᾶς τε καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐσιῶν· ἡ δὲ
οὐχ ἑτέρως γενέσθαι δύναται, μὴ θεουμένων τῶν σῳζομένων.
Ἡ δὲ θέωσίς ἐστιν ἡ πρὸς Θεόν, ὡς ἐφικτόν, ἀφομοίωσίς τε
καὶ ἕνωσις.

555 C. 5, n. 3, § 1. Κοινὰ μὲν ἔστι τοῖς ἱεράρχαις τε καὶ ἱερεῦσι 2287
καὶ λειτουργοῖς ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν τελειώσεσιν ἡ πρὸς
τὸ θεῖον θυσιαστήριον προσαγωγή, καὶ ὑπόπτωσις, ἡ τῆς
561 ἱεραρχικῆς χειρὸς ἐπίθεσις, ἡ σταυροειδὴς σφραγίς, ἡ ἀνάῤῥησις,
556 ὁ τελειωτικὸς ἀσπασμός· ἐξαίρετα δὲ καὶ ἔκκριτα τοῖς ἱεράρχαις
μὲν ἡ τῶν λογίων ἐπὶ κεφαλῆς ἐπίθεσις, οὐκ ἐχόντων τοῦτο
τῶν ὑφειμένων ταγμάτων· τοῖς δὲ ἱερεῦσιν ἡ ἀμφοῖν τοῖν
ποδοῖν κλίσις, οὐκ ἐχούσης τοῦτο τῆς τῶν λειτουργῶν τελειώσεως· οἱ γὰρ λειτουργοί, καθὼς εἴρηται, τὸν ἕνα κλίνουσιν
τοῖν ποδοῖν μόνον.

---

fundans atque constringens, et universum insolubile in se ipso praestans, et ex se, veluti ex omnitenente radice, cuncta producens, atque ad se, tamquam ad fundum, omnitenens, universa convertens et continens.

125 1, 3. Huic omnia transcendenti divinissimae beatitudini, trinae 2286
136 unitati, vere exsistenti, modo quidem nobis incomprehenso, illi
autem notissimo, in votis quidem est rationalis creaturae salus,
358 tam nostra quam mentium supernarum; verumtamen haec salus
iis, qui salvantur, nonnisi deificatis potest obtingere. Est autem
haec deificatio, Deo quaedam, quoad fieri potest, assimilatio unioque.

555 5, 3, 1. Communia quidem sunt et pontificibus et sacerdotibus 2287
et ministris, cum consecrantur, accessus ad divinum altare, genuum
561 flexio, pontificiae manus impositio, crucis impressio, praedicatio,
556 perficiens salutatio; praecipua vero et episcopis propria est scripturarum supra caput impositio, quod inferiores ordines non habent; sacerdotibus autem utriusque pedis inclinatio, quo caret consecratio ministrorum; ministri enim, ut dictum est, alterum tantum genu flectunt.

2286. MG 3, 373. 2287. MG 3, 509.

S. LEONTIUS BYZANTINUS, ca 485—ca 543.

Contra Nestorianos et Eutychianos, 529/44.

2287a L. 1. Οὐ ταὐτόν, ὦ οὗτοι, ὑπόστασις καὶ ἐνυπόστατον, 385
ὥσπερ ἕτερον οὐσία καὶ ἐνούσιον· ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις τὸν τινὰ δηλοῖ, τὸ δὲ ἐνυπόστατον τὴν οὐσίαν· καὶ ἡ μὲν ὑπόστασις πρόσωπον ἀφορίζει τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι· τὸ δὲ ἐνυπόστατον τὸ μὴ εἶναι αὐτὸ συμβεβηκὸς δηλοῖ ὃ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ θεωρεῖται. . . . Ὁ τοίνυν λέγων· Οὐκ ἔστιν φύσις ἀνυπόστατος, ἀληθὲς μὲν λέγει· οὐ μὴν ὀρθῶς συμπεραίνει, τὸ μὴ ἀνυπόστατον συνάγων εἰς τὸ ὑπόστασιν εἶναι. . . . Ἀνυπόστατος μὲν οὖν φύσις, τουτέστιν οὐσία, οὐκ ἂν εἴη ποτέ. Οὐ μὴν ἡ φύσις ὑπόστασις, ὅτι μηδὲ ἀντιστρέφει.

2287b 1. Τέλειος μὲν γάρ ἐστιν ὁ Λόγος, καὶ πλήρης καὶ παρεκτικὸς 385
τελειότητος· τελεία δὲ καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή, ὡς πρὸς τὸν ὅρον τῆς ὑπάρξεως. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Λόγος τέλειος Χριστός, κἂν τέλειος εἴη Θεός, μὴ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτῷ συντεταγμένης· οὔτε ἡ ψυχὴ τέλειος ἄνθρωπος, κἂν τελείαν ἔχει οὐσίαν, μὴ τοῦ σώματος αὐτῇ συνεπινοουμένου.

2287c 1. Ἡμεῖς κατὰ τὰς θείας γραφὰς καὶ τὰς πατροπαραδότους 392
θεωρίας, πολλάκις τὸ ὅλον ἐκ μέρους, καὶ τὰ μέρη τῇ τοῦ ὅλου κλήσει προσαγορεύομεν, Υἱὸν ἀνθρώπου τὸν Λόγον ὀνομάζοντες καὶ Κύριον τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι ὁμολογοῦντες. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τῇ ἀντιδόσει τῶν ἰδιωμάτων ἀναιροῦμεν

2287a 1. Non est idem, o viri, hypostasis et enhypostatum, sicut aliud 385
est substantia et aliud esse in substantia; nam hypostasis aliquem unum declarat, esse autem enhypostatum declarat substantiam; et hypostasis quidem personam definit proprietatibus designantibus, enhypostatum vero significat non esse accidens quod in alio habet ut sit, et non in se cernitur. . . . Qui igitur dicit: Non est natura sine hypostasi, verum dicit; non tamen recte concludit, cum concludit quod non est sine hypostasi esse hypostasin. . . . Natura igitur, id est, substantia, numquam sine hypostasi esse poterit; non tamen natura est hypostasis, quia neque convertitur.

2287b 1. Perfectum namque est Verbum, et plenum et praebens per- 385
fectionem; perfecta autem est anima hominis, quantum ad definitionem essentiae suae. Sed neque Verbum est perfectus Christus, non unita sibi humanitate, quamvis perfectus Deus sit, nec anima perfectus homo est, licet perfectam substantiam habeat, corpore non simul cum ea cogitato.

2287c 1. Nos secundum divinas scripturas et speculationes a patribus 392
traditas, saepe totum ex parte et partem nomine totius afficimus, cum Verbum Filium hominis nominamus et Dominum gloriae crucifixum confitemur. Sed non propterea communicatione idio-

---

2287a. MG 86, 1, 1277. 2287b. MG 86, 1, 1281.
2287c. MG 86, 1, 1289.

885 τὸν ἴδιον λόγον τῆς θατέρου ἐν ταὐτῷ ἰδιότητος. Πρὸς δὲ καὶ διὰ κυρίων ἡμῖν ταῦτα τῶν ὀνομάτων γνωρίζεται, τὴν μὲν ἀντίδοσιν τῶν ἰδιωμάτων ἐν τῇ μιᾷ ὑποστάσει θεωροῦσι, τὴν 888 δὲ ἰδιότητα τὴν ἐν τῇ κοινότητι ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν φύσεων ἐπιγινώσκουσιν.

ZACHARIAS MITYLENUS, saec. VI.

De mundi opificio.

896 Χριστιανός. Ποιητὴν καὶ αἴτιον τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν 2288
συνομολογοῦμεν. — Αμμώνιος. Ναί. — Χ. Συναΐδιον τῷ Θεῷ τὸν κόσμον εἶναι ὑποτοπάζετε; — Α. Πάνυ γε. — Χ. Τὰ συναΐδια τῶν ἅμα ἐστί. — Α. Πῶς γὰρ οὔ; — Χ. Τὰ ἅμα ὄντα, ἐξαλλήλων ἔχειν αἰτίαν οὐ δύναται ποιητικήν; — Α. Οὔ. — Χ. Ὁ ἄρα κόσμος συναΐδιος ὢν τῷ Θεῷ, καθ' ὑμᾶς, ἐκ Θεοῦ ἔχειν ποιητικὴν αἰτίαν οὐ δύναται· ἀλλὰ μὴν ποιητικὸν τὸν Θεὸν τοῦ κόσμου ἐλέγχομεν. — Α. Ναί. — Χ. Οὐκ ἄρα συναΐδιος ἔσται τῷ Θεῷ ὁ κόσμος. Πᾶν γὰρ ποίημα τοῦ ποιήσαντος δευτερεύει αἰτίᾳ καὶ χρόνῳ.

S. SOPHRONIUS, † 638.

Epistula synodica ad Sergium Constplt., 634.

990 Πᾶσαν φωνὴν καὶ ἐνέργειαν, κἂν θεία τις ᾖ καὶ οὐράνιος, 2289
ἢ ἀνθρωπίνη τε καὶ ἐπίγειος, ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ προϊέναι Χριστοῦ καὶ Υἱοῦ δογματίζομεν, καὶ τῆς μιᾶς αὐτοῦ συνθέτου

---

matum tollimus propriam rationem proprietatis alterutrius in eodem.
885 Deinde haec etiam nobis per propria nomina declarantur, cum communicationem quidem idiomatum in una hypostasi contem-
888 plamur, proprietatem vero quae est in communitate, in differentia naturarum agnoscimus.

896 *Christianus.* Effectorem et causam mundi Deum pariter con- 2288
fitemur. — *Ammonius.* Sane. — *C.* Coaeternum Deo mundum esse suspicamini? — *A.* Maxime. — *C.* Coaeterna sunt de eorum genere quae sunt simul. — *A.* Quidni? — *C.* Quae sunt simul, alia ex aliis causam habere effectricem non queunt? — *A.* Non. — *C.* Mundus igitur coaeternus cum sit Deo, vestro suffragio, ex Deo habere effectricem causam non potest. Atqui effectorem Deum mundi dicebamus. — *A.* Certe. — *C.* Non igitur coaeternus erit Deo mundus. Omne enim effectum effectore posterius est causa et tempore.

990 Omnem vocem et operationem, sive divina quaedam sit et cae- 2289
lestis, sive humana et terrena, ex uno eodemque Christo et Filio procedere edocemus, et ex una composita et singulari subsistentia,

---

2288. MG 85, 1113. 2289. MG 87, 3, 3172.

καὶ μοναδικῆς ὑποστάσεως, ὃς σεσαρκωμένος τοῦ Θεοῦ Λόγος
ἐτύγχανεν, ὁ καὶ ἑκατέραν ἀμερίστως καὶ ἀσυγχύτως ἐνέργειαν
κατὰ τὰς ἑαυτοῦ φύσεις ἐξ ἑαυτοῦ φυσικῶς προβαλλόμενος. . . .
Ἦν ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα· οὐκ ἐπειδήπερ φύσις 408
ἦν οὐκ ἀνθρώπειος, ἀλλ' ἐπειδήπερ ἑκουσίως γέγονεν ἄνθρωπος,
καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς ἑκουσίως αὐτὰ προσεδέχετο· καὶ οὐ
τυραννικῶς ἢ ἀναγκαστῶς ἔστιν ὅτε καθ' ἡμᾶς καὶ ἀβουλήτως,
ἀλλ' ἡνίκα καὶ ὅσον ἐβούλετο. . . . Τὰ δὲ θεῖα καὶ λαμπρὰ καὶ
ὑπέρτατα, . . . ὁποίαπερ ἦν ἡ ἄσπορος σύλληψις, ἡ Ἰωάννου
ἐγγάστριος σκίρτησις, ὁ τόκος ὁ ἄφθορος, ἡ παρθενία ἡ 432
ἄχραντος, ἡ πρὸ τοῦ τόκου καὶ ἐν τῷ τόκῳ καὶ μετὰ τὸν τόκον
ἀλώβητος, . . . ἡ εἰς οὐρανοὺς ἀπὸ γῆς πολυθαύματος καὶ 427
ἐνσώματος ἄνοδος, . . . ἅπερ ἅπαντα ὑπὲρ λόγον καὶ φύσιν
ἀνθρωπίνην τελούμενα, τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου θείας οὐσίας καὶ
φύσεως ὁμολογουμένως ὑπῆρχε τεκμήρια, εἰ καὶ διὰ σαρκὸς
ἐνηργεῖτο καὶ σώματος, καὶ οὐ δίχα σαρκὸς λογικῶς ἐψυχωμένης 378
ἐπράττετο. . . . Καὶ γὰρ ἀληθῶς ὁ Λόγος σεσάρκωται, καὶ 376
ἀψευδῶς σαρκωθεὶς σεσωμάτωται, καὶ εἷς Υἱὸς ἐγινώσκετο ὁ
πᾶσαν ἐξ αὐτοῦ προφέρων ἐνέργειαν θείαν τε καὶ ἀνθρώπειον.
2290 [Ἀνάθεμα] Θεμίστιος ὁ τῆς ἀγνοίας πατὴρ καὶ γεννήτωρ καὶ 404
σπορεὺς ἀθεσμότατος, ὃς ἀγνοεῖν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν
ἡμῶν τὴν ἡμέραν ἐφληνάφει τῆς κρίσεως, ἀγνοῶν ἅπερ αὐτὸς
ὁ θεήλατος ἔφασκε, καὶ μὴ εἰδὼς ἅπερ ἀμφιγνοῶν ἀνεφθέγγετο.
Εἰ μὴ γὰρ ἠγνόει τῶν οἰκείων λόγων τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν τὴν

---

quod incarnatum Dei Verbum exstabat, quod utramque inseparabiliter et inconfuse operationem secundum naturas suas a seipso naturaliter proferebat. . . . Erant humana eius ultra hominem, non 408
quod natura non erat humana, sed quia sponte factus est homo; et homo factus sponte haec recipiebat, et non tyrannice vel necessitate, ut nos plerumque, et involuntarie, sed quando et quantum volebat. . . . Illa vero divina praeclaraque et sublimia, . . . cuiusmodi erant inseminata conceptio, Ioannis intra uterum exsultatio, partus ipse incorruptibilis, illibata virginitas quae ante partum et 432
in partu et post partum est intemerata, . . . in caelum a terra 427
peradmirabilis et corporalis ascensio, . . . quae omnia, ultra naturam et sermonem humanum effecta, divinae Dei Verbi essentiae et naturae profecto exsistebant indicia, etsi per carnem agebantur et corpus, neque sine carne rationaliter animata gerebantur. . . . Et 378
enim Verbum veraciter caro factum est et absque mendacio cor- 376
poratum est, atque unus Filius cognoscebatur qui omnem ex se proferebat operationem, divinam et humanam.
2290 [Anathema] Themistius, qui fuit ignorantiae pater et genitor atque 404
seminator nefandissimus, qui Christum verum Deum nostrum diem iudicii nescisse delirabat, nesciens quae ipse iam a Deo proiectus assereret, et non recognoscens quae ignorando loquebatur. Nisi enim ignorasset verborum suorum virtutem, non utique letiferam

---

2290. MG 87, 3, 3192.

ὀλέθριον ἄγνοιαν τέτοκε, καὶ τοῦ τῆς ἀγνοίας ἄγους θερμῶς ὑπερήσπιζεν, ἀγνοεῖν τὸν Χριστόν, οὐ καθὸ Θεὸς ὑπῆρχεν ἀΐδιος, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος, τὴν ἡμέραν τῆς συντελείας καὶ κρίσεως ἐξ ἀφρόνων φρενῶν ἐρευγόμενος.

MISSALE GOTHICUM
SEU GOTHICO-GALLICANUM,
saec. VI vel VII.

Missa in assumptione B. M. Virginis.

Contestatio. Dignum et iustum est, omnipotens Deus, nos 2290a
tibi magnas merito gratias agere, tempore celeberrimo, die prae ceteris honorando, quo fidelis Israel egressus est de Aegypto, quo virgo Dei genetrix de mundo migravit ad Christum. Quae nec de corruptione suscepit contagium, nec resolutionem pertulit in sepulcro; pollutione libera, germine gloriosa, assumptione secura, paradiso dote praelata; nesciens damna de coitu, sumens vota de fructu; non subdita dolori per partum, non labori per transitum, nec vita voluntate, nec funus solvitur vi naturae.

S. GREGORIUS I MAGNUS, 540—604.

Epistulae.

(L. 1) ep. 25 [Ioanni Cstplt. et ceteris patriarchis]. Sicut sancti 2291
evangelii quattuor libros, sic quattuor concilia suscipere et venerari me fateor: nicaenum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur; constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur; ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur; chalcedonense vero, in quo Eutychis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio; quia in his velut in quadrato lapide sanctae fidei structura consurgit, et cuiuslibet vitae atque actionis exsistat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. . . . Cunctas vero quas praefata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector; quia, dum universali sunt consensu constituta, se et non illa

---

ignorantiam peperisset et ignorantiae foeditatem ferventer defenderet, ignorare Christum non secundum id quod Deus erat sempiternus, sed secundum quod veraciter homo factus, diem consummationis atque iudicii ex insipientia mentis eructans.

2290a. ML. 72, 245. 2291. MGh Epp. 1, 36; ML 77, 478.

destruit quisquis praesumit aut solvere quos religant aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.

2292 (1) 43 [Leandro episc. hispalensi]. De trina vero mersione 464
baptismatis nil responderi verius potest quam ipsi sensistis, quia in una fide nil officit sanctae ecclesiae consuetudo diversa. . . . Reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum trinitas, et in una potest divinitatis singularitas designari.

2293 (1) 44 [Petro subdiacono Siciliae]. Ante triennium subdiacones 566
omnium ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant ut more romanae ecclesiae suis uxoribus nullatenus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, ut, qui usum eiusdem continentiae non invenit neque castitatem ante proposuit, compellatur a sua uxore separari atque per hoc, quod absit, deterius cadat. Unde videtur mihi, ut a praesenti die episcopis omnibus dicatur ut nullum facere subdiaconum praesumant nisi qui se victurum caste promiserit.

2294 (4) 26 [Ianuario episc.]. Pervenit quoque ad nos quosdam 480
scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tangere eos qui baptizati[1] sunt prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem ecclesiae nostrae fecimus; sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri et in frontibus baptizatos[1] chrismate tangere debeant concedimus.

2295 (5) 18 [Ioanni episc.]. Sancti ante legem, sancti sub lege, 33
sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus Domini in membris sunt ecclesiae constituti.

2296 (7) 25 [Gregoriae]. Quod vero dulcedo tua in suis epistulis 365
subiunxit, importunam se mihi exsistere, quoadusque scribam mihi esse revelatum quia peccata tua dimissa sint, rem et difficilem etiam et inutilem postulasti: difficilem quidem, quia ego indignus sum cui revelatio fieri debeat; inutilem vero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vitae tuae ultimo plangere eadem peccata minime valebis.

2296 (10) 39. De scientia Christi, v. DB 248.*

2297 (11) 45 [Theoctistae patriciae]. Si enim dicunt religionis causa 572
coniugia debere dissolvi, sciendum est quia, etsi hoc lex hu-

---

[1] Sic alq. mss. et edd.; plures vero, inter quos MGh et ML: baptizandi, baptizandos. Quae si lectio admittitur, iam non agitur de confirmatione.

2292. MGh Epp. 1, 57; ML 77, 497.
2293. MGh Epp. 1, 67; ML 77, 505.
2294. MGh Epp. 1, 261; ML 77, 696.
2295. MGh Epp. 1, 341; ML 77, 740.
2296. MGh Epp. 1, 465; ML 77, 878.
2297. MGh Epp. 2, 294; ML 77, 1161.

mana concessit, lex tamen divina prohibuit. Per se enim Veritas dicit: *Quae Deus iunxit, homo non separet* [Mt 19, 6]. Quae etiam ait: *Non licet dimittere uxorem, excepta causa fornicationis* [ib. 9]. Quis ergo huic caelesti legislatori contradicat?

855 (11) 45. Qui ergo dicit peccata in baptismate funditus 2298
non dimitti, dicat in Mari Rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Aegyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est peccata in baptismate funditus mori, quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas quam umbra veritatis.

578 (11) 64 [Augustino Anglorum episc.]. *Responsio Gregorii ad* 2299
579 *interr. 6 Augustini.* Et quidem terrena lex in romana republica permittit, ut sive fratris et sororis, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere, et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde necesse est ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quam praediximus a se omnimodo debet abstinere. Cum noverca autem miscere grave est facinus.

564 (11) 64. *Interr. 8.* Si longinquitas itineris magna inter- 2300
iacet, ut episcopi non facile valeant convenire, an debeat sine aliorum episcoporum praesentia episcopus ordinari? — *Resp.* Et quidem in Anglorum ecclesia, in qua adhuc solus tu episcopus inveniris, ordinare episcopum non aliter nisi sine episcopis potes.

(11) 67. De baptismo et ordinibus haereticorum et de tempore unionis 2300 hypostaticae, v. DB 249 sq.*

578 (14) 17 [Felici episc. messanensi]. Quod autem scripsi [v. n. 2299] 2301
Augustino, Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, ut recordaris, tuo, de consanguinitatis coniunctione, ipsi et Anglorum genti, quae nuper ad fidem venerat, ne a bono quod coeperat metuendo austeriora recederet, specialiter et non generaliter ceteris me scripsisse cognoscas. Unde et mihi omnis romana civitas exstitit testis, nec ea intentione haec illis scriptis mandavi, ut, postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam fuerint consanguinitatem inventi, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem, coniungantur.

Moralia, 578—595.

65 Praef., c. 1, n. 2. Quis haec [librum Iob] scripserit, valde super- 2302
vacue quaeritur, cum tamen auctor libri Spiritus Sanctus fideliter

---

2298. MGh Epp. 2, 295; ML 77, 1162.
2299. MGh Epp. 2, 335; ML 77, 1189.
2300. MGh Epp. 2, 336; ML 77, 1191.
2301. ML 77, 1323; deest in MGh. 2302. ML 75, 517.

credatur. Ipse igitur haec scripsit qui scribenda dictavit. Ipse scripsit qui et in illius opere inspirator exstitit, et per scribentis vocem imitanda ad nos eius facta transmisit. Si magni cuius- 66
dam viri susceptis epistulis legeremus verba, sed quo calamo fuissent scripta quaereremus, ridiculum profecto esset epistularum auctorem scire sensumque cognoscere, sed quali calamo earum verba impressa fuerint indagare. Cum ergo rem cognoscimus, eiusque rei Spiritum Sanctum auctorem tenemus, quia scriptorem quaerimus, quid aliud agimus, nisi legentes litteras de calamo percontamur?

2303 L. 2, c. 3, n. 3. In hoc itaque est nunc natura angelica a 201
naturae nostrae condicione distincta, quod nos et loco circum- 202
scribimur et caecitatis ignorantia coartamur; angelorum vero spiritus loco quidem circumscripti sunt, sed tamen eorum scientiae longe super nos incomparabiliter dilatantur. Interius quippe exteriusque sciendo distenti sunt, quia ipsum fontem 107
scientiae contemplantur. Quid enim de his, quae scienda sunt, nesciunt qui scientem omnia sciunt? Eorum itaque scientia comparatione nostrae valde dilatata est, sed tamen comparatione divinae scientiae angusta; sicut et ipsi illorum spiritus 200
comparatione quidem nostrorum corporum spiritus sunt, sed comparatione summi et incircumscripti spiritus, corpus. Et 209
mittuntur igitur et assistunt, quia et per hoc quod circumscripti sunt, exeunt, et per hoc quod intus quoque praesentes sunt, numquam recedunt. Et faciem ergo Patris semper vident [Mt 18, 10], et tamen ad nos veniunt, quia et ad nos spiritali praesentia foras exeunt, et tamen ibi se, unde recesserant, per internam contemplationem servant.

2304 2, 12, 20. Quia ipse [Deus] manet intra omnia, ipse extra 100
omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia, et superior est per potentiam et inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem et interior per subtilitatem, sursum regens deorsum continens, extra circumdans interius penetrans; nec alia ex parte superior, alia inferior, aut alia ex parte exterior, atque ex alia manet interior; sed unus idemque totus ubique praesidendo sustinens, sustinendo praesidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans.

2305 3, 14, 26. Nisi primus homo delinqueret, secundus ad pas- 406
sionis probra minime veniret. . . . Nisi enim Adam primum per voluntarium vitium in animae mortem traxisset, Adam secundus sine vitio in carnis mortem voluntariam non ve- 403
niret. . . . 27. Mediator etenim noster puniri pro semetipso 398
non debuit, quia nullum culpae contagium perpetravit. Sed si ipse indebitam non susciperet, numquam nos a debita morte

2303. ML 75, 556. 2304. ML 75, 565. 2305. ML 75, 612.

liberaret. Pater ergo, cum iustus sit, iustum puniens, omnia iuste disponit; quia per hoc cuncta iustificat, quod eum, qui sine peccato est, pro peccatoribus damnat.

440 4, Praef., 3. Quisquis regenerationis unda non solvitur, 2306
reatu primi vinculi ligatus tenetur; quod vero apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola
442 fides, vel pro maioribus virtus sacrificii, vel pro his, qui ex Abrahae stirpe prodierant, mysterium circumcisionis.

494 4, 3, 8. Duas vero ad intellegendum se creaturas fecerat, 2307
508 angelicam videlicet et humanam; utramque vero superbia perculit, atque ab statu ingenitae rectitudinis fregit. Sed una tegmen carnis habuit, alia vero nihil infirmum de carne
500 gestavit. Angelus namque solummodo spiritus, homo vero et
510 spiritus est et caro. Misertus ergo creator ut redimeret illam ad se debuit reducere, quam in perpetratione culpae ex infirmitate aliquid constat habuisse; et eo altius debuit apostatam angelum repellere, quo, cum a persistendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne gestavit.

512 4, 36, 70. Quia in hac vita nobis est discretio operum, erit 2308
in illa procul dubio discretio dignitatum, ut, quod hic alius alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat. Unde in evangelio Veritas dicit: *In domo Patris mei mansiones multae sunt* [Io 14, 2]. Sed in iisdem multis mansionibus erit aliquo modo ipsa retributionum diversitas concors; quia tanta vis in illa pace nos sociat, ut, quod in se quisque non acceperit, hoc se accepisse in alio exsultet. Unde et non aeque laborantes in vinea [cf. Mt 20, 10] aeque cuncti denarium sortiuntur. Et quidem apud Patrem mansiones multae sunt, et tamen eumdem denarium dispares laboratores accipiunt; quia una cunctis erit beatitudo laetitiae, quamvis non una sit omnibus sublimitas vitae.

542 9, 34, 54. Delinquenti Dominus nequaquam parcit, quia 2309
delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se paenitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur.

535 16, 37, 45. Aliud est esse, aliud principaliter esse; aliud 2310
mutabiliter, atque aliud immutabiliter esse. Sunt enim haec omnia, sed principaliter non sunt, quia in semetipsis minime subsistunt, et nisi gubernantis manu teneantur, esse nequaquam
589 possunt. . . . Cuncta quippe ex nihilo facta sunt, eorumque essentia rursum ad nihilum tenderet, nisi eam auctor omnium regiminis manu retineret.

2306. ML 75, 635. 2307. ML 75, 642. 2308. ML 75, 677.
2309. ML 75, 889. 2310. ML 75, 1143.

2311 17, 30, 46. Vir iste prophetico plenus spiritu superbum 429
diabolum prudentia Dei potius maluit dicere quam fortitudine
esse percussum. Non enim ait fortitudo, sed prudentia eius
percussit superbum. Nam quamvis, sicut dictum est, propter
naturam simplicem, Dei fortitudo sapientia sit, Dominus tamen
diabolum, quantum ad faciem spectat, non virtute sed ratione
superavit. Ipse namque diabolus in illa nos parentis primi
radice supplantans, sub captivitate sua quasi iuste tenuit
hominem, qui, libero arbitrio conditus, ei iniusta suadenti
consensit. Ad vitam namque conditus in libertate propriae
voluntatis, sponte sua factus est debitor mortis. Delenda ergo 405
erat talis culpa, sed nisi per sacrificium deleri non poterat;
quaerendum erat sacrificium, sed quale sacrificium poterat
pro absolvendis hominibus inveniri? Neque enim iustum fuit 419
ut pro rationali homine brutorum animalium victimae caede-
rentur. . . . Ergo si bruta animalia propter rationale animal, 416
id est, pro homine, dignae victimae non fuerunt, requirendus
erat homo qui pro hominibus offerri debuisset, ut pro rationali
peccante rationalis hostia mactaretur. Sed quid quod homo 397
sine peccato inveniri non poterat, et oblata pro nobis hostia
quando nos a peccato mundare potuisset, si ipsa hostia pec-
cati contagio non careret? Inquinata quippe inquinatos mun-
dare non potuisset. Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat
offerendus; ut vero a peccatis mundaret hominem, homo et
sine peccato. Sed quis esset sine peccato homo, si ex peccati
commixtione descenderet? Proinde venit propter nos in uterum
virginis Filius Dei, ibi pro nobis factus est homo. Sumpta
est ab illo natura, non culpa. Fecit pro nobis sacrificium,
corpus suum exhibuit pro peccatoribus victimam sine peccato,
quae et humanitate mori et iustitia mundare potuisset.

2312 18, 52, 85. Non purus homo conceptus atque editus, post 386
per meritum ut Deus esset accepit, sed nuntiante angelo et
adveniente Spiritu, mox Verbum in utero, mox intra uterum
Verbum caro, et manente incommutabili essentia, quae ei est
cum Patre et cum Sancto Spiritu coaeterna, assumpsit intra 383
virginea viscera unde et impassibilis pati, et immortalis mori,
et aeternus ante saecula temporalis posset esse in fine sae-
culorum, ut per ineffabile sacramentum, conceptu sancto et 431
partu inviolabili, secundum veritatem utriusque naturae, eadem
virgo et ancilla Domini esset et mater. . . . Et quamvis ipse 385
aliud ex Patre, aliud ex virgine, non tamen alius ex Patre,
alius ex virgine, sed ipse est aeternus ex Patre, ipse temporalis
ex matre; ipse qui fecit, ipse qui factus est. . . . Ipse ante
saecula de Patre sine matre, ipse in fine saeculorum de matre
sine patre; ipse templum, ipse conditor templi; ipse auctor

2311. ML 76, 32. 2312. ML 76, 89.

operis, ipse opus auctoris; manens ex utraque et in utraque
682 natura, nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum distinctione geminatus.

118 20, 32, 63. [Deus] dicitur zelans, dicitur iratus, dicitur paeni- 2313
112 tens, dicitur misericors, dicitur praescius, ut, quia castitatem animae uniuscuiusque custodit, humano modo zelans vocetur, quamvis mentis cruciatu non tangatur. Et quia culpas percutit, dicitur irasci, quamvis nulla animi perturbatione moveatur. Et quia ipse immutabilis id quod voluerit mutat, paenitere dicitur, quamvis rem mutet, consilium non mutet. Et cum miseriae nostrae subvenit, misericors vocatur, quamvis miseris subveniat, et cor miserum numquam habeat. Et quia ea, quae nobis futura sunt, videt, quae tamen ipsi semper praesto sunt, praescius dicitur, quamvis nequaquam futurum praevideat, quod praesens videt. Nam et quaeque sunt, non in aeternitate eius ideo videntur quia sunt, sed ideo sunt quia videntur.

292 25, 11, 28. Sciendum quippe est quod peccatum tribus modis 2314
committitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio perpetratur. Et gravius quidem infirmitate quam ignorantia, sed multo gravius studio quam infirmitate peccatur.

89 27, 25, 48. Fugiant ergo iniqui humanos oculos, semetipsos 2315
certe fugere non possunt. Quia enim malum quod faciunt noverunt, habent testem conscientiam, habent iudicem rationem suam. . . . Certe ipsi sibi in conscientia testes sunt quia excusabiles non sunt. Eo enim ipso quo rationabilem creaturam Deus hominem condidit, in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua.

329 33, 21, 40. Bonum quod agimus et Dei est et nostrum: Dei 2316
327 per praevenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei gratias in aeternum
366 agimus? Rursum si nostrum non est, unde nobis retribui praemia speramus? Quia ergo non immerito gratias agimus, scimus quod eius munere praevenimur; et rursum quia non immerito retributionem quaerimus, scimus quod obsequente libero arbitrio bona elegimus quae ageremus.

504 34, 19, 36. At inquiunt: Sine fine puniri non debet culpa 2317
cum fine. Iustus nimirum est omnipotens Deus, et quod non aeterno peccato commissum est, aeterno non debet puniri tormento. Quibus citius respondemus quod recte dicerent, si iudex iustus districtusque veniens non corda hominum sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine vivere, ut sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt peccare quam vivere; et ideo hic semper vivere cupiunt, ut

---

2313. ML 76, 175. 2314. ML 76, 339. 2315. ML 76, 427.
2316. ML 76, 699. 2317. ML 76, 738.

numquam desinant peccare cum vivunt. Ad districti ergo iudicis iustitiam pertinet, ut numquam careant supplicio quorum mens in hac vita numquam voluit carere peccato; et nullus detur iniquo terminus ultionis, quia, quamdiu valuit, habere noluit terminum criminis.

Dialogi, 593/4.

2318 L. 4, c. 6. Cum Paulus dicat: *Est enim fides sperandarum* 263
substantia rerum, argumentum non apparentium [Hebr 11, 1], hoc veraciter dicitur credi, quod non valet videri. Nam credi iam non potest quod videri potest.

2319 4, 11. Presbyter quidam commissam sibi cum magno timore 566
Domini regebat ecclesiam. Qui ex tempore ordinationis acceptae presbyteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere numquam sinebat, eamque sibimet propinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis absciderat.

2320 4, 28. Qua ratione credendum est quia rem incorpoream 592
tenere ignis corporeus possit? . . . 29. Teneri spiritum per 593
ignem dicimus, ut in tormento ignis sit videndo atque sentiendo. Ignem namque eo ipso patitur quo videt; et quia concremari se aspicit, concrematur. Sicque fit ut res corporea incorpoream exurat, dum ex igne visibili ardor ac dolor invisibilis trahitur, ut per ignem corporeum mens incorporea etiam incorporea flamma crucietur; quamvis colligere ex dictis evangelicis possumus quia incendium anima non solum videndo, sed etiam experiendo patiatur. . . . Si diabolus eiusque angeli, 200
cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum 586
si animae, et antequam recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta?

2321 4, 39. Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio prae- 584
sentatur. Sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, pro eo quod Veritas 587
dicit quia, si quis in Sancto Spiritu blasphemiam dixerit, *neque in hoc saeculo remittetur ei neque in futuro* [Mt 12, 32]. In qua sententia datur intellegi quasdam culpas in hoc saeculo, quasdam vero in futuro posse laxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, ut praedixi, hoc de parvis minimisque peccatis fieri posse credendum est.

2322 4, 43. Unus quidem est gehennae ignis, sed non uno modo 595
omnes cruciat peccatores. Uniuscuiusque etenim quantum exigit culpa, tanta illic sentitur poena. . . . 44. Constat nimis et 594

2318. ML 77, 329. 2319. ML 77, 336. 2320. ML 77, 365.
2321. ML 77, 396. 2322. ML 77, 401.

incunctanter verum est quia, sicut finis non est gaudio bonorum, ita finis non erit tormento malorum.

520 4, 58. Haec singulariter victima ab aeterno interitu animam 2323
salvat, quae illam nobis mortem Unigeniti per mysterium reparat, qui licet *resurgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur* [Rom 6, 9], tamen in semetipso im-
517 mortaliter atque incorruptibiliter vivens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium
513 funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti Filii semper imitatur.

In Ezechielem homiliae.

238 L. 1, hom. 5, n. 11. In sanctorum cordibus [Spiritus Sanctus] 2324
iuxta quasdam virtutes semper permanet, iuxta quasdam vero recessurus venit, et venturus recedit. In fide etenim, spe atque caritate, et in bonis aliis, sine quibus ad caelestem patriam non potest perveniri, sicut est humilitas, castitas, iustitia atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetiae vero virtute, doctrinae facundia, miraculorum exhibitione electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit.

203 1, 7, 18. Natura angelica, quando creata est, liberum ar- 2325
bitrium accepit, utrum vellet in humilitate persistere et in omnipotentis Dei conspectu permanere, an ad superbiam laberetur et a beatitudine caderet, per similitudinem a qua fuit.
207 Sed quia cadentibus aliis sancti angeli in sua beatitudine perstiterunt, atque hoc acceperunt in munere, ut iam cadere omnino non possint, in iis natura sua, quia iam duci mutabiliter non potest, quasi in magnitudinem crystalli durata est [cf. Ez 1, 22].

329 1, 9, 2. In his considerandum quia, sic bona nostra si 2326
366 omnipotentis Dei dona sunt ut in iis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis aeternam retributionem quaerimus? Si autem ita nostra sunt ut dona Dei omnipotentis non sint,
295 cur ex iis omnipotenti Deo gratias agimus? Sed sciendum est quia mala nostra solummodo nostra sunt, bona autem
